



C 550.9



HARVARD  
COLLEGE  
LIBRARY







# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS  
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA  
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,  
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS  
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIORES  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPIETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO  
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VÈRUM ETIAM UNUSQUISQUE

PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET  
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,

CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER

SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA  
JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA  
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST: PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET  
FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE IN-  
TRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE  
MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR,  
COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AM-  
PLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

### PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XX.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM  
SEU PETIT-MONTROUGE.





SÆCULUM IV.

# ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΛΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

# EUSEBII PAMPHILI,

CÆSARÆ PALESTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

*HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII*

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

---

TOMUS SECUNDUS.

---

VENIUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

<sup>c</sup> EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

550.4

663. May 28  
Gray Fund.  
182.87

# ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XX CONTINENTUR.

---

## EUSEBIUS PAMPHILI.

Historia ecclesiastica.	col. 9
De vita Constantini imperatoris libri quatuor.	910
Oratio Constantini imperatoris ad sanctorum cœtum.	1234
Oratio Eusebii de laudibus Constantini in ejus tricennialibus habita.	1315
Acta passionis S. Pamphili et sociorum.	1439
Liber de martyribus Palæstinæ.	1457
Collectio antiquorum martyriorum.	1519
Epistolæ.	1538

---

7001  
41-189  
+

Ex typis MIGNE, Pet. i-Montrouge.



---

ΕΥΣΕΒΙΟΥ  
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ  
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ  
ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ.

EUSEBII PAMPHILI  
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ  
LIBRI DECEM

HENRICUS VALESIVS Græcum textum collatis quatuor mss. codicibus emendavit, Latine vertit et adnotationibus illustravit.

Ed. Paris. 1659.)

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

ILLUSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS ARCHIEPISCOPIIS, EPISCOPIIS ET UNIVERSO CLERO  
ECCLESIAE GALLICANÆ.

*Post tot Græcorum Patrum editiones quæ vestris auspiciis in lucem hæcenus prodierunt, id unum adhuc restabat, illustrissimi Antistites, ut Eusebii Cæsariensis Ecclesiastica Historia multo quam antehac emendatior ac purior, sub vestri nominis titulo ac patrocinio catholicis hominibus donaretur. Id enim Ecclesiæ, cujus commodis assidue consulitis, utilitas; id eruditorum omnium vota; id postremo Eusebius ipse suo quodam jure, a vobis poscere videbantur. Nam, ut de Ecclesia primo loco dicam, quid ad laudem ejus illustrius, quid ad defensionem fortius, quid ad propagationem utilius, quid ad morum ac disciplinæ gravitatem restituendam aptius proferri potest quam historia rerum ecclesiasticarum? Jam verò ad convincendos hæreticos nihil, meo quidem judicio, efficacius est atque potentius quam hoc genus scriptionis. Quippe hominum animi disputationibus ac ratiocinando agre se vinci patiuntur. Et quoties constrictos se vident, nec habent quod respondeant, non tam veritati id ascribunt quam adversariorum in disputando subtilitati ac versutiæ. Certe diuturno experimento comprobatum est, seu scriptis seu viva voce editis disputationibus accendi potius hæreticorum animos quam sanari. Historia vero rerum ecclesiasticarum, cum se in animos legentium placidius insinuet, longe faciliorem de iis victoriam refert. Quis est enim ex diversæ factionis hominibus, qui cum ecclesiasticam historiam attente perlegerit, non statim pudore suffusus, errorem suum illic damnatum agnoscat, seque velut membrum a reliquo corpore præcisum desseat. Etenim cum ecclesiastica historia nihil aliud contineat quam apostolicarum sedium perpetuam successionem, episcoporum sibi invicem succedentium seriem, illustria denique doctorum et martyrum pro pietate certamina: ex quibus hi quidem furorem gentilium tolerantia suæ fortitudine superarunt; illi vero hæreticorum qui*

adversus Ecclesiam insurrexerant perversa dogmata scriptis suis consulaverunt: quicumque ex hæreticis ad hujus historiae lectionem oculos atque animum intenderit, fateatur necesse est se ab illa apostolorum successione, ab illo doctorum et martyrum grege, ab illa denique episcoporum communione prorsus alienum esse. Quippe quod iisdem illis apostolorum successoribus, qui easdem adhuc sedes et cathedras obtinent in quibus olim apostoli sederunt, ab illis ipsis qui Novatianos et Donatistas et Artemonis sectatores condemnarunt, suum quoque errorem pari sententia condemnatum intelligunt. Pudeat igitur illos oportet erroris ac novitatis suæ, quotiescunque in historia ecclesiastica tanquam in speculo veritatem conspiciunt et antiquitatem, dogmatum suorum errori novitatis repugnantem. Atque hæc obiter dicta sint de ecclesiastica historiae præcipua utilitate, cujus potissimum causa, novæ hujus editionis mihi a vobis cura mandata est. Nec vero solum Ecclesiæ commodis, sed et eruditorum omnium votis hac editione consulistis, quorum plerique partim Græci contextus mendis ac vitis, partim Latinorum interpretum erroribus, ab Eusebii nostri lectione hactenus deterrebantur. Ac ne quis forte minuendæ aliorum gloriæ, meique operis prædicandi causa, istud a me dictum putet, doctissimi hominis testimonium hic apponam, qui ante hos octoginta annos idem de Græca Eusebii editione deque Latinis interpretibus judicium tulit. Is est Joannes Curterius, qui in epistola quam Parisiensi editioni præfixit, Joannem Rupefurdium alloquitur his verbis: « Si in istam Græcorum historiae ecclesiasticæ auctorum editionem intueamur, quid ea unquam editum depravatus? Id ego sæpe ante annos sex, qui Græca ejus lectione delectarer, cum essem expertus, et Rufinum ejus tempore nondum ita corrupta fuisse exemplaria credatur facile, Musculum denique ipsum in consilium adhibuissem, tantum abest ut eorum versionibus sim adjutus, ut illum (quod merito reprehendit Hieronymus) in Eusebio reddendo parum integre se præstitisse; et hunc non tantum mendosæ exemplaris Græci vel leves errores non animadvertisse, sed suos in versionem infinitos, partim ignavia, partim de industria, ut suis partibus faveret, innoxisse deprehenderim. » Et paulo post de Christophorsoni interpretatione ita pronuntiat: « Ejus libri emendationes utilitati publicæ tandiu non invidissem, nisi promissam Christophorsoni interpretationem etiam expectandum censuissem. Sperabam enim quia bene doctum hominem et catholicum esse, deinde bonis exemplaribus adjutum fuisse audiebam, non præclaram modo et tutam versionem aliquam emissurum, sed in publicali codicis Græci emendationem (quod solet ab interpretibus omnibus non omitti) variarum lectionum et correctionum adnotationes adjecturum. Verum longe aliter accidit atque expectabam. Siquidem ut de ejus editione hoc solum nunc dicam, quod piam quidem et catholicam, sed inchoatam potius quam exactam aut perfectam multis rationibus credi par est: sic meliorum codicum quibus ipse usus est, exiguum aut fere nullum fructum ad multos redire video, cum quantum eos secutus vel immutarit vel addiderit, suis locis, ut decuit, sive ad Græcorum restitutionem, sive ad fidem versioni suæ et auctoritatem comparandam, non admoneat. » Petrus quoque Halloixius, vir in primis eruditus ac diligens, in tomo II, quo illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum Vitæ complexus est, in notationibus ad Vitam S. Hegeppi, cap. 3, de Joannis Christophorsoni versione idem quod Curterius sentit: « Uno verbo, inquit, omnes fere errores Christophorsoni, qui sunt non pauci, adhærent etiam Baronio, cum ejus semper utatur in citando Eusebio versione. Ita fit, ut aliis atque sequentibus, nec fontes Græcos examinantibus, primi alicujus interpretis errores ad quamplurimos scriptores, qui sola nituntur priorum auctoritate, in immensum diffundantur. Ex quo etiam, quanta sit linguæ Græcæ necessitas, in promptu est cognoscere. » Idem in eodem capite, pag. 731, ait se libenter adnotare errores qui occurrunt in versione Christophorsoni, ne ejus versione lectores in errorem inducantur. Ac malum quidem ipsum, ut videtis, multi animadvertent, damnumque illud publicum dolebant, quod tam utiles antiquitatis ecclesiasticæ libri, et scribentium et interpretum culpa ac negligentia adeo depravati legerentur. Quidam etiam pro virili parte remedium adhibere, certis duntaxat locis tentaverunt. Sed nemo adhuc exstitit qui novam Eusebionum operis editionem emendationemque susciperet; seu quod laboris magnitudine plerique deterrebantur; seu quod scriptorum exemplarium copia et otio ac reliquis subsidiis quæ ad id opus necessariæ sunt, destituerentur. Donec vos, pro vestro in rempublicam litterariam stu-

dio, id opus aggressi estis, novamque Eusebianæ historiæ editionem curandam atque adorandam mihi commisistis : ut amotis superiorum editionum vitiis atque mendis ; planior deinceps via ad certissimam rerum ecclesiasticarum notitiam lectoribus sterneretur. Quo nomine studiosi certe omnes vobis plurimum debent, quorum commodis utilitatique nostra opera consultum esse voluistis. Cæterum præter has causas quas jam commemoravi, quæ vos ad novam Ecclesiasticæ Historiæ editionem impulerunt, suberat etiam alia, nequaquam, ut arbitror, prætereunda : quod scilicet Eusebio de vobis deque Gallicana Ecclesia optimè merito gratiam referre studuistis. Nemo certe est ex antiquis Ecclesiæ scriptoribus qui tot Ecclesiæ Gallicanæ laudes, tot insignia atque ornamenta scriptis suis intexuerit. Nam si antiquitatem spectes, quod præcipuum argumentum est nobilitatis, hic est qui Crescentem, Pauli apostoli discipulum, in Gallias venisse testatur, ibique Evangelium prædicasse. Si antistitum sanctitatem contemplerur ac doctrinam, Pothinum nobis atque Irenæum Lugdunenses episcopos profert. Quorum ille cum Ecclesiam suam optimis exemplis ac documentis diutissime rexisset, tandem nonagenario major vitam illustri martyrio terminavit. Hic vero fidei Christianæ assertor fortissimus, adversus omnes hæreses luculentissimis libris decertavit. Jam si martyrum fortitudinem et sincera eorumdem passionis Acta desideres, nullâ certe Ecclesiam hac in re Galliæ nostræ anteferendu est. Epistolam enim Viennensium ac Lugdunensium statim proferemus, quod pulcherrimum est atque vetustissimum totius Ecclesiæ in hoc genere monumentum. De cujus laudibus cum multa jam dicta sint a multis, nemo tamen pro illius dignitate hactenus est locutus. Adeo ejus epistolæ meritum ac pondus omnem dicendi vim superat. Atque id fatebuntur quicumque eam sæpius legerint. Quo plus enim legitur, eo semper videtur esse præstantior. Hoc vero tam insigne Ecclesiæ vestræ monumentum uni Eusebio acceptum ferre debemus. Qui nisi Historiarum suarum libris illud intexuisset, tanto antiquitatis ecclesiasticæ thesauro nunc fortasse careremus. Quod si fidei sinceritas ac simplicitas quærat, Gallos nostros Eusebius in his libris hinc præcipue commendat : dum ait persecutionem Diocletiani in Occidentis partibus ac præsertim in Galliâ, cito esse compressam, Deo illis propter fidei sinceritatem benignius indulgente. Jam verò, quæ Ecclesiæ Gallicanæ non postrema laus est, perpetuam illius jam inde a primis temporibus cum sede Romana consensionem, in his Eusebii libris non semel licet deprehendere. Primum quidem in epistola martyrum Lugdunensium, quam illi, adhuc in carcere positi, ad Eleutherum scripserunt, tunc Romanæ urbis episcopum ; nam cum Asiani litteris ad Lugdunensis Ecclesiæ fratres datis eos consuluissent, quid sentiendum esset de nova prophetia, quæ tunc apud Phrygiam recens exorta gravissimos tumultus per totam Asiam excitarat, Galliani martyres rem ad Eleutherum detulerunt, ut ejus interventu, cujus in Ecclesia summa erat auctoritas, pax Asianis restitueretur. Alterum hujus concordiæ exemplum suppeditat synodus Gallicana, in qua Irenæus una cum pluribus Galliarum episcopis, Victoris papæ sententiæ de celebratione festi Paschalis, ab Eusebio dicitur subscripsisse. Idem quoque Irenæus adversus Florinum qui Ecclesiam Romanam pernicioso schismate turbabat, fortiter insurrexit. Prætermitto Relicium, Maternum ac Marinum, Galliæ episcopos, qui cum Militiade papæ in synodo Romana residentes, unam cum illo adversus Donatum tulere sententiam. Cum igitur tot tantæque Gallicanæ Ecclesiæ laudes ab Eusebio commemoratæ sint ; nemini mirum videri debet, si pro tantis antecessorum vestrorum præconiis hanc ei gratiam referre studuistis, ut Ecclesiastica ejus Historia quam fieri posset emendatissima atque ornatissima, vestris auspiciis ederetur in lucem. Quam in rem cum me unum ex omnibus delegeritis, equidem plurimum vobis eo nomine me debere profiteor, qui de me tam honorifice enseritis. Intellego tamen quantum mihi a vobis onus sit impositum : ut post tres Latinos interpretes quartus ipse procedam, et eandem cum illis existimationis aleam subeam. Sed quoniam huic desiderio vestro ac mandato refragari nefas mihi fuit, hunc laborem tur vestra, tum Eusebii causa libentissime suscepi, omnemque in emendando et interpretando molestiam diuturna patientia concoxi. Alii quidem et ingenio et doctrina instructiores, plura et meliora præstabunt. Ego id perficere conatus sum, ne quis in hoc opere diligentiam meam jure merito desideraret. Quod quidem utrum consecutus sim, vos, illustrissimi Antistites, pro vestra æquitate judicabitis. Cæterum si hunc a me susceptum atque exhaustum



laborem vobis placuisse intellexero, promptiore deinceps et alacriore animo reliquorum ecclesiasticæ historiæ scriptorum editionem aggrediar, vobisque faventibus idem in illis quod in Eusebio præstare conabor.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ D. V. addictissimus,  
HENRICUS VALESIUS.

AD EOSDEM ILLUSTRISSIMOS ANTISTITES, DE NOVA EUSEBIANÆ HISTORIÆ  
EDITIONE PRÆFATIO.

Peracto solemnis nuncupationis officio, jam tempus est, illustrissimi Antistites, ut operis mei singillatim vobis rationem reddam. Cum enim vestra potissimum causa vestroque jussu hic a me susceptus sit labor, vos præ cæteris omnibus operis mei lectores ac iudices et opto simul et spero. Tria sunt igitur quæ in hac editione præstare studui. Primum est Græci textus emendatio; secundum Latina ejusdem interpretatio, tertium est expositio obscuriorum locorum. Et Latinam quidem interpretationem quod attinet, post tres Eusebianæ Historiæ interpretes, ipse quartam elaboravi. Emendationem vero atque expositionem Eusebiani operis, nemo ante nos tentaverat. Verum ut de singulis suo loco atque ordine distinctius dicam, ordiar primum ab emendatione. Quicumque novam veterum scriptorum editionem aggrediuntur, ii necesse habent ab emendatione initium laboris sui ducere. Sic Origenes cum novam Septuaginta Interpretum editionem suscepisset, multaque in iis dubia ac dissonantia ob varietatem exemplarium reperisset, in eorum emendatione primum laboravit; et collatis Septuaginta Seniorum exemplaribus partim cum Hebraico textu, partim cum tribus aliis editionibus, Aquilæ scilicet, Theodotionis et Symmachi, errores qui in Septuaginta Seniorum editionem irrepserant, omnes sustulit. Idem enim ipse innuit in tractatu viii in *Matthæum* his verbis: « In exemplaribus quidem Veteris Testamenti quæcunque fuerunt inconsonantia, Deo præstante, coaptare potuimus, utentes iudicio cæterarum editionum. Ea enim quæ videbantur apud Septuaginta dubia esse propter consonantiam exemplariorum, facientes iudicium ex editionibus reliquis, convenientia servavimus. » Origenis exemplum secutus postea B. Hieronymus, novam editionem Septuaginta Interpretum a se emendatam, et asteriscis obelisque distinctam suæ linguæ hominibus dedit, sicut variis in locis ipse testatur. Atque ut de profanis scriptoribus etiam loquar, Crates et Aristarchus, grammatici, qui accuratissimas Homericæ carminis editiones elaborarunt, nihil aliud fere quam emendationem distinctionemque illius operis præstiterunt. Pari igitur modo cum Eusebianæ Historiæ novam editionem condere instituissem, in ejus emendatione omnem industriam ac diligentiam adhibui. Editiones Eusebianæ Historiæ duæ tantum hactenus Græce prodierunt: altera Parisiensis, quam Robertus Stephanus excudit; vir de litteris eo nomine optime meritus, quod corpus historiæ ecclesiasticæ elegantissimis typis primus publicavit; altera est Genevensis editio. Verum hæc in Græco textu editionem illam Roberti Stephani ubique expressit, nisi quod varias lectiones et emendationes ad latus habet appositæ ex codicibus doctorum virorum; et lacunas aliquot quæ in libris *De vita Constantini* occurrunt, ex iisdem codicibus supplevit. Proinde in una duntaxat Roberti Stephani editione mihi laborandum fuit. Quam quidem cum quatuor manuscriptis optimæ notæ codicibus quanta potui diligentia collatam, multis locis restitui.

Horum quatuor codicum duos nobis subministravit bibliotheca Regia. Prior Francisci primi præfert insignia; ante quadringentos plus minus annos scriptus in charta bombycina et singulares interdum exhibet lectiones, multumque a reliquis codicibus discrepantes. Hic est quem in adnotationibus Regium codicem nominavi. Alter est ex bibliotheca Medicæ, quæ nunc in Regiam translata, uno eodemque Regiæ bibliothecæ vocabulo

censetur. Hic ad distinctionem prioris illius codicis, Medicæus codex in adnotationibus nostris appellatur. Qui licet paulo recentior sit, ex optimo tamen exemplari et ab erudita manu descriptus est. Duobus his exemplaribus usus erat Robertus Stephanus in Eusebianæ Historiæ editione. Et in ipso quidem textu excudendo, Regium exemplar fere ubique secutus est, raroque admodum ab ejus discedit vestigiis, sicut in meis adnotationibus observavi. In capitum autem distinctione, Medicæum codicem expressit, in quo tituli singulis capitibus, et quidem miniatis litteris præfiguntur. Tertius his accessit codex eminentissimi cardinalis Julii Mazariui. De cujus exemplaris bonitate ac præstantia antequam dicam, res postulat, idque ipsum a me flagitare videmini, Antistites illustrissimi, ut de cardinale eminentissimo a quo codicem illum commedatum accepi, pauca dicantur. Nam cum hic eminentissimus princeps et ad summa quæque natus, singulari quadam benevolentia litteras complectatur, nos qui ab ineunte ætate ad litterarum studia animum applicuimus, ingrati profecto simus, nisi tum nostro, tum communi omnium eruditorum nomine, gratiam ei quantam possumus, et voce et scriptis referre studeamus. Porro quo favore quantaque benevolentia prosequatur litteras, testatur prolixa ejus erga homines eruditos liberalitas ac munificentia; quam quidem, ut de aliis nihil dicam, ad me quoque nihil hujusmodi sperantem ac ne cogitantem quidem, nuper voluit pervenire. Idem declarat locupletissima ejus bibliotheca. Quam cum innumeris optimorum scriptorum exemplaribus, partim excusis, partim manu exaratis instruxerit, non ut veteres illi Romanæ urbis senatores quos eo nomine perstringit Ammianus Marcellinus, eam instar cujusdam sepulcri perpetuo clausam habet: sed velut publicam domum omnibus aperit eruditis; ultroque ad eam invitat singulos; et manuscriptorum codicum usum studiosis, quotiescunque opus habuerint, liberaliter impertit. Quid dicam de reliquis illius virtutibus et eximiis animi dotibus? quid de mirabili moderatione ac lenitate, qua intestinos motus ac tumultus sine ullius civis cruore compescuit? Sed hæc alias a me commodius, aut ab aliis dicentur ornatius. Nunc enim eas tantum illius laudes persequi constitui, quæ privatim pertinent ad studia litterarum. Temperare tamen mihi ipse non possum, quin hic de pace aliquid dicam, quam eminentissimus cardinalis omni studio atque industria nunc maxime urget ac promovet, et quam brevi per præcones regio publice pronuntiandam esse speramus. Quippe ea res præcipue ad commodum pertinet litterarum, quas pacis alumna esse, et sub ejus umbra ac præsidio conquiescere, nemo est qui nesciat. Cum igitur cardinalis eminentissimus gubernaculis reipublicæ primum admotus, bellum grave cum Hispanis non conflasset ipse, sed conflatum jam reperisset, variis, ut in tantâ re, consiliis diu et accuratè perpensis, id tandem constituit, edomandos diuturno bello esse Hispanos, reque ipsa admonendos quantum Galli armis, opibus, fortitudine, constantia et reliquis ad bellum necessariis subsidiis pollerent; ut hostes imbecillitate sua et Gallorum potentia cognita, segniore imposterum essent ad nostros aut armis aut injuria lacessendos. Neque enim firmam ac securam pacem cum hostibus aliter posse constitui, quam cum illi Gallis se in gerendo bello impares esse crebris claudibus suis detrimentisque sensissent. Itaque cum Hispani id sero tandem perinde ac Phryges intellexissent, tum demum cardinalis eminentissimus opportunum ineundæ pacis tempus adesse animadvertens, eam cum hostibus facere non recusavit, et de jure nostro, de summa totius belli, de spe denique atque victoria quam pene jam in manibus habebamus, aliquid concedere, quo populorum commodis et bonorum omnium votis, totius denique Christiani orbis desiderio gratificaretur. In quo singularem ejus prudentiam et salutarem reipublicæ sapientiam equidem satis mirari non possum.

Neque enim ob aliam causam tandiu dilata pax est, quam ut diuturnior deinceps esset ac firmior. Atque hæc obiter dicta sint de laudibus cardinalis eminentissimi. Qui cum inter arma litteras ac litteratos omnes benignissime fovere nunquam destiterit, multo magis sperandum est illum, pacis suæ tempore, easdem artes præcipuo quodam studio ac providentia complexurum: effecturumque ut Galli nostri, qui armorum gloria præ cæteris gentibus semper eminuerunt, nunc litterarum laude et optimarum artium studiis antecel-

lant. Sed nunc tempus est, ut eo unde digressi sumus revertamur. Tertius igitur ille codex, quem cardinalis eminentissimi bibliotheca nobis suppeditavit, omnium quos vidi Eusebianorum codicum longe optimus est ac vetustissimus. Quotquot enim emendationes in aliis exemplaribus reperimus, eas codex ille omnes exhibet; multæ vero aliæ in illo habentur emendationes, quas in aliis exemplaribus non reperi, quemadmodum ex meis adnotationibus studiosi lectores poterunt cognoscere. Scriptus est in membranis ante septingentos plus minus annos, elegantissime simul et emendatissime. Scholia quoque ad latus interdum habet apposita, nunc antiqua manu, nunc recentiore, quæ nos in adnotationibus nostris suo quæque loco descripsimus. Multa quoque alia in optimo illo codice observanda sunt, partim in accentibus, partim in distinctione seu interpunctione. Nam quod quidem ad accentus attinet, sæpe in illo codice acuuntur vocabula, quæ in aliis exemplaribus accentum habent circumflexum. Exempli gratia *πλο* et *παισαρ* in illo codice semper acuuntur. Contra vero *σπίρι*, quod in aliis codicibus acuto notatur accentu, in illo codice circumflectitur. Atque id quidem rectius puto. Quod autem spectat ad distinctionem, quam nos vulgo interpunctionem vocamus, hic codex adeo accurate distinctus est, ut tota distinguendi rationem ac scientiam, quæ haudquaquam levis momenti est, ex hoc uno codice possis cognoscere. Certe antequam eum nactus essem, mediæ distinctionis utilitatem ac necessitatem nondum perspexeram; quam unus ille codex sedulo inspectus atque excussus, mihi tandem patefecit. Verum de distinctione pluribus infra dicturi sumus. Illud præterea in vetustissimo illo codice observavi, quotiescunque plena distinctio seu *τελεία στήμμή* apposta est in aliqua lineâ, primam sequentis lineæ litteram extra reliquarum ordinem conspici, et exteriorem marginem subradere. Idque indicium est, novum caput aut novam periodum inchoari post finalem illam distinctionem. Idem in aliis quoque scriptis codicibus observavi. Certe in veteribus schedis bibliothecæ Regiæ quæ libros Eusebii *De vita Constantini* continent, ita semper fieri animadverti, quoties novum caput inchoatur. Quartum præterea codicem habuimus ex bibliotheca illustrissimi viri Nicolai Fucketii, qui generalis in senatu Parisiensi procuratoris officium gerens, præfecturam simul regalium ærarii summa cum laude administrat. Atque his quatuor manuscriptis codicibus ad emendationem librorum *Ecclesiasticæ Historiæ* usi sumus. Libros vero *De vita imp. Constantini* cum tribus antiquis codicibus contulimus. Primus est Regius ille, de quo superius dixi, in quo ante libros *Ecclesiasticæ Historiæ* quatuor libri *De vita imp. Constantini*, licet non eadem, vetusta nihilominus manu perscripti leguntur. Secundum locum obtinent schedæ veteres bibliothecæ Regiæ. Sic autem voco chartas, per quaterniones quidem digestas sed dissolutas, nec in codicis modum compactas. In his schedis, præter libros Eusebii *De vita Constantini*, et *Orationem* ejusdem imperatoris *ad sanctos*, primus quaternio *Ecclesiasticæ Historiæ* habetur; cujus et in adnotationibus meis mentionem sæpius feci. Cætera nescio quo casu perierunt. Tertium nobis codicem suppeditavit bibliotheca Fucketiana. In quo ante quatuor libros *De vita imp. Constantini*, præfixus est Eusebii *Panegyricus*, dictus eidem Constantino anno ejus imperii tricesimo. Hic codex, quamvis infimæ vetustatis, est tamen optimæ notæ, multisque in locis emendatior et amplior duobus illis prioribus quibus in editione sua usus est Robertus Stephanus.

Præter hos manu exaratos codices, adjumento nobis fuerunt variæ lectiones et emendationes quas viri docti ad marginem editionis Roberti Stephani manu sua adnotaverant. Cujusmodi codices multi etiamnum reperiuntur. Sed nos tribus præcipue usi sumus, qui etiam in adnotationibus nostris sæpius commemorantur. Primus fuit Adriani Turnebi, quem ille cum codice Regio ac Medicæo diligentissime contulerat. Libri vero *De vita imp. Constantini* cum Anglicano quodam exemplari collati erant, sive ipsius Adriani, sive Odonis Turnebi manu. Alter codex fuit Vulcobii: quem quoniam Renatus Moræus, medicus Parisiensis, mihi commodaverat, codicem Moræi in adnotationibus vocare soleo. Hic liber præter eas emendationes quæ in libro Turnebi habentur, perpaucas alias continet. Tertius codex fuit Henrici Savillii, viri doctissimi, ad me missus ex Anglia a Jacobo Usserio Armachano. Nam cum in Usserii notis ad *Martyrium B. Polycarpi*, manuscriptum Eusebianæ Historiæ codicem ex bibliotheca Savilliana laudari animadvertissem,



eumque codicem optimæ notæ esse ex aliquot locis ab Usserio prolatis deprehendissem, postulavi ab eo per litteras, ut varias ejus codicis lectiones (integrum enim ab eo collatum esse existimabam) ad me transmitteret. Ille vero codicem quidem ipsum in charta scriptum bombycina, bibliothecæ Oxoniensi a Savilio donatum fuisse, mihi rescripsit. Cæterum editionem Roberti Stephani statim ad me misit, in cujus margine Savilius emendationes ex suo illo manuscripto codice deproniptas adnotaverat. Quantum tamen conjicere potui non omnes scripti codicis lectiones ad latus editionis illius apposuit Savilius, sed eas tantum quas bonas certasque esse existimabat. Quædam enim lectiones ab Usserio e scripto illo codice proferuntur, quas a Savilio prætermittas esse postea deprehendi. Præterea idem Savilius ad oram illius editionis multas ascripsit emendationes ex codice Joannis Christophorsoni, quem scilicet Christophorsonus cum aliquot manuscriptis exemplaribus contulerat.

Hæc sunt librorum subsidia, quibus instructi Eusebianæ Historiæ libros emendandos suscepimus. Sed ne quis forte quidquam a nobis temere et pro arbitrio mutatum esse existimet, ante omnia lectores monitos esse volumus, nihil nos sine optimorum exemplarium consensu atque auctoritate fecisse. Adeoque nobis religio fuit, in his libris aliquid interpolare, ut ne tum quidem cum locum depravatam esse manifestissime apparebat, conjecturæ nostræ indulgere voluerimus. Argumento sit locus in fine lib. x *Histor. Eccl.*, p. 399, qui sic habet : 'Ο δ' ἀριτῆ πάση θειοσεβείας ἐκπρεπῶς μέγιστος υἱατικὸς Κωνσταντῆος. Poteramus hic veram lectionem levi negotio restituere, et pro ἐκπρεπῶς emendare ἐκπρεπῶν. Sic enim eum Eusebii locum citat Gelasius Cyzicenus in lib. II, nec aliter scribitur in lib. II Eusebii *De vita Constantini*, cap. 19, ubi hic locus iisdem plane verbis repetitur. Denique nullus in hac editione nostra emendatus est locus, de quo in adnotationibus lectorem non admonuerim, et emendationis meæ rationem non reddiderim. Emendationis pars est non postrema, distinctio sive interpunctio, de qua nonnihil a me dicendum est, ne forte lectores novo interpunctionis genere quod in hanc editionem a me primum inductum est, conturbentur. Quanquam si proprie loqui velimus, non id novum distinctionis genus, sed vetustissimum est, et ab antiquis omnibus tam Græcis quam Latinis usurpatum : quod recentiorum negligentia penitus abolitum, hac editione conatus sum saltem ex parte revocare. Prisci quidem illi, recens tum inventis litterarum figuris, uno tenore sine ulla prorsus distinctione scribebant. Quæ res cum maximam tum in legendo tum in pronuntiando haberet difficultatem, veteres grammatici tres posituras seu distinctiones excogitarunt, quibus quasi stationibus quibusdam ac diversoriis continuus orationis cursus distingueretur. Primam vocarunt ὑποστεγμῆν, id est *subdistinctionem* ; alteram μέσσην, id est, *mediam distinctionem* ; tertiam τελειὰν στεγμῆν, id est *finalem seu plenam distinctionem*. Tribus autem punctis diverso situ dispositis singulas notaverunt. Punctum enim ad imam litteram appositum subdistinctionem designat ; media vero distinctio quam Latini moram appellarunt, significatur puncto ad mediam litteram affixo. Illud autem punctum, quod ad caput litteræ apponitur, finalem denotat distinctionem. Harum autem distinctionum quæ sit vis ac ratio, docent grammatici, Donatus et Marius Victorinus, et Diomedes in lib. II, qui unus instar omnium nobis erit hoc loco. « Lectioni, inquit, posituras accedere vel distinctiones oportet, quas Græci θέσεις vocant ; quæ inter legendum dant copiam spiritum reficiendi, ne continuatione deficiat. Hæ tres sunt, distinctio, subdistinctio, media distinctio sive mora, vel, ut quibusdam videtur, submedia : quarum diversitas tribus punctis diverso loco positis indicatur. » Et paulo post : « Distinctio est silentii nota, cum sensu terminato liberum est cessare prolixius. Est hujus nota punctum supra versum ad caput litteræ positum. Subdistinctio est silentii nota legitimi, qua pronuntiationis terminus sensu manente ita suspenditur, ut statim id, quod sequitur, succedere debeat. Hujus autem nota est punctum sub versu positum. Mora est levis in continuatione sensuum interposita discretio, legitimæ distinctionis subdistinctionisque medium oblinens locum, ita ut nec perfecta in totum, nec ommissa videatur, sed significatione immorandi, alterius desideret principium sensus. Et hoc solummodo ærvat officium, ut legitis spiritum brevissima respiracione reticiat ac nutriat. Sic enim pronuntiando reti-

cere quis debet, ut quia spiritus ipse quadam defectione mutatur, deinde resumatur. Ut est :

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce  
Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu ;  
Utque acres concussit equos, utque impulit arma ;  
Extemplo turbati animi.

Multæ enim clausulæ sunt mediæ hujus lectionis. Primum ne confundantur, quæ δίκωλα et τριώκωλα ponuntur et talia. Deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo moveatur affectu, vel indignatione vel miseratione collata, » etc. Hujusmodi igitur distinctionum seu interpunctionum notas antiqui omnes, tam Græci quam Latini, in libris suis adhibuerunt : quas etiam Isidori Hispalensis ætate adhuc in usu fuisse constat. Id enim discimus ex ejus *Originum* libro 1, cap. 19. In manuscriptis quoque exemplaribus paulo vetustioribus eadem distinguendi ratio perpetuo servatur. Verum recentiores, seu imperitia seu desidia quadam ac negligentia, omnia commutarunt. Ac pro subdistinctione quidem virgulas posuerunt; pro mediæ distinctionis nota duo puncta : finalis vero distinctionis notam a capite ad pedes litteræ dejecerunt. Quam pravam distinguendi rationem secuti sunt omnes fere typographi præter Aldum Manutium. Hic enim in editione Græcorum librorum, quos pene innumerabiles excudit, eam semper interpunctionem retinuit, quam in manuscriptis exemplaribus invenerat. Et virgulas quidem quod attinet, nolim eas damnare. Parum enim interest, quam notam adhibeamus ad subdistinctionem designandam, modo ea nota ad pedes apponatur litteræ. Certe in optimo illo ac vetustissimo codice bibliothecæ Mazarinæ, cujus antea mentionem feci, interdum pro mediâ, interdum pro finali distinctione virgulam appositam reperi, id est, nunc ad mediam litteram, nunc ad summam. Nec solum virgula, verum etiam sicilico seu ἀπλῆ aversa nonnunquam designabatur media distinctio, ut docet Victorinus in libro 1 *Artis grammaticæ*. Quod vero pro finali distinctione hodie punctum ad pedes litteræ ponimus, id, meo quidem judicio, ferri nullatenus potest. Neque enim solum vetustati id repugnat, verum etiam rationi. Quippe ratio postulat, ut nota eodem situ posita eandem designet distinctionem. Punctum igitur in ima parte positum, idem significare debet, quod virgula quæ ad imam litteram notata est. Neque enim nota ipsa, sed notæ situs variat distinctionem. Ex quo efficitur, finalem distinctionem non recte a nobis designari puncto ad pedes litteræ apposito. Quare non sine causa veterem interpungendi rationem in hac editione restituere sum conatus. Ac virgulam quidem ipsam retinui, quippe quæ in denotanda subdistinctione idem valeat ac punctum; mediam vero distinctionem ex manuscriptorum codicum auctoritate suis locis quasi postliminio restitui. Hujus porro utilitatem ac necessitatem studiosi, ut spero, celeriter agnoscent. Neque enim solum eo valet media illa distinctio, ut resumatur spiritus ad principium alterius sensus continuandum, et ut actus magis emineat ac luceat, quemadmodum scribit Diomedes, verum etiam ad notandum discrimen personarum ac dignitatum. Sic alicubi in his libris, ubi legitur ἐπισκόπων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, codex eminentissimi cardinalis post vocem ἐπισκόπων mediam adhibet distinctionem. Sed et plerisque in locis punctum ad caput litteræ posui, ad finalem distinctionem designandam : ubique id facturus, nisi vis inolitæ consuetudinis me ab incepto revocasset. Cæterum quod ego in hac editione tantum ex parte præstiti, id ab aliis majore doctrina et auctoritate præditis, qui veterum libros posthac edituri sunt, tandem, ut spero, consummabitur. Atque hæc de emendatione et distinctione nostra summatim dicta sufficiant. Nunc ad Latinam interpretationem veniamus.

Non dubito multos fore qui mirentur quam ob rem post tres Latinos Eusebii interpretes, eosque in Græcis litteris non mediocriter exercitatos, quartam ipse versionem elaboraverim. Quibus primum ita respondeo: Si post Rufinum, qui *Ecclesiasticæ Historiæ* libros primus in Latinum sermonem convertit, licuit Musculo novam interpretationem condere, si rursus post Musculum idem licuit Christophorsono, cur mihi quoque idem juris non fuerit quod cæteris? Apud Judæos post Septuaginta Seniorum editionem tot sacramentorum religione, tot sæculorum auctoritate firmatam, Aquila primum, deinde Theodotion et Symmachus novas Veteris Testamenti interpretationes singuli ediderunt.

Quintæ item Sextæque ac Septimæ editionis auctores quidam reperti sunt, quorum nomina ignorantur : easque omnes versiones Origenes in *Hexaplis* suis collocavit, ut a catholicis hominibus legerentur. Quod igitur Judæis in Veteri Testamento licuit, cur in Eusebio mihi non liceat, maxime cum id audere in Eusebio minus periculosum sit, quam in sacris divinarum Scripturarum libris? Enimvero multæ eæque gravissimæ rationes ad novæ hujus interpretationis onus subeundum me vel invitum impulerunt. Nam cum novam *Ecclesiasticæ Historiæ* editionem vestro jussu vestrisque auspiciis suscepissem, videremque, superiorum interpretum versiones ob crebros errores ac *παρερμηνείας* nequaquam satisfacere desiderio doctorum virorum, quemadmodum Joannis Carterii et Petri Halloixii testimonio jam antea declaratum est, duorum alterum mihi necessario præstandum fuit, ut vel antiquam interpretationem corrigerem, vel certe procererem novam. Porro aliorum interpretationem corrigere, ut molestum per se ac difficile, ita etiam odiosum videbatur. Sua enim cuique laus, suus honos debetur a nobis. Fecerunt illi quidquid in ipsis fuit, et suo labore nostrum laborem levare ac minuere conati sunt. Proinde opus uniuscujusque interpretis laudandum potius est a nobis quam interpolandum. Rufinus, quamvis sensum potius Eusebii sequatur quam verba, tersus est tamen ac nitidus, nec legentibus injucundus; ac vel eo nomine plurimum laudandus, quod *Ecclesiasticam Historiam* primus Latinæ linguæ hominibus dedit, cujus versione ad nostram usque ætatem usa est Occidentis Ecclesia. Musculus verbis pressius adhæret, et in interpretando brevis est atque perspicuus, multisque in locis Christophorsono felicior. Christophorsonus, ut diligentior ac doctior Musculo, sic etiam numerosior incedit, et Ciceronianum quiddam solet. Præterea usus est manuscriptis exemplaribus ad interpretationem suam elaborandam: primusque *Panegyricum* Eusebii, dictum tricennialibus Constantini, Latino sermone edidit, quem postea Genevenses typographi Græce excuderunt. Dicet hic aliquis: Quid igitur opus fuit nova versione, cum illi interpretes tot tantisque laudibus abundant? Ego vero laudes illorum commemoro, non vitia detego: quæ quidem aliorum testimonio quam meo prodi malim. Quod si quis adnotationes meas legerit, aut interpretationem meam cum illorum versione conferre voluerit, intelliget profecto quot quantisque erroribus refertæ sint illorum interpretationes, nec sine causa novam Eusebii versionem mihi a vobis injunctam fuisse. Sed quoniam non voluntate sed necessitate quadam in hunc sermonem delapsus sum, de superiorum interpretum vitiis summatim pauca dicam. Nam si cuncta illorum *σφάλματα* singillatim vellem percensere, in immensum extenderetur oratio. Ut igitur a Rufino exordiar, quis nescit illum Eusebio multa pro arbitrio addidisse, multa detraxisse, multa mutasse; ac plerisque in locis *παραρράστην* potius esse quam interpretem? Exempli gratia, in libro vii de Gregorii Thaumaturgi miraculis, satis prolixam narrationem inseruit, quæ in Eusebii nostri exemplaribus non habetur. Idem, in libro ix Luciani martyris orationem pro fide nostra coram iudice habitam commemorat, quam Eusebii exemplaria non agnoscunt. Jam vero decimum *Ecclesiasticæ Historiæ* librum totum fere in versione sua prætermisit. Nihil hic dico de capitibus ab eo commutatis in libro sexto ac septimo, quandoquidem in adnotationibus meis hac de re lectorem admonui. Quot Eusebii loca ab illo perperam accepta et interpretata sunt! Hic est qui ex Zacharia sacerdote, cujus in Evangelio Lucæ fit mentio, martyrem nobis Lugdunensem effecit. Hic est qui Bibliadem cum Blandina confudit. Hic est qui Philoromum nobilissimum martyrem, ex rationale tribunum militum fecit. De Musculo vero quid attinet dicere, cujus versiones (nam et alios scriptores Latine interpretatus est) non magnopere probantur a doctis? Innumerabiles ejus errores proferre possem, si vellem: inter quos hic eminet. Dionysius Alexandrinus, in epistola adversus Germanum, quam refert Eusebius in libro sexto, ait se *περί ηλιου θυσαράς* comprehensum a militibus, et Taposirim esse perductum. At Musculus Heliodysmas oppidum esse credidit. Sic enim vertit: *Ego namque cum Heliodysmas una cum illis qui mecum erant, venissem, Taposirim a militibus ductus sum.* Idem præterea Musculus librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, qui subjectus est libro viii *Historiæ Ecclesiasticæ*, totum in versione sua prætermisit; quam ob causam, nescio. Est enim ille

Eusebii liber elegantissimus. Superest versio Joannis Christophorsoni, quæ nec ipsa nævis suis caret. Nam, ut omittam barbarismos qui in illa sæpius occurrunt, nimium proluxa et laciniosa est ejus interpretatio, dum voces quasdam addit ad explendam periodum, aut ad obscurioris loci expositionem suas adjicit *ἐπισημαστικῶς*. Interdum etiam ex duabus periodis unam facit, et duo capita in unum confert, adeo ut Latinorum capitum distinctio in ejus interpretatione multum discrepet a Græca. Quæ res quantam pariat molestiam ac perturbationem in citandis ex Eusebio locis, norunt omnes studiosi. Idem in theologicis quidem satis exercitatus fuit, sed criticæ artis peritia et antiquitatis Romanæ cognitione leviter instructus. Quare in propriis vocabulis magistratuum Romanorum, et in iis quæ ad civilem administrationem pertinent, perpetuo labitur: verbi gratia, in exponendis vocibus *ἡγεμόνος, στρατηγού, ἱπαρχικῆς τάξεως* et in similibus aliis. Postremo librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, qui in editione Roberti Stephani et in manuscriptis exemplaribus Subjunctus est octavo *Historiæ Ecclesiasticæ* libro Christophorsonus in octavum librum transfudit, cum ejus partem illum esse crederet. Quem Christophorsoni errorem secuti postea typographi Genevenses, ut Græca Latinis aptarent, ex duobus Eusebii libris unum fecere. Atque hæc carptim dicta sint de vitiis superiorum interpretationum; non obtrectandi animo, nec minuendæ cujusquam interpretis gloriæ, sed ut studiosi omnes intelligant, nos non sine causa novam interpretationem suscepisse. Quam ut perfectam quidem et numeris omnibus absolutam præstare non ausim (id enim nimis esset confidentiæ), ita plurimis mendis quibus superiores interpretationes scatent, carere fidenter affirmo. Cæterum cum tria potissimum in versione requirantur, ut nimirum fidelis sit, ut elegans ac perspicua, operam dedi ne quid horum in versione nostra desideraretur.

Interpretationem sequuntur adnotationes. In quibus duo potissimum spectavi: primum ut emendationum mearum rationem redderem, et varias scriptorum codicum lectiones studiosis proponerem: deinde ut obscuriores Eusebii locos illustrarem, et antiquos Ecclesiæ mores ac ritus collatis aliorum scriptorum locis explicarem. Adnotationibus quatuor a me subjunctæ sunt dissertationes. Quarum prima est de initio ac progressu schismatis Donatistarum. Altera est de Anastasi et martyrio Hierosolymitano. Hanc sequitur disputatio de versione LXX Interpretum adversus Jacobum Usserium Armachanum. Quarta est de Martyrologio Romano quod edidit Rosweydeus. Atque hæc sunt quæ ad Eusebianæ Historiæ illustrationem a me in hac editione elaborata sunt. Quæ si cuiquam fortasse levia videbuntur ac vilia, is cogitet, hujusmodi fere cuncta esse quæ in hoc genere litterarum proferuntur, iisque pro studio legentium ac stomacho aut pretium aut contemptum accedere. Nam si quidem æquum ac studiosum lectorem invenerint, magni æstimantur; si vero in fastidiosas aures inciderint, pro nihilo ducuntur. Deinde quid nisi vulgare admodum et mediocre expectandum est, a me præsertim qui ob debilitatem oculorum alienis oculis ac manibus et legere cogor et scribere: et qui dum propter laboris magnitudinem semper ad ulteriora festino, totum hoc qualecunque est opus ita properanter dictavi, ut vix relegendi mihi otium fuerit. Quo magis indulgenda mihi est venia, sicubi fortasse in adnotationibus lectoris desiderio non usquequaque satisfeci. Cæterum ad invitandos lectores, in ipso operis vestibulo doctissimam epistolam collocavi, quam illustrissimus ac reverendissimus archiepiscopus Tolosanus Petrus de Marca, vir divinarum humanarumque rerum scientia instructissimus, ad me scripsit de prima Evangelii prædicatione in Gallia. Quidquid igitur tædii ac molestiæ ex lucubrationum mearum lectione contraxerint studiosi, id hujus epistolæ eruditione et amœnitate facile detergent.

# PETRUS DE MARCA

ARCHIEPISCOPUS TOLOSANUS

CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO VIRO HENRICO VALESIO

S. P. D.

Gratulor tibi, et Ecclesie universae, ob eam quam inventenda et ornanda Eusebii *Historia Ecclesiastica* operam posuisti, juxta cleri Gallicani desiderium. Illam quippe acris ingenii solertiam maturiorisque judicii vim cum summa eruditione conjunctam, quam in editione Ammiani, et Excerptorum Polybii, senatui litteratorum olim probaveras, nunc felicius exseruisti in majoris momenti *Historia*, tum a vitiis lectionum, tum ab interpretum hallucinationibus purganda, egregiis denique in difficiliore locos adhibitis commentariis illustranda. Rerum ecclesiasticarum origines indefessa diligentia perquisitas descripsit Eusebius; sed usus quandoque oratione ex genio Orientalium perplexa; aliquando vero propter linguarum morumque ignorantiam minus intellecta. Quem singularis eruditionis tuae luce, apertis vetustatis ecclesiasticae arcanis, civilis quoque, quando res exigebat, patefecisti. Ex quo voluptatem cepi maximam; non solum propter illam, quae mihi communis futura est cum probis et eruditis viris, ex ea lectione hauriendam doctrinae copiam, sed quod studio decessoris mei Caroli de Montchal, archiepiscopi Tolosani, viri pietate et eruditione quondam celeberrimi, ad hoc opus arduum perficiendum te accinxisti. Cujus sedem cum possideam, reddendarum tibi gratiarum nomen, quod successione contraxi, his litteris solvere necessum putavi.

Ceterum, antequam ultima manus ponatur editioni quae nunc sub prelo fervet, monendum te duxi, in dissertatione nostra *De primatu Lugdunensi*, quae in Appendice ad concilium Claromontanum, tomo XXVI *Conciliorum* edita est, nos quaedam adnotasse numero 104, 105 et 107, illius exercitationis, ad epistolam Lugdunensium Christianorum, quam exhibet Eusebius lib. v *Hist.*, cap. 1. Πανήγυριν enim illam, quae Lugduni habebatur quando supplicia sunt a martyribus exacta sub Antonino, de conventu trium Galliarum intelligendam scripsi; quem ex sexaginta populis constat *docuit* Strabo, cujus mentem explicui num. 102, eumque cum loco Taciti emendato composui. Tentavi quoque Gregorii Turonensis testimonium de martyribus Aethiopicis, cum illa apud Eusebium narratione conciliare. Denique lapsu Rufini et Christophorsoni observato, locum epistolae illius insignem, de prehensione martyrum, et de interrogatione facta a tribuno cohortis quae tendebat

A Lugduni, una cum urbis magistratibus non infeliciter, ut puto, interpretatus sum. Quae tamen severiori judicii tui censurae submitto.

Finem faciebam huic epistolae, quando me patriae et tuendae veritatis amor, Lugdunensium martyrum occasione, pupugit et adegit, ut apud te paucis conquerer de injuria Gallis facta, non ab exteris quidem, sed a nostratibus; qui reconditoris et a vulgo semotioris, qua pollent, doctrinae cupidine illecti, veritatem quae in propatulo est, velut in puteo latentem sibi quaerendam putarunt. Gallis quippe detrahunt, quam Aethiopicis et Indis sciunt ab apostolis ipsis exhibitam Evangelii praedicandi curam: ac si florentissimae et vicinae nationes capiti gentium Romae, quam sanguine suo Petrus et Paulus consecrarunt, remotissimis illis extraque Romanum imperium sitis regionibus posthabita fuissent. Alia fuit mens apostolorum, qui Gallias in fide erudiendas, statim post adventum in Italiam susceperunt. Beatus quippe Lucas, a Pauli comitatu discedens, magistri sui mandato se contulit in Gallias; ubi praecipuum fidei praedicandae studium impendit. Deinde per Italiam et Dalmatiam in eodem opere industriam suam praestans, in Macedoniam, eodem functurus officio, se recepit. Auctorem habemus locupletem hujus narrationis Epiphanium, qui haeresi et quod diximus de Luca testatur, uno ex lxx discipulis, cui munus Evangelii praedicandi creditum ait: *Κηρύττει πρῶτον ἐν Δαλματία. καὶ ἐν Γαλλίᾳ, καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ Μακεδονίᾳ; ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Idque ipse primum in Dalmatia, Gallia et Italia, ac Macedonia praestitit; sed in Gallia praeter ceteris: vel, si malis, principium vero in Gallia.* Principium fecisse praedicationis in Gallia, sive potiore ejus curam gessisse, disertissime testatur. Duplici quippe significatione haec verba exponi possunt, ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Quod autem *primum* in Dalmatia praedicasse dicatur, ad solam Dalmatiam referendum non est, sed ad Galliam etiam, atque Italiam, habita ratione Macedoniae, in qua erudienda demum laboravit. Quae dictio fortasse restituenda est in contextu, ut sit quod respondeat τῷ *primum*. Sicque illud *primum* non impedit, quin significet ultimis verbis Epiphanium, principium operae suae Lucam posuisse in Gallia. Excipiunt viri eruditi, nescire se ab ullo veterum auctorum prodita, quae scripsit Epiphanium. Scilicet. Sed non ideo minus sunt vera quae gesta refert.

Petivit ille suam narrationem ex vetustiori scriptore, quo, ut plerisque aliis, caremus. Fortasse ex Hegesippo illud hauserat, qui in pandendis Ecclesiarum originibus se exercuit. Exstabat integrum opus Hegesippi, non solum Eusebii, sed etiam Hieronymi temporibus, atque adeo Epiphani. Supererat quoque Georgii Syncelli ætate, qui ejus auctoris fragmentum profert in *Chronico*, aliud a fragmentis quæ recitat Eusebius. Gravius doleo de viri illius eruditissimi, tibi que ac mihi quondam amicissimi glossemate, qui in animadversionibus ad eum Epiphani locum, vim testimonii illius nobis adimere conatur. De Gallia enim Cisalpina loqui Epiphanium notat. Scilicet apud illum auctorem Cisalpinam Galliam intelligimus, quæ nulla tunc erat, ab ipsis Augusti temporibus, qui novam provinciarum imperii divisionem instituit. Amovit ab Italia nomen Galliarum, quas objectu Alpium terminavit; Italiam solidam in regiones XI partitus, Galliis in quatuor provincias, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam, et Aquitanicam, sectis; ut docent Strabo, Mela et Plinius. Quam rationem quoque secutus est Ptolemæus in suis tabulis, ut et Ammianus, ac reliqui, quos de Galliis et Italia disserere occasio coegit. Itaque non alia est apud Epiphanium Gallia, quam quæ post Christum natum ab omnibus auctoribus vocatur Gallia, juxta limites ab Augusto institutos.

Non solum autem Lucam adhibuerunt apostoli ad informandas in religione Gallias, sed etiam Crescentem. Ejus rei testis ipse Paulus, II Tim. IV, qui missus fuisse docet Crescentem in Galliam. Certum quidem est variam fuisse hejus loci Paulini lectionem, etiam apud veteres. Etenim Chrysostomus et Theodoretus apud Græcos; Vulgatus interpres, et Ambrosiaster apud Latinos, legerunt *Galatiam*, non autem *Galliam*. Sed vetustioris et verioris lectionis vindicem habemus Epiphanium, qui constanter scribit in hæresi ut eos errare qui hoc loco Pauli *Galatiam* legunt, cum scribendum doceat *Galliam*. Οὐ γὰρ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὡς τινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀλλὰ ἐν Γαλλίᾳ. Eodem modo cæteris antiquior Eusebius tuus legit in codice Pauli *Galliam*, quemadmodum Epiphanius, si recte verba ejus expendantur, et vera apud auctorem illum lectio retineatur ex Rufino, et omnibus codicibus mss., ut tu diserte monuisti. Theodoretus sane, qui *Galatiæ* dictionem in contextu Pauli retinet, licet de Galatia Asiatica potuisset illam accipere, maluit ad Galliam nostram, id est ad Galatiam occidentalem referre. Adeo certa erat apud omnes veteres, Crescentis in Gallia prædicatione. In quo cum veteribus Usuardi et Adonis Martyrologiis conveniunt; qui post fidem a Crescente in Galliis promulgatam, meminere reditus illius in Galatiam Asiaticam.

Enimvero quid vetat, quin Lucæ et Crescenti, assiduis Pauli comitibus, adjungamus et Paulum ipsum apostolum, qui, testibus Græcis, Athanasio,

A Epiphanio, Chrysostomo ac Theodoro, et e Latinis Hieronymo, post primum adventum suum in Urbem, ubi biennium exegit a Luca memoratum (quo temporis intervallo fortean Lucas in Gallia prædicationem Evangelii auspicatus est), Hispanias adivit, ad promulgandam illis in regionibus Christianam fidem. Atqui Hispanias petenti, pergendum fuit per celeberrimam apud veteres viam illam publicam, quæ ab Italia per Gallias in Beticam ipsam ducit. Ejus descriptionem exhibet non solum Antonini *Itinerarium* a Nicæa per Arelatem, Narbonem, summum Pyrenæum; Juncariam, Barcinonem, et reliqua loca: sed etiam Strabo, qui sædulo se habuit in viæ illius explicatione: quam in plerisque capitibus minus ab interpretibus intellectam, nos patefacere conati sumus libro primo *Cataloniæ illustratæ*, cujus editionem maturamus. Non iners fuit Paulus in Galliis erudiendis, qui gentium salutem sibi specialiter commissam, tam flagranti studio peragratis regionibus undequaque procurabat: qua de re statim uberius ageamus.

Possumus quoque Philippi apostoli operam Galliis vindicare, ipsisque Britannis, ex Isidoro Hispalensi, lib. *De vita et morte sanctorum*, cap. 74. *Philippus Gallis prædicat Christum; barbarasque gentes vicinasque tenebris, et tumentis Oceano conjunctas, ad scientiæ lumen fideique portum deducit. Adijtque hoc munere perfunctum Philippum, in Phrygiam migrasse, ubi Hierapoli occubuit. Sed quoniam hunc apostolum Gallis quoque, tum Baronius, tum eo duce alii subtrahere conantur, narrationem istam ad Galatas Asiaticos traducendo, non pigebit viri eruditissimi, licet e novatorum grege, Usserii Armachani verba hic transcribere e cap. II de *Antiquitatibus Ecclesiarum Britannicarum: Quod autem de Philippi in Galliis apostolatus habet Freulsius a Malmesburiensi citatus, ex Isidori libro De Patribus utriusque Testamenti, cap. 74, ad verbum expressit. Apud utrumque enim legimus: « Philippum Gallis prædicasse Christum, barbarasque gentes, vicinasque tenebris, et tumentis Oceano conjunctas, ad scientiæ lucem fideique portum deducisse. » Neque hic mihi Baronii conjectura placet, Isidori ista a Galliis nostris ad Galatas Asiaticos traducentis: multoque minus nuperi operum Isidori editoris, Jacobi Breullii temeritas, Galatis pro Galliis in ipso textu (sine ulla veteris lectionis commemoratione) reponentis. Nam præterquam quod Isidorus in hoc ipso opere, cap. 82, et in Officio Toletano (quod Gothicum et Mozarabum vulgo appellatur), itemque Julianus Toletanus archiepiscopus in Nahum prophetam scribens, et Beda (vel quicumque auctor fuit Collectaneorum et Florum) Philippo Galliam assignant: idemque Galliis prædicavisse Christum legitur in libello De festis apostolorum, qui in Hieronymiano Martyrologio ms. habetur (ex quo pleraque omnia in librum suum De Patribus Novi Testamenti transcripsit Isidorus): illa barbararum gentium Oceano junctarum mentio, Europæos Gallos, non**



*Gallo-Græcos ab Isidoro intellectos esse satis evincit.*

His adjungendum putavi testimonium vetustissimi codicis manuscripti ex bibliotheca Sancti Germani Parisiensis, in quo iste tractatus Isidori ante octingentos annos descriptus, una cum aliis ejusdem auctoris libris continetur, ubi antiqua lectio disertissime præfert Philippum Gallis prædicasse, quemadmodum cap. 82, habetur *Galliam illi fuisse assignatam*. Nec dissimulandum est in eodem codice legi, Hispaniam Jacobo apostolodatum, eumque Hispanis fidem prædicasse. Quæ vetusti codicis auctoritas a quibusdam conceptam suspicionem eximere debet vitiatæ fortean loco in illo lectionis in prioribus editionibus ab aliquo Hispanarum partium studioso. Disceptatur quidem apud eruditos de Jacobi in Hispaniam adventu, ex eo præcipue capite, quod apostoli nondum a Judæa, sortibus sibi apud gentes prædicandi distributis, recessissent. Sed quemadmodum auctoritate Isidori, qui sua ex prioribus haurire potuit, se tueri possunt Hispani adversus opinionis confictæ novitatem quæ illis opponi solet, ita nobis de Philippo disserere licet, eo tamen securius, quod illius prædicatio apud Gallias cum incidat post sortitionem provinciarum ab apostolis factam, libera est ab eo telo, quo prædicatio Jacobi apud Hispanos impeti solet. Cæterum illud fuit apostolorum propositum, ut quaquaversum orbis patet, Evangelium disfundereut, ex mandato Christi. Quare, ut optime adnotavit Eusebius, lib. III *Demonstr. Evang.* cap. 5, non solum Romam caput imperii, atque Romanas provincias, sed etiam alia regna, tum Parthorum, tum Armeniorum, Scytharum, Indorum, Æthiopum, ipsimet prædicationibus suis instituerunt: adeo ut, quemadmodum subjungit Eusebius, *ipsis quoque Britannicis insulis, Oceanum prætervecti, fidei lumen intulerint*. Sane neminem puta tam insipidum qui sibi persuadeat, de divisio toto orbe Britannis sollicitos apostolos, negligentiores fuisse in Gallis per quas iter est ad Britannias, per se aut per legatos veritate imbuendis. Quod egregie illi præstiterunt per Philippum, unum ex eorum collegio, Lucam, Crescentem, Trophimum, Paulum, Martialem, aliosque in tabulis ecclesiasticis adnotatos; et perfecit Clemens per Dionysium, Saturninum, Eutropium Santonensem, Ursinum Bituricensem, et alios.

Neque sane infrugifera fuit Philippi, Lucæ, Crescentis et reliquorum, quam in Galliis sparserant Christianæ fidei sementis, Dei clementia, qui reliquas orbis regiones fovebat, Gallias non destitente. Dicit pro nobis Irenæus, qui circiter anno 190 scripsit, in lib. I, cap. 3, veram fidem probari ex ejusdem doctrinæ professione, quæ in variis Ecclesiis per universum orbem constitutis constanter traditur, tum in Oriente, in Ægypto et Libya; tum in Germania, apud Hispanos, et Gallos, atque alibi. *Nam et si, inquit, in mundo loquelæ dissimi-*

*les, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hæ quæ in Germania fundatæ sunt Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Iberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ. Sed sicut sol creatura Dei in universo mundo unus et idem est, sic et lumen et prædicatio veritatis ubique lucet, et illuminat omnes homines qui volunt ad cognitionem veritatis venire.* Illa tempestate, Germaniæ quidem et Hispanis suas Ecclesias nostri liberaliter absque ulla restrictione concedent, sed digladiabuntur de Celtis contra Irenæum: qui generaliter cum sit locutus de Celtis, ejus sententiam ad specialem tractum Lugduno vicinum inviolose coercerunt. Absit livor iste a Gallorum pectoribus, neque gentis honori manus violentas inferant, cui exteri parcunt, seque multum venditant eo nomine, quod paria nobiscum faciant in fidei susceptæ initiis. Sane quo in statu esset Irenæi ætate, fides Christiana apud Gallos, ille facile conjiciet, qui Tertullianum triginta post annis disserentem expenderit de recepto Evangelio per omnes Orientis tractus; quibus mox subjunguntur ab auctore, *Gatulorum varietates, Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, et Galliarum diversæ nationes, et Britanniarum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita: et Sarmatarum, et Dacorum, et Germanorum, et Scytharum, et abditarum multarum gentium et provinciarum et insularum multarum nobis ignotarum, et quæ enumerare non possumus.* Per Galliarum diversas nationes, Tertullianus quatuor Galliarum provincias ex divisione Augusti, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam, et Aquitanicam intelligit: ex quibus corpus Galliarum tunc conflatum erat, quod postea in decem et septem provincias distributum fuit.

Quare cum testimoniis vetustissimis ac firmissimis nitatur exordium prædicatæ fidei in Galliis ex apostolorum delegatione, et susceptæ a Celtis, ut loquitur Irenæus, seu a diversis nationibus Galliarum, ut ait Tertullianus: ægerrime fero quorundam in suam patriam acerbitatem, qui origines omnium Ecclesiarum Gallicanarum, præter Lugdunensem et alias paucas, ad medium tertiæ sæculi detrudunt; affixo ex Gregorio Turonensi paulo ante Decii et Grati consulatum, id est paulo ante annum 250, initio septem sociorum episcoporum, Gratiani Turonensis, Trophimi Arelatensis, Pauli Narbonensis, Martialis Lemovicensis, Dionysii Parisiensis, Saturnini Tolosani, et Stremonii Arvernensis, qui primi in illas Galliarum partes lumen Evangelii intulerunt, et in Ecclesiis a se constitutis stabiliverunt.

Quin primi illi duces præcipui fuerint Christianæ expeditionis provinciis Narbonensi et Aquitanicæ, et in remotioribus partibus Lugdunensis provinciæ, a nemine dubitatur, consentientibus tabularum ecclesiasticarum monumentis, et solemnibus sacris

quæ in eorum memoriam anno ritu, divino Numini peroguntur in singulis Ecclesiis. Illarum autem antiquæ traditioni, Bedæ, Usuardi Adonisque Martyrologiis et Actis veteribus fultæ in temporis consignatione, cur derogari debeat, plane non video, præsertim cum aliis quoque argumentis hæc veritas innitatur. Sumatur initium discussionis a Trophimo, et expendantur verbâ libelli ab episcopis provincie Viennensis Leoni papæ oblati anno 450: *Omibus Gallicanis regionibus notum est, inquit, sed nec sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, et exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei et religionis infusum.* Quem Gregorius ponebat sub Decio Trophimum, cætus episcoporum provincialium, quibus perspectus erat census Ecclesiarum suarum, quique Gregorium centum et quinquaginta fere annis anteccebant, Trophimum a Petro missum docent, et ut rem omnibus perspectissimam narrent; subjiciuntque, *exinde aliis paulatim regionibus Galliarum, bonum fidei et religionis infusum.* Hoc ipsum significat Zosimus papa epist. 5: *Ad quam (Arelatensem urbem) primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est.* Porro hæc epistola Zosimi edita a V. C. Sirmondo, et laudata olim tam in concilio Francofordensi, quam etiam ab Usuardo et Adone, cum scripta sit anno 417, Gregorii Turorensis testimonio potior esse debet in ponenda Trophimi epocha, quam disertissime synodus episcoporum provincialium refert ad Petrum apostolum; a quibus non discedit Zosimus, cum doceat primum in Galliis Trophimum fuisse constitutum episcopum. Libelli supplicis ad se ab episcopis missi rationem habuit Leo pontifex rescripto quod ad eos statim dedit, quo veterem Arelatensis et Viennensis Ecclesiæ de metropolitana dignitate contentionem, Viennensis provincie divisione componit. Necessè est controversiæ illius statum compendio perstringere: ut qui subortii sunt ex eo non sane percepto in eruditorum nimis scrupuli, quod ad Trophimi antiquitatem spectat, facilius eximantur. Vienna civitas metropolis erat provincie Viennensis in laterculo imperii. Unde, juxta canones Nicænos, jus metropolitanicum ad se pertinere in ordine ecclesiastico contenderat olim Simplicius, civitatis illius episcopus adversus Arelatensem, in concilio Taurinensi, anno 397. Qua in lite interlocuti sunt Patres, eam civitatem frui debere honore primatus, quæ doceret se esse provincie metropolitani; dato interim ad fovendam concordiam episcopis consilio, ut quisque viciniores sibi civitates ad suam curam revocaret. Pessum data erat hac interlocutione Arelatensis Ecclesiæ dignitas, quæ in ordine civilis dispositionis a metropoli civitate Viennensi absque dubio pendeat. Quare Zosimus viginti post synodum Taurinensem annis interpet-

A latus ab Arelatensi episcopo, Simplicii Viennensis impudentiam damnat epist. 7, quod in eo concilio postulas-et, ut sibi creandorum sacerdotum in provincia Viennensi permitteretur arbitrium: quod ait esse contra statuta Patrum, et sancti Trophimi reverentiam: decernitque, juxta preces Patrocli Arelatensis, ut ejus civitatis episcopus, jam inde a Trophimo ordinationis seriem temporibus roboratam possideat, non solum in provincia Viennensi, sed etiam in utraque Narbonensi. Cujus prærogativæ rationem quoque reddit epist. 8, ad Hilarium Narbonensem: *Quoniam Trophimus sacerdos quondam Arelatensi urbi ab apostolica sede transmissus ad illas regiones (scilicet utramque Narbonensem et Viennensem) tanti nominis reverentiam primus exhibuit, et in alios non immerito, ea quam acceperat auctoritate transfudit.* Totam ergo primatus metropolitici causam, ἐν τῇ πρωτοκλησίᾳ, seu in prioris vocatione ad fidem, et in vetustiore episcopatus institutione apud Arelatem a Trophimo facta, Zosimus diserte constituit. Cæterum, quoniam hæc Zosimi rescripta consuetudine quidem vetusta, ut ipse ait, ex relatione Patrocli nitebantur, sed disciplinam Ecclesiæ universalis a synodo Nicæna decretam convellebant, quæ singulas provincias suis commiserat metropolitanis, non autem plures provincias uni; hinc factum, ut Bonifacius papa non exprobrarit quidem Patroclo Arelatensi metropolitice potestatis usurpationem, sed potius integram illi relinquens in provincia Viennensi, illius tamen temeritatem damnaverit epistola data ad Hilarium Narbonensem anno 422, quod scilicet in Lutubensi Ecclesia ordinationem episcopi celebrasset *in aliena provincia*, inquit, scilicet in Narbonensi, quæ a Viennensi erat distincta. Illud autem factum pertendit contra synodi Nicæne constitutionem, quam describit; commonetque Hilarium, ut metropolitico jure munitus, et præceptionibus suis fretus, quæ faciendæ sunt in Lutubensi Ecclesia præstet. Nolvit Hilarius Arelatensis, Patrocli successor, fultus et Zosimi priori rescripto et consuetudine vetusta, parere decreto Bonifacii, restringentis intra Viennensem provinciam Arelatensis episcopi potestatem. Quam ob rem, et propter Chelidonii causam, aliasque gravissimas rationes, iratus Hilario Leo PP. quod minus colere majestatem Romanæ sedis videretur, acerbè in eum invehitur in epistola ad episcopos Viennensis provincie scripta anno 445. Inter cætera illi objicit, quod projecto episcopo infirmo et nescienti, alium superposuisset episcopum, idque *in aliena provincia*, scilicet extra Viennensem. *Quid sibi Hilarius quærit in aliena provincia*, inquit, *et id quod nullus decessorum ipsius ante Patroculum habuit, cur usurpat, cum et ipsum quod Patroclo a sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit meliore sententia mutatum?* Quibus verbis Leo apertissime significat priora Zosimi rescripta, et posterius Bonifacii decretum, quo potestas Arelatensis episcopi

intra limites Viennensis provinciae coerebatur, ut superius monui. Quae autem exceptiones obicerentur adversus Zosimi rescriptum, in eo capite quod ordinationes in utraque Narbonensi Patroclo concessas respicit, idem manifeste docet, si ejus verba juxta regulas juris expandantur. Scilicet obreptum Zosimo per falsam Patrocli suggestionem, qui referebat ad consuetudinem vetustam, quam ipse primus usurpabat ordinandi potestatem in provincia Narbonensi. Deinde significat, ad summum praerogativam illam a Zosimo ad tempus Patroclo concessam intelligi debere. Denique utitur posteriore Bonifacii decreto, quod juxta canonum praescriptum, ambitiosum illud et per fraudem elicatum Zosimi rescriptum, duas provincias uni metropolitanano concedens, resciderat. Tandem praefracta Hilarii Arelatensis contumacia Leo papa censensus, absque cognitione causae inauditis illis quorum intererat, jus omne metropolitanicum etiam in provincia Viennensi ademit episcopo Arelatensi, illudque Viennensi adjudicavit, ac si ad eum ex jure civilis metropoleos juxta canones pertineret, quemadmodum Simplicius in concilio Taurinensi a Patribus olim impetrare tentaverat. Hanc injuriam Arelatensi Ecclesiae illatam adversus vetustissimae consuetudinis ἐν τῇ πρωτοκλησίᾳ fundatae et a Trophimo ductae auctoritatem, episcopi provinciae Viennensis, hac novitate percussi, amovere curarunt, occasione arrepta ex obitu Hilarii, et electione a se facta Ravennii, viri gravissimi et Leoni pergrati. Itaque libello supplici ad Leonem dato, primatus Arelatensis originem arce sunt a Trophimo: qui missus a B. Petro, primus in Galliis Arelate episcopatum instituit: cujus quidem primariae institutionis ratio potior sit habenda, quam civilis dispositionis, quae Viennae jus metropoleos politicae olim tribuerat. Quod telum ex ordine civili petatum ut repellat episcopi, non dubitant civilem quoque dignitatem, qua temporibus illis florebat civitas Arelatensis, Leoni proponere: in ea nempe sedem praefecturae Galliarum a civitate Trevirorum eo translatam consistere: atque adeo urbem illam *matrem omnium Galliarum* esse. Quod dictum, ut opponatur Viennae, quae pro matre Viennensis tantum provinciae se gerebat. Addunt etiam: *Quicumque intra Gallias, scilicet jam inde a Constantino Maximo et Valentiniano, ostentare voluit insignia dignitatis, in hac urbe consulatum accepisse, et dedisse*: hoc est consulatum circensibus celebravisse, quemadmodum egregie hunc locum interpretatur vir eruditissimus Adrianus Valesius, litterarum et sanguinis germanitate frater tuus, o mihi charissime Henrice Valesi, in libro VIII *Rerum Francicarum*, quas doctissimis curis et ingenii sui solertia illustravit. Expensis tandem rationum momentis, quae libello episcoporum Provincialium continebantur, auditis quoque *allegationibus* episcopi Viennensis, Leo papa privilegii Arelatensis rationem habendam censuit, restituendamque metropolitanam dignitatem illi Ec-

clesiae, quae vitio episcopi sui Hilarii antiquo jure in perpetuum privari non poterat. Itaque rem totam juxta concilii Taurinensis consilium datum olim contententibus duarum civitatum episcopis, sic temperavit, ut majorem partem provinciae Viennensis restitueret Arelatensi Ecclesiae; solis quatuor civitatibus penes Viennensem episcopum relictis, ne honorem metropolitanicum, quem ipsemet concesserat, adimere per inconstantiam aut injuriam videretur; et, ut ipse loquitur, ne Viennensis, cui potestatem metropolitanam Hilario ablatam deputaverat, *semetipso factus videretur inferior*. Sed tum de isthac controversia, tum etiam de dignitate civili Viennensis et Arelatensis civitatis, accuratam disceptationem dabimus in secunda editione libri nostri **B De primatibus**, quam adornamus.

Cæterum hæc Trophimi antiquitas confirmatur epistola Cypriani ad Stephanum papam, qua petit ut ab eo scribantur litterae in Provinciam (id est Narbonensem solidam, quam veteri Provinciae nomine nuncupat) quibus Marciano episcopo Arelatensi abstento, alius in ejus locum substituatur; quoniam spretis collegarum monitis, Novatiani erroribus pervicaciter adhærebat. Necessum vero est hanc Cypriani epistolam scriptam esse initio sedis Stephani, quando duos inter illos pontifices dissensio nondum ulla intercesserat. Initium autem illud Stephani cum cadat in annum 256, sequitur Marciani exordia antecedere Decii consulatum. Unde rectissime colligitur, missionem Trophimi in anteriora promovendam, invito licet Gregorio Turonensi, scilicet ad Petri ætatem, juxta libelli episcoporum provinciae Viennensis testationem. Sola falsi suspicionem ultro excogitata tum adversus Cypriani epistolam, tum adversus Zosimi rescripta et episcoporum libellum, nollem a manifestis illis probationibus se liberarent Gregorii fautores. Admissa quippe semel hac respondendi et praescribendi ratione, adversus scripta quae stilo et veterum coicum editionumque fide, veterumque auctorum testimonio muniuntur, cadit omnis de quaestionibus litterariis disserendi ingeniorum delectatio. Interim omnitemendum non est assertam Cypriano epistolam a V. C. Rigaltio in notis ad Cyprianum, discus is falsi argumentis a viro doctissimo allatis. Operam quoque non indiligentem posuit vir plane eruditus Hugo Menardus in refellendis argumentis adversus Cypriani epistolam, et Zosimi rescripta, atque libellum supplicem adductis.

Quae testimonia, licet ad vindicandam veritatem sufficient, non alienum erit ad traditionis antiquae seriem comprobendam, Adonem Viennensem testem laudare; cujus haec sunt verba in Martyrologio *iv Kal. Januarii: Apud Arelatem, natalis sancti Trophimi episcopi et confessoris, discipuli apostolorum Petri et Pauli*. Idem uberius in libello de fe-sivitatibus apostolorum. *Natalis sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Illic ab apo-

*solis Romæ ordinatus episcopus, primus ad Arelatem urbem Galliarum ob Christi Evangelium prædicandum directus est: ex cujus fonte, ut beatus papa Zosimus scribit, totæ Galliarum fidei rivus acceperunt: qui apud eandem urbem in pace quievit.*

Errore Gregorii Turonensis in consignanda Trophimi epocha dispuncto, re impetrabiliore utemur in probanda similis ejusdem auctoris hallucinationis confutatione. Paulum Narbonensem ad Decii tempora Gregorius dejecit. Cui opponemus læcuple-tissimum testimonium vetustissimi Martyrologii a Rosweydo editi, quo Ecclesia Romana inter solemnes ritus utebatur, teste Gregorio Magno lib. vii, epist. 29. Martyrologii illius hæc sunt verba ad XI Kal. Aprilis: *Narbonæ, sancti Pauli episcopi, discipuli apostolorum.* En Paulum episcopum Narbonensem, discipulum apostolorum, id est ab ipsis apostolis Christianam fidem edoctum. Causa eadem, nisi constans sit in eodem Martyrologio verbi illius quam proposui significatio; quæ alia certe esse non potest juxta proprium dictionis sensum. Referam loca, ex quibus hæc significatio verbi adstruitur. *Pridie Nonas Januarii. Apud Cretam, Titi apostolorum discipuli III Kal. Maii. Apud Paphum, Tychici apostolorum discipuli. VII Kalendas Junii. Apud Athenas, Quadrati apostolorum discipuli. Pridie Nonas Augusti. Aristarchi discipuli apostolorum. IV Kal. Decembris. Sosthenis discipuli apostolorum. VI Kalendas Januarii. Trophimi episcopi, discipuli apostolorum.* Quare diserta est, ut dixi, Martyrologii veteris Romani testatio, ad figendum Pauli Narbonensis episcopatum in ipsis apostolorum temporibus, quavis Trophimi episcopatu posteriorein. Celeberrimum quidem apud antiquos fuisse Pauli hujus nomen, docet Prudentius in *Martyribus Cæsaraugustanis*:

*Barcino claro Cucufate fulta*

*Surget, et Paulo speciosa Narbo.*

Sed temporis veram consignationem ex testimonio vetustissimo Romanæ Ecclesiæ supra laudato haurire debemus. Traditionis vero series petenda est tum ex Usuardo, et ex Actis vitæ Pauli Narbonensis; tum etiam ex Adonis Martyrologio, atque ex ejusdem libello de festivitibus apostolorum; cujus hæc sunt verba ad diem XI Kalend. Aprilis: *Natalis sancti Pauli, quem beati apostoli ordinatum urbi Narbonæ episcopum miserunt. Quem tradunt eundem ipsum fuisse Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, a quo ipse Paulus sortitus est nomen, quia eum fidei Christi subegerat: quique ab eodem sancto apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud præfatam urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non sequitur impleto, clarus miraculis coronatus sepelitur.* Hic duo quædam observanda sunt. Ac primo quidem, Paulum Narbonensi Ecclesiæ præfectum episcopum ab ipsis apostolorum temporibus, absoluta est auctoritas, cum eorum discipulus fuerit, ut dixi. Alterum respicit veterem famam, quæ Paulum illum

A cum Paulo proconsole miscet, eundemque facit. Præterea docet in possessione episcopatus institutum a Paulo apostolo in Hispaniam proficiscente. Quæ quidem prudenter Ado non asseruit ut certa, sed ut fama vetustiore recepta: cujus narrationis auctores Braulio, Leander, Julianus, et alii veteres scriptores Hispani proferuntur in litteris Stephani papæ editis a viris clarissimis et eruditissimis Gulielmo Catello, senatore Tolosano, et Philippo Labbæo, Societatis Jesu presbytero; quarum exemplar exstat etiam in archivis Ecclesiæ Tarraconensis, quarumque fidem et sententiam expendimus in secunda editione libri nostri *De primatibus*.

Quod attinet ad Martialem, illud unum habetur in Martyrologiis veteribus, eum Lemovicæ fuisse episcopum. Verumtamen antiqua ejus vitæ Acta, unum fuisse e LXX discipulis Domini, et a Petro apostolo ad Aquitanos missum docent; quam traditionem amplexa est synodus Lemovicensis anno 1034 in disceptatione quæ de Martialis apostolatu in Galliis habita est.

Dionysii Parisiensis succedit vexata disputationibus gravissimorum virorum epocha: his stantibus a Gregorio, et ad Decii tempora antistitem illum detrudentibus, quo spes omnis Parisiensem Dionysium cum Areopagita permiscendi abscindatur: illis vero, contrario proposito, ad Clementem Romanum ejus missionem referentibus. Sane a Clemente in Galliis Dionysium missum fuisse, Beda et Usuardus docent in suis Martyrologiis: quam traditionem eos hausisse certum est ex Actis antiquis Vitæ S. Dionysii, quæ dudum ex mss. codicibus edidit V. C. et eruditissimus Franciscus Boquetus, nunc meritissimus episcopus Ecclesiæ Mompeliensis. Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi in codice ms. Turonensis Ecclesiæ, qui complectitur Vitas sanctorum aliquot a Fortunato descriptas, et inter cæteras, Dionysii Parisiensis illam quæ jam, ut dixi, edita est in publicum. Habemus ergo Fortunatum Pictavensem episcopum, æqualem Gregorii Turonensis, qui Dionysii Parisiensis epocham ad tempora Clementis retrahit. Quam sententiam secuti sunt episcopi Galliarum in epistola ad Eugenium papam scripta anno 824, quæ habetur apud Baronium: a D quibus Fortunato teste adeo locuplete fultis discedere, piaculum esse puto.

De Saturnino, Gatiano et Stremonio mox agam quoniam specialis illorum est causa.

Non me latet, quid eruditos viros ad deprimentam in posteriora tempora septem episcoporum epocham, veluti præcipites egerit: Severi Sulpitii nempe, atque Gregorii Turonensis auctoritas. Scripsit ille, *Sub Aurelio Antonino visa primum in Galliis martyria, Dei religione trans Alpes serius suscepta.* Unde tabulis ecclesiasticis fidem non esse habendam colligunt. quæ sub Domitiano, vel sub Trajano, aut Adriano passos tradunt quosdam ex prioribus illis pontificibus. Utinam maluissent interpretatione ex ipsis juris et rhetorum principiis

docta, Severum cum diptychis ecclesiasticis in concordiam adducere; generi quippe per speciem derogatur, ut docent jurisconsulti. De martyriis generalibus loquitur Severus, scilicet de cæde tum pontificum, tum plebis Christianæ, per supplicia consumptorum, ut accidit in Ecclesiis Viennensi et Lugdunensi sub Antonino, quo solum respiciebat Severus; cui cladis similis ante nulla contigerat in Gallis. Quod tamen non impedit quin priores aliquot episcopi pro Christo mortem obierint, absque ulla tamen generali plebis Christianæ strage, ut factum postea sub Decio, qui solos in episcopos animadvertēbat. Neque vero sequitur errasse Severum in pertexenda rerum serie, cum per compendium summa illarum capita attigerit, neque in se suscepit, origines Ecclesiarum Gallicanarum, quas omnino intactas reliquit, et singulorum pontificum eventus tradere. Quod autem subjungit, *serius trans Alpes susceptam religionem*, verum est, habita comparatione partium Orientalium, atque ipsius Italiæ, quæ prius imbuta est doctrina fidei, et fortassis cum uberiori et faciliiori proventu quam in Gallis, gentilium superstitionum retinentioribus.

Depulsa ex Severo petita machina, liberi esse possumus a metu Gregorii. Docet ipse duo quædam, lib. 1 *Hist.*, cap. 30: alterum, septem illos socios eodem tempore in Gallias pervenisse, Ecclesias septem ab eo commemoratas primos constituisse; alterum vero, horum adventum referendum ad tempora consulatui Decii et Grati vicina, id est ad annum 250, aut circiter. Quæ narratio manifeste pugnat cum Irenæo, qui sexaginta et amplius annis ante hunc consulatum Ecclesiarum apud Celtas fundatarum meminit. Pugnat quoque cum Tertulliano, qui triginta et amplius annis ante Decii epocham, diversas Galliarum nationes fidem Christianam profiteri testatur: quæ cum sit ex auditu, plane prædicantium missorum ministerio diversis illis nationibus infundenda fuit; qui quidem alii non sunt præter eos, quos tabulæ ecclesiasticæ exhibent. Erravit ergo Gregorius, prætextu Vitæ sancti Saturnini, cujus verba laudat, in epocha Decii constituenda; quam scriptor ille cum soli Saturnino affligeret, Gregorius de suo ad alios extendit, ex recepta jam tum opinione de septem illorum societate. De suo addidisse dixi, quoniam in verbis *Actorum Saturnini* quæ Gregorius laudat, nulla sit sex pontificum mentio; neque etiam in corpore *Actorum* quæ apud Surium exstant; quæ plane sunt eadem cum iis *Actis* ex quibus locum a se laudatum Gregorius decerpit, cum iisdem omnino verbis ibi locus ille descriptus reperitur. Porro *Acta* illa composita sunt longo intervallo post obitum Exsuperii Tolosani, cujus meminere, ut recte observat Hugo Menardus. Destituitur itaque Gregorius sui auctoris testimonio, in sex pontificibus: adeo ut epocha consulatus Decii, ad solum Saturninum episcopum ex illo *Actorum* scriptore referenda sit.

Quod autem ad Saturninum attinet, controversi

PATROL. GR. XX.

non debet, quin Gregori tempore duplex invaluisse opinio, et quin utraque sola relatione niteretur. Altera est quam sequitur Gregorius hoc loco, passum esse Saturninum Decii consulatu. Illud autem auctor ab eo laudatus hausit, non ex vetustis Saturnini passionis *Actis*, sed ex *fidei recollectione*, ut loquitur. Vetusta enim passionis *Acta*, vel per incuriam tempore illo scripta non fuerant, vel ex præsidum decreto temporibus Decii igne perierant; ut de *Actis* martyrum generaliter testatur Prudentius. Altera sententia, sua quoque relatione fulta (cujus testis ipse Greg., lib. 1, c. 48, *De miraculis*), tradebat missum Saturninum a discipulis apostolorum, id est, plus quam centum et quinquaginta annis ante Decium. Adeo ut in ancipiti positus, liceat ultimam Gregorii sententiam sequi, quæ cohæret priori illi apud eum non controversæ, de non divellendis adeo proluxa temporum intercapedine a se invicem prioribus episcopis: qui a Petro et Paulo, et deinceps a Clemente apostolorum discipulo, non longo intervallo missi, exordia fidei per Gallias propagarunt. Hinc factum, ut Ado in Martyrologio Saturninum scribat passum sub Decio, juxta primam Gregorii opinionem: Rabanus autem in suo Martyrologio sequatur secundam, usurpatis quoque Gregorii verbis: *Iste vero*, inquit, *Saturninus martyr, ut fertur, ab apostolorum discipulis ordinatus, in urbem Tolosatum est directus*. Quod intelligendum de Clemente, a quo missus dicitur Saturninus una cum Dionysio, in *Actis* veteribus S. Dionysii compositis a Fortunato Pictavensi, qui secundam Gregorii sententiam disertissime confirmat. Quanquam vetusta S. Saturnini *Acta* missum a Petro doceant, et in Elusana urbe Novempopulaniæ scilicet metropoli, deinde Pompelone, et in aliis Hispaniarum gentibus Ecclesias constituisse; ut ex suis quoque tabulis fatentur auctores Hispani. Sed satius est, ut hæreamus relatæ a Gregorio traditioni, scilicet a discipulis apostolorum ordinatum, id est a Clemente, juxta Fortunatum.

Eadem explicatio adhibenda est alteri loco, c. 8, *De gloria Confessorum*, ubi tradit Bituricæ urbi verbum, salutis prædicasse Ursinum episcopum, qui a discipulis apostolorum in Gallias destinatus fuerat, scilicet a Clemente, ut ejus Vitæ *Acta* perantiqua testantur.

Speciales quas adhibuimus probationes pro fulcienda veteri epocha quinque pontificum, Trophimi, Pauli, Martialis, Dionysii, Saturnini, quibuscum par est causa plurium aliorum qui Ecclesias in Gallis fundaverunt, generales probationes ex Irenæo, Tertulliano et Eusebio, de vetustate Ecclesiarum, ut juvant, sic mutuum quoque ex illis subsidium capiunt. Qua de re diligenter disseruit juris utriusque celeberrimus antecessor in Academia Tolosana Antonius Dadinus Altéserra, lib. 1v *Rerum Aquitanicarum*, c. 9.

Quod autem attinet ad Gatianum Turonensis Ecclesiæ episcopum, cum ejus successor Gregorius,

cul perspecta erant Ecclesiæ suæ tabularia, doceat A fidem in ea instituerunt Dionysius Parisiensis, Savinianus Senonensis, Nicasius Rothomagensis, Carannus Carnotensis, et Julianus Cenomanensis. Superest ut de Lugdunensi civitate quæramus: quæ quidem cum principia episcopatus debeat Pothino, qui passus sub Antonio, anno Christi 177, nonagenario major, sed inferior Trophimi Arelatensis institutione, non dubito quin hujus studio debeat primitias fidei. Siquidem, ut tradiderunt episcopi in libello oblato Leoni papæ anno 450, ex Trophimo velut ex fonte profluxerunt rivuli fidei in alias Galliarum partes; quod confirmat quoque Zosimi papæ epistola. Quare cum Arelas Italiæ, Orientis et Africæ commerciis pateret, et ob eam rationem Lugduno florentissimo Galliarum emporio conjungeretur, obvium fuit Trophimo per se et per alios legatos fidei Christianæ sementem ibi serere, quæ tandem in eum fidelium cœtum crevit, qui a Pothino episcopo regi mereretur.

Non me latet, in quædam Acta, quibus vitæ pontificum illorum describuntur, multa, quod attinet ad eorum res gestas, irrepsisse, quæ manu medica egeant, ut repurgentur; quemadmodum de Actis hujusce generis decreverat olim concilium Francofordiense anno 794. Id tamen non officit missionis veritati, de qua sola asserenda nunc agitur, ommissis cæteris quæ in quæstionem adducentur a viris eruditis, de quibus alias fortasse sententiam meam aperiam. Interim amicos nostros obtestor, ut huic consulant quæ, licet aliena ab eorum sententia, dixi, provocatus tuendæ veritatis desiderio, ad restituendam Ecclesiæ Gallicæ majestatem, aliquo pacto imminutam ex depressa originis illius vetustate: quæ in rebus sacris non vulgarem venerationem conciliare solet, tum Ecclesiis, tum etiam imperiis Christianis in quibus sunt constitutæ. Quare non evertendas, sed retinendas putavi quæ vero nituntur traditiones nostras, præcipue cum in Ecclesia Romana, ac toto in orbe Christiano jam olim receptæ fuerint; adeo ut non egeamus prava illa diligentia quam adhibuerunt illi qui etiam falsis atque confictis sub nomine veterum auctorum monumentis, vetustatem Christianæ religionis sibi arrogare nituntur, vel etiam receptam confirmare.

Tu vero, vir clarissime, pro ea qua polles non solum eruditione, sed etiam prudentia, de nostro isto conatu, prout par est, decernes, et dignitatem Ecclesiarum Gallicanarum robustius vindicabis. Vale.

Lutetiæ Parisiorum, Nonis Septembris, anno 1658.



**ΕΥΣΕΒΙΟΥ**  
**ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ**  
**ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ**  
**ΛΟΓΟΣ Α (1).**

**EUSEBII PAMPHILI**  
**ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ**  
**LIBER PRIMUS.**

(2) ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ Η ΠΡΩΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΥΣΕΒΙΟΥ  
 ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ (3).

α Τis ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις.  
 β Ἐπισκοπὴ κεφαλαιώδης περὶ τῆς κατὰ τὸν Σω-  
 τῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ  
 προῦπαρξενός τε καὶ θεολογίας.  
 γ Ὡς καὶ τὸ Ἰησοῦ ἄνομα, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ  
 Χριστοῦ, ἔγνωσθό τε ἀνεκράθεν καὶ ἐτετλητο  
 κατὰ τοὺς θεσπεσίους προφήτας.  
 δ Ὡς οὐ γεώτερος, οὐδὲ ξερίων ἢ ὁ τρόπος τῆς  
 πρὸς αὐτοῦ καταγγελθείσης πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν

Α εὐσεβείας.  
 ε Περὶ τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τῆς εἰς  
 ἀνθρώπους.  
 ζ Ὡς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ, ἀκολούθως ταῖς  
 προφηταῖς, ἐξέλιπον ἄρχοντες οἱ τὸ πρῶν ἐκ  
 προγόνων διαδοχῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθρους ἡγού-  
 μνοι, πρῶτός τε ἀλλόφυλος βασιλεύει αὐτῶν  
 Ἡρώδης.  
 ζ Περὶ τῆς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις νομιζομένης δια-

(1) Λόγος α'. In untea editis, βιβλίον πρῶτον. In  
 vetustissimo codice Mazarino et in Mediceo ac Fu-  
 ketiano titulus hujus libri ita perscribitur : Εὐσεβίου  
 τοῦ Παμφίλου Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγος  
 πρῶτος. Idem quoque in reliquis libris observatur.  
 Sed et ad calcem uniuscujusque libri semper appo-  
 situm inveni in primis illis exemplaribus. Τέλος τοῦ  
 λόγου, etc. Certe Andreas Cæsariensis, in caput xvi  
 Apocalypsis, hos libros ita nominat : Ὡς γὰρ φησιν  
 ἐν ὄψει κεφαλῶν τοῦ ἐνάτου λόγου τῆς Ἐκκλη-  
 σιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας ὁ Εὐσεβίος.

(2) Solebant antiqui scriptores libris suis indi-  
 cem capitulorum præfigere, ut lectores quid in  
 singulis libris tractaretur, uno quasi intuitu agno-  
 scerent. Id autem duobus modis præstare consueve-  
 rant. Nam aut omnium simul librorum capitula uni-  
 verso operi præponebant, sicut a Plinio Secundo  
 factum est in libris *Historiæ naturalis*; aut singu-  
 lis libris titulos capitulorum præfigere solebant, ut  
 in *Historia ecclesiastica* fecit Eusebius noster. Ne-  
 que enim dubitandum est quin Eusebius ipse hos  
 indices seu titulos capitulorum composuerit, et his-  
 toriarum suarum libris, sicut hodie leguntur, præ-  
 notaverit. Certe observare licet, in istis capitulis  
 semper Eusebium de seipso loqui in prima persona;  
 exempli causa, post titulos capitulorum libri secun-  
 di hæc leguntur : "Ὅτι συνῆχται ἡμῖν ἡ βίβλος, ἀπὸ  
 τῶν Κλήμεντος, Τερτυλλιανοῦ, Ἰωσήπου καὶ Φίλω-  
 νος. Id est : *Quod hic liber a nobis collectus est ex*  
*Clementis, Tertulliani, Josephi ac Philonis operibus.*  
 Præterea in libro vii hic est titulus ultimi capituli :  
 Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς διαπερφεάντων ἐκκλη-  
 σιαστικῶν ἀνδρῶν. Id est, *De his quæ persecutionem*  
*nostra civitate factam præcesserunt.* Ex uibus maui-

festè colligitur, Eusebium ipsum, hujus *Historiæ* pa-  
 rentem, capitulorum etiam auctorem exstitisse.  
 Adde quod Rufinus, qui sexaginta circiter annis  
 post Eusebii mortem *Ecclesiasticæ historiæ* libros  
 Latine interpretatus est, in Græco suo exemplari  
 eadem reperit capitula, quæ in nostris exemplari-  
 bus hodie leguntur. Idque apparet ex manuscriptis  
 Rufini exemplaribus, quorum unum ante septingentos  
 annos descriptum penes me habeo. In iis enim  
 semper tituli capitulum singulis libris præfiguntur,  
 eodem ordine quo in nostris codicibus Græcis posi-  
 ti cernuntur. Et Rufinus quidem ea vocat *capitula* :  
 Cassiodorus vero, in præfatione *Hist. Trip.*, titulos  
 rectius nominat; et Cyprianus in *Exhortatione mar-  
 tyrii ad Fortunatum* : *Compendium feci*, inquit, *ut*  
*propositis titulis, quos quis noscere debeat et tenere,*  
*capitula Dominica subnecterem.* Ubi vides titulos a  
 capitulis distingui. Sed et Suidas, in voce *Κεφάλαιον*  
 et in voce *Τίτλος*, notat titulos differre a  
 capitulis

(3) Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. In codice Mazarino  
 et Fuketiano scriptum est, τοῦ Παλαιστίνου. Sed  
 Medicæus utramque habet lectionem, τοῦ Παμφίλου,  
 τοῦ Παλαιστίνου. Certe Theodoritus Eusebium no-  
 strum vocare solet Palæstinum. Ita in prææmio interpre-  
 tationis in *Epistolam ad Hebræos*. Idem in epistola  
 ad Sporacium qua libros *Hæreticarum fabularum*  
 ei unncupat, de Eusebio Pamphilo et de Eusebio  
 Emiseno loquens, alterum Palæstinum vocat, alte-  
 rum Phœnicem : καὶ Εὐσεβίου τοῦ τε Παλαιστίνου  
 καὶ τοῦ Φοίνικος. Basiliius quoque, in libro *ad Am-  
 philochium de Spiritu sancto*, Eusebium nostrum  
 Palæstini cognomen afficit.

ῥωνας τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας.  
 η' Περὶ τῆς Ἡρώδου κατὰ τῶν παιδῶν ἐπιβουλῆς,  
 καὶ οὐ μετῆλθεν αὐτὸν καταστροφὴ βίου.  
 θ' Περὶ τῶν κατὰ Πιλάτου χρόνων.  
 ι' Περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίους ἀρχιερέων, καθ' ὅς

Α δ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο.  
 ια' Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ τοῦ Χρ-  
 στοῦ μεμαρτυρημένα.  
 ιβ' Περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.  
 ιγ' Ἱστορία περὶ τοῦ τῶν Ἑδессηνῶν δυνάστου.

IN PRIMO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EUSEBII PAMPHILI  
 HÆC CONTINENTUR.

- I. Quodnam sit hujus operis argumentum.
- II. De Servatoris Domini nostri Jesu Christi præexistētia ac divinitate.
- III. Quod ipsum Jesu Christique nomen, olim notum fuerit cultumque a divinis prophetis.
- IV. Quod religio cunctis gentibus ab eodem prædicata, nec nova sit nec peregrina.
- V. De temporibus quibus præsens hominibus apparuit.
- VI. Quod ejus temporibus, ut a prophetis prædictum fuerat, cessarunt principes qui ex generis continua successione Judæis imverabant: et quod vrimus ex

- alienigenis Herodes apud eos regnavit.
- VII. De dissensu qui creditur esse inter Evangelia, in stirpe Christi.
- VIII. De Herodis adversus infantes crudelitate, et qualem exitum vitæ is habuerit.
- IX. De Pilati temporibus.
- X. De pontificibus Judæorum, sub quibus Christus Evangelium prædicavit.
- XI. Testimonia de Joanne Baptista et de Christo.
- XII. De Servatoris nostri discipulis.
- XIII. Narratio de regulo Edessenorum.

CAPUT PRIMUM.

Quodnam sit hujus operis argumentum.

Cum sanctorum apostolorum successiones, ac temporum seriem quæ a Servatore nostro ad nos usque effluerunt scribere instituerim: quot præterea quantæque res in Ecclesia gestæ a scriptoribus nostris commemorantur: qui præcipue in celeberrimis civitatibus eidem Ecclesiæ non sine laude præfuerint: et qui subinde per ordinem temporum sua quisque ætate verbum Dei, vel voce vel scriptis, prædicaverint: qui etiam quibusque temporibus homines novandi cupiditate ad maximos errores delapsi, falsæ doctrinæ auctores se palam

capitulis: Matthæum enim, verbi gratia, continere titulos 68, capita vero 355, et sic de cæteris Evangelii. Capitulum proprie est pars libri, quæ integræ alicujus rei continet narrationem. Titulus vero est index, qui capitulo superponitur, et interdum quidem titulus unus plura continet capita, ut videre est in Pandectis juris civilis. Idem olim cernebatur in Evangelio Matthæi, quod plura habebat capita quam titulos, teste Suida. Sic etiam in reliquis Evangelii. Nam quod legitur in Suida Marcum habuisse titulos 48, capita vero 36, mendosum est. Et pro 36 corrigendum est 233, ut aperte colligitur ex Canonibus Evangeliorum quos Eusebius noster composuit. Interdum vero singuli tituli singulis capitulis respondent, ut in his *Ecclesiasticæ Historiæ* libris. Et in Mazarino quidem ac Medicæo codice, tituli uniuscujusque libri notis numeralibus prænotantur. In Fuketiano autem codice post titulum additur *Κεφάλαιον*, cum nota numerali. Sed hæc vox in optimis illis codicibus, ut dixi, nunquam reperitur. In eo, ejus loco, *Περιοχῆς* vocabulum positum inveni in principio libri quarti supra ipsos capitulum titulos, *Λόγον τετάρτου περιοχῆς*.

(4) *Ἐπισημοτάταις παροικίαις*. Non possum probare interpretationem Christophorsoni, qui *παροικίας provincias* vertit. Non placet etiam emendatio Curterii aut alterius cuiuspiam qui *Ecclesias* interpretatur. *Παροικία* quidem significat Ecclesiam apud Christianos scriptores, et nominatum apud Eusebium nostrum non uno in loco. Cujus significationis origo ex eo manasse mihi videtur, quod Ecclesia in terris duntaxat inquilina sit et *παροικος*, ejus autem patria et municipatus in celo sit. Sic in Epistola Smyrnenis Ecclesiæ apud Eusebium in lib. iv: *Ἐκκλησία ἡ παροικουσα ἐν Σμύρνῃ*, et in lib. iv, cap. 23, de Dionysii Corinthii epistolis: *Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικουσῇ Γόρτυ-*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίς ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις.

Τὰς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαδοχάς, σὺν καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς ἡμᾶς διηυσμαμένοις χρόνοις, ὅσα τε καὶ πηλίκᾳ πραγματευθῆναι κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν λέγεται, καὶ ὅσοι ταύτης διαπρεπῶς ἐν ταῖς μάλιστα ἐπισημοτάταις παροικίαις (4) ἠγγήσαντο τε καὶ προέετησαν, ὅσοι τε κατὰ γενεὰν ἐκάστην ἀγράφως ἢ καὶ διὰ συγγραμμάτων τὸν θεῖον ἐπέσθευσαν λόγον, τίνες τε καὶ ὅσοι καὶ ὀπηλίκᾳ νεωτεροποιῶντες ἡμέρῳ πλάνης εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες (5), ψευδωνύμου γνώσεως εἰσηγητὰς ἑαυτοὺς ἀνακεκρυχάσιν, ἀφειδῶς οἶα λύκοι

van. Sic etiam in epistola Lugdunensis Ecclesiæ ad Asianos, quæ refertur ab Eusebio in lib. v. Et ante hos omnes Clemens in epistola ad Corinthios ita scribit: *Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικουσα Ῥώμην*, etc. Denique in epistola Sardicensis concilii: *Πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ πάση τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικουσῇ*. Sed in hoc Eusebii loco non licet *Ecclesiam* interpretari. Bis enim in eodem membro repetendum esset nomen Ecclesiæ hoc modo: *Qui in illustrissimis Ecclesiis Ecclesiæ cum laude præfuerunt*. Quod quidem ut vitaret Christophorsonus, *παροικίας provincias* vertit. Ego *civitates* aut *sedes* malim vertere, aut, cum Rufino, in *celeberrimis locis*. Intelligit enim Eusebius Ecclesiam Romanam, Alexandrinam, Antiochenam et Hierosolymitanam. Porro *παροικία* dupliciter sumitur. Interdum generaliter pro tota diœcesi, ut apud Eusebium in *catechesi* 14, ubi de Jacobo fratre Domini loquitur: *Ἐπισκόπων δὲ πρῶτον τῆς παροικίας ταύτης*. Interdum autem *παροικία* strictius auimitur, non pro tota diœcesi, sed pro particulari Ecclesia, in quam singuli fidelium ascripti sunt. Sic in libello protestationis presbyterorum Mareoticæ nomi quam refert Athanasius in *Apologia*, sumitur *παροικία*. De episcopis enim missis a synodo Tyri ita scribunt: *Ἀπῆντησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ παροικίᾳ*. Sed et Apollonius in libro *Adversus Cataphrygas*: *Καὶ ἡ ἴδια παροικία αὐτῶν ὄθεν ἦν οὐκ ἐδέξατο*. Quæ verba refert Eusebius, cap. 18, lib. v. Sic *παροικία* vocabulum duobus modis sumitur apud Latinos: nonnunquam pro tota diœcesi, ut apud Augustinum in epistola 261; aliquid quando pro singulari Ecclesia, quæ vulgaris significatio est. Plura vide apud Jac. Sirmondum in notis ad epistolam ultimam Sidonii.

(5) *Πλάνης εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες*. Ex codice



βαρεῖς τὴν τοῦ Χριστοῦ πολίμνην ἐπενετρίβοντες, προσ-  
 εἶ τούτοις καὶ τὰ παρατιχὰ, τῆς κατὰ τοῦ Σωτή-  
 ρος ἡμῶν ἐνεκεν ἐπιβουλῆς (6), τὸ πᾶν Ἰουδαίων  
 ἔθνος περιελθόντα, ὅσα τε αὐτὸ καὶ ὅποια καθ' οὐς τε  
 χρόνους (7) πρὸς τῶν ἐθνῶν ὁ θεὸς πεπολέμηται λό-  
 γος, καὶ πηλικοὶ κατὰ καιροὺς τοὺς δι' αἵματος καὶ  
πὸν ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας, οἷά τινας ὀδοιπορίας ἐραψώμεθα, τὸν τοῦ Λόγου Πατέρα Θεὸν, καὶ τὸν δηλούμενον αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ Λόγον, βοηθὸν ἡμῖν καὶ συνεργὸν τῆς κατὰ τὴν διήγησιν ἀληθείας ἐπικαλεσάμενοι. Ἦν δὲ οὖν τοῦτο δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος (71) τῆς Αὐγούστου βασιλείας, Αἰγύπτου δ' ὑποταγῆς καὶ τῆς τελευταίας Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας, εἰς ἣν ὑστάτην ἡ κατ' Αἰγύπτου τῶν Πτολεμαίων κατέληξε δυναστεία, ἐγδοσὸν ἔτος καὶ εἰκοστὸν, ὅπνιχα ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς τότε πρώτης ἀπογραφῆς, Κυρηναίου ἡγεμονεύοντος; τῆς Συρίας (72), ἀκολούθως ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητείαις, ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς Ἰουδαίας. Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς καὶ ὁ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπισημώτατος ἱστορικῶν Φλαύιος Ἰώσηπος μνημονεύει (73), καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφύσεις χρόνους αἰρέσεως, ἧς καὶ παρ' ἡμῖν ὁ Λουκάς ἐν ταῖς Πράξεσι μνήμην ὡδέ πως λέγων πεποιήται. Ἐμετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ

<sup>21</sup> Cap. v.

(71) Δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος. Idem numerus habetur in *Chronico* Eusebiano. Anno **XLII Augusti Jesus Christus Filius Dei in Bethlehem Judæ nascitur**. Annus porro primus Augusti juxta supputationem Eusebii is est, quo Hirtius et Pansa consules fuerunt. Proinde secundus et quadragesimus Augusti annus cadit in consulatum ejusdem Augusti tertium decimum. Hæc de anno natali Christi. Diem vero neutrum expressit Eusebius. Orosius quidem in lib. vii, cap. 2, postquam juxta sententiam Eusebii, quem ubique sequitur, Christum natum esse dixit anno imperii Augusti **XLII**, addit die vii Kalendas Januariæ. Nec aliter legitur in veteribus fastis quos sub Idacii nomine primus edidit Jac. Sirmondus; fuitque hæc communis opinio Occidentalis Ecclesiæ. Sed cum Orientales aliter senserint, Christum scilicet natum esse viii Idus Januariæ, in hac quoque sententia Eusebium fuisse minime dubitandum est. Itaque ex sententia Eusebii, primus Christi annus concurrat cum anno **XLII** imperii Augusti. Sic certe in vetustissimis codicibus Eusebiani *Chronici*, Acutiano, Lipsii et Ortelii scriptum habetur, ut testatus est Miræus. Sic in antiquissima editione Mediolanensi, quam nec Scaliger nec Pontacus viderunt. Male in editione Scaligeri primus Christi annus componitur cum anno **XLIII** Augusti, contra fidem scriptorum codicum, adeoque contra ipsius Eusebii sententiam. Etenim Eusebius in fine lib. vii ait historiam ecclesiasticæ successionis a se conscriptam, a natali Christi ad usque subversionem Ecclesiarum, complecti annos quinque ac trecentos. Atqui si primus Christi annus ab anno **XLII** Augusti ducitur, inde ad **XIX** Diocletiani annum quo destructæ sunt Ecclesiæ, quatuor tantum ac trecenti sunt anni. Verissimum igitur est, quod supra dixi, Eusebium initium annorum Christi anno **XLII** Augusti, mense Januario collocavisse. Et sic Epiphanius adversus hæresim Alogorum ex Eusebii *Chronico*, ut opinor.

(72) *Κυρηναίου ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας*. Id est, cum Quirinus legatus esset Syriæ. Legatos Cæsaris qui in provincias mittebantur, civilia simul et militaria recturi, Græci sere ἡγεμόνας vocant. Ita Strabo in fine lib. xvii, Dio Chrysostomus, aliique.

(73) *Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς Ἰώσηπος μνημονεύει*. Josephus quidem mentionem

cessaria, jam præmissa sint, superest ut a corporali Servatoris nostri præsentia, tanquam itineris nostri sumamus initium, Patrem Verbi Deum, ipsumque de quo agimus, Jesum Christum, Dominum ac Servatorem nostrum, cœlesti Dei Verbum precibus invocantes, ut ad prosequendum ordinem veritatis auxiliator nobis atque adjutor sit. Annus jam agebatur secundus et quadragesimus imperii Augusti, a subacta autem Ægypto, et ab interitu Antonii et Cleopatæ, in qua Ptolemæorum in Ægypto dominatio desiit, octavus ac vicesimus: cum Servator et Dominus noster Jesus Christus prima illa descriptione census quæ facta est Quirinio Syriæ præside, secundum prophetarum de illo vaticinia, in Bethlehem Judææ natus est. Hujus porro descriptionis quæ Quirinio temporibus facta est, celeberrimus apud Judæos historiarum scriptor Flavius Josephus mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum secta, quæ iisdem temporibus emersit statim subnectens; de qua noster etiam Lucas in Actibus apostolorum <sup>21</sup>

facit descriptionis illius quæ a Quirinio facta est in Syria ac Judæa statim post relegationem Archelai. Sed hujus descriptionis, quam Lucas regnante adhuc Herode factam esse ait, non meminit. Ac mihi quidem videtur error in textum Lucæ irrepisse in Quirinii nomine, et pro Quirinio restituendum esse nomen Sentii Saturnini. Hic enim præses fuit sub finem regni Herodis teste Josepho. Certe Tertullianus in lib. iv, *adversus Marcionem*, census in Judæa actos scribit per Sentium Saturninum. Ex quo apparet, Tertulliani tempore quosdam in Evangelio Lucæ pro Quirinio Saturninum legisse. Cæterum mirum est hanc primam descriptionem a Josepho prætermissam fuisse, qui tamen patriæ suæ historiam tanta diligentia persecutus est, ut et præsidēs Syriæ omnes recensuerit. Nam et Sentium Saturninum commemorat, ejusque successorem Quintilium Varum. Hæc cum intelligeret Eusebius, sic censuit: unam eandemque esse descriptionem, cujus Lucas et Josephus meminissent; sed Josephum falli qui eam descriptionem post relegationem Archelai contigisse scriberet. Itaque idem Eusebius in *Chronico*, tumultum illum Judæ Galilæi, qui descriptionem illam a Quirinio factam subsecutus est, sub ortum Christi et extrema Herodis tempora collocat. Neque enim adeo stupidus fuit Eusebius, ut non videret Lucam et Josephum in assignando descriptionis tempore inter se dissentire. Quippe id patebat etiam cæco. Sed in hac dissonantia, ob Evangelii reverentiam Lucam sequi maluit, et Josepho fidem abrogare. Quæ quidem sententia longe commodior est et expeditior, quam illa Scaligeri, qui duas fuisse censet Judææ descriptiones; utramque a Quirinio factam. Sed in hac Scaligeri sententia multa occurrunt parum verisimilia. Primo enim Quirinium bis missum fuisse oportet legatum in Syriam; bis ad eandem rem, videlicet ad census agendos: primum quidem circa ortum Christi; deinde vero decem circiter post annis, cum relegatus fuisset Archelaus. Atqui non est probabile, eundem hominem bis missum fuisse ad regendam provinciam. Certe Josephus diligentissimus scriptor, cum Quirinii adventum in Syriam ac Judæam narrat, eum jam antea in Syriam venisse non dicit, nec descriptionem aut ab illo, aut ab alio quopiam Romano judice jam antea factam fuisse. Quod si jam facta fuerat descriptio, cur iterum sit per eundem virum? Nam si recte et sine fraude facta

loquitur his verbis : « Post hunc exstitit Judas Galilæus in diebus professionis censualis, et avertit populum post se. Et ipse periit, et **18** omnes quotquot consenserant ei, dispersi sunt. » Quibus consentiens is quem supra diximus Josephus, in octavo decimo *Antiquitatum* libro, ita dicit : « Inter ea Quirinius unus e senatoribus Romanis, vir omnibus magistratibus jam perfunctus, et qui per omnes honorum gradus ad consulatum usque pro-  
 ductus fuerat, aliis etiam dignitatum insignibus conspicuus, cum paucis militibus in Syriam pervenit, missus a Cæsare, cum ut jus redderet populis,

fuerat, novam facere nihil necesse erat. Sin male et inique facta, alium mitti oportebat, qui æquior-  
 em faceret descriptionem. Præterea prior illa descriptio quomodo fieri potuit a magistratu Romano, regnante Herode ; cum Herodes optimo jure rex esset Judææ a Senatu appellatus, nec jus esset magistratui Romano quidquam in Judæa pro imperio agere quandiu rex Herodes vixit. Mitto quod circa extrema illa Herodis tempora quibus natus est Christus, Saturninus et Varus legati Cæsaris in Syria fuerunt, non autem Quirinius, ut jam supra dixi. Hæc sunt argumenta, quibus potissimum impulsus, Scaligeri sententiam minus probabilem duco, qui duas descriptiones fuisse contendit. Nec obstat quod ait Lucas, descriptionem illam quæ facta est paulo antequam Christus nasceretur, primam fuisse. Hoc enim vocabulo id tantum significatur, tunc primum in Judæa census a Romanis actos fuisse, nec ullam antea factam descriptionem. Falsum item est quod ait Scaliger, posteriorem descriptionem ad tetrarchiam Archelai, et ejus  
 bona duntaxat pertinuisse. Imo Josephus in fine lib. xvii et initio xviii diserte scribit, Quirinium a Cæsare missum ad census agendos per Syriam ac Judæam. Scaligeri sententiam secutus est Petavius, cui hoc unum adjectum in *Rationario temporum* : utramque hanc descriptionem a Quirinio cum extraordinaria potestate in Syriam misso factam esse. Verum Lucæ ac Josephi verba id refellunt. Nam Lucas quidem ait ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, et Josephus habet, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἐσόμενος, quod non nisi de ordinario rectore dici potest. Eandem viam in conciliandis Lucæ ac Josephi locis secutus est Casaubonus in *Exercitationibus*. Sed omnes, meo quidem judicio, oleum atque operam perdidierunt. Nam ex duobus alterutrum falli necesse est. Quod cum de evangelista dicere aut omnino suspicari nefas sit, satius est in Judaicum scriptorem causam erroris conjicere. Quod si cui id durius videbitur, una hæc restat conciliandi ratio, quam supra indicavimus, ut in  
 textu Lucæ pro Quirinio Saturninum restituamus, ejusque tempore descriptionem non a magistratu Rom., sed ab ipso Herode rege factam esse dicamus. Hac ratione optime inter se consentient Lucas ac Josephus. Posset etiam dici, descriptionem illam absolutam quidem ac terminatam fuisse sub Quirinio præside post exsilium Archelai ; diu tamen antea ceptam esse sub finem Herodis, quo tempore natus est Christus. Hac ratione omnis inter Lucam ac Josephum dissensio tollitur. Nam evangelista descriptionem illam, quæ sub ortum Christi, superstite adhuc Herode fieri cepta est, vocat descriptionem præsidis Quirinii, eo quod sub Quirinio tandem terminata est. Hæc, meo quidem judicio, commodissima est interpretatio loci illius ex Evangelio Lucæ, quippe quæ unam duntaxat descriptionem factam fuisse supponit, non autem duas, ut Scaliger aliique ejus opinionem secuti, contra fidem historię confluerunt.

(74) Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς

Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς (74), καὶ ἀπέστησε λαὸν πολὺν (75) ὅπισω αὐτοῦ· κάκεινος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπέθοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν. » Τούτοις γοῦν κατὰ δεδηλωμένους ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας συνάδιον, ταῦτα παρατίθεται κατὰ λέξιν : « Κυρηνίος δὲ τῶν εἰς βουλὴν συναγομένων ἀνὴρ, τὰς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκώς καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας, ὡς καὶ ὑπατος γενέσθαι, τὰ τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας (76), σὺν ὀλίγοις ἐπὶ Συρίᾳ παρῆν, ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητῆς τῶν οὐσιῶν γεννησόμενος. » Καὶ μετὰ βραχέα φησὶν : « Ἰούδας δὲ Γαυλιανίτης

*ἀπογραφῆς*. Scaliger in lib. vi *De emendatione B temporum* et in animadversionibus Eusebianis, ait Lucam in Actibus apostolorum, non de prima professione loqui sub qua natus est Christus, sed de secunda, quæ facta est post relegationem Archelai : et Eusebium graviter reprehendit, qui has duas professiones inter se confuderit. Sed Scaliger ipse gravissime fallitur, qui, nullo auctore fulsus, duas descriptiones nobis obtrusit, cum unam tantum fuisse et Josephus et Lucas ipse confirmet. Non enim addit Lucas τῆς δευτέρας ἀπογραφῆς, sed tantum dixit τῆς ἀπογραφῆς, unicam fuisse inveniunt descriptionem. Origenes quoque in libro *contra Celsum* cum Eusebio consentit his verbis : Καὶ μετ' ἐκεῖνον, ἐν ταῖς τῆς ἀπογραφῆς ἡμέραις, ὅτε ἔοικε γεγεννηθῆναι ὁ Ἰησοῦς, Ἰούδας τις Γαλιλαῖος πολλοὺς ἑαυτῷ συναπέστησεν ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Id est : *Post illum in diebus census, quo tempore Jesus natus est, Judas quidam Galilæus fecit multos e populo ad se deficere*. Eadem igitur opera Origenem reprehendet Scaliger, quippe qui eadem dixerit quæ Eusebius noster. Neque enim Origenes duas Judææ descriptiones distinxit. Porro Eusebium noster secum ipse optime consentit. Nam cum evangelicam secutus auctoritatem, census illum Quirinii in exordia natalis Dominici conjecerit, consequens fuit, ut motum Judæ Galilæi in idem tempus conferret. In quo dissentit quidem a Josepho, ut supra dixi, sed cum beato Luca, et secum ipse egregie concordat. Quod si quis nostram sententiam amplecti maluerit, nulla inter Lucam ac Josephum reperietur dissensio. Nos enim descriptionem illam ejus tempore natus est Christus, ceptam esse dicimus Herode in Judæa regnante ; eandem vero decem circiter post annis Archelao Herodis filio in exsilium misso, a Quirinio absolutam ac terminatam fuisse. Quo quidem tempore tumultum Judæ Galilæi exstitisse asserimus, post relegationem scilicet Archelai. Certe ante exaurationem Archelai nulla subesse potuit causa cur Judas populum Judæorum ad defectionem concitaret. Siquidem nec census illic agi potuit a magistratu Romano ; ubi rex imperabat socius et amicus populi Romani ; nec ullum Judæis imminerebatur periculum, ne alienigenis servirent, cum Judæo, id est gentis suæ regi, parent. Ex quo apparet, et censum et motum Judæ Galilæi non nisi post exsilium Archelai contingere potuisse.

(75) Καὶ ἀπέστησε λαὸν πολὺν. Postrema vox abest a nostris codicibus Act., Med. ac Fuk. ; pro qua in vulgatis editionibus Actuum cap. v legitur λαὸν ἱκανόν. Sed nec vetus interpres, nec Rufinus eam vocem agnoscunt.

(76) Vulg. τὰ τε ἄλλα ἀξιώματα μέγας. Magis placet lectio quam in codicibus nostris Regio, Maz., Fuk. ac Savil. et in veteribus schedis reperimus, τὰ τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας. Atque ita legit Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet : *Cyrinus quoque vir unus ex consensu curiæ Romanæ, per singulos magistratus usque ad gradus consulatus ascendens ; cætera quoque honorabilis*.

ἀνὴρ ἐκ πωλεως ὄνομα Γαμάλας, Σάδδογον Φαρισαῖον προσλαβόμενος, ἤπειγέτο ἐπὶ ἀποστασίαν, τὴν τε ἀποτίμησιν οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀντικρυς δουλείαν ἐπιφέρειν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακαλοῦντες τὸ ἔθνος. » Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου περὶ τοῦ αὐτοῦ ταῦτα γράφει : « Ἐπὶ τούτοις τις ἀνὴρ Γαλιλαῖος, Ἰούδας ὄνομα, εἰς ἀποστασίαν ἐνήγε τοὺς ἐπιχωρίους, κακίζων, εἰ φέρον τε Ῥωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ τὸν θεὸν οἴσουσι θνητοὺς δεσπότας. » Ταῦτα ὁ Ἰώσηπος.

post Deum mortales dominos agnoscerent. » Hæc Josephus.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὡς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ ἀκολούθως ταῖς προφητεῖαις ἐξέλειπον ἄρχοντες οἱ τὸ πρῶτον ἐκ προγόνων διαδοχῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἡγούμενοι, πρῶτος τε ἀλλόφυλος βασιλεύει αὐτῶν Ἡρώδης (Nic. H. E. 1, 6).

Τηλικαῦτα δὲ καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἡρώδου πρώτου τὸ γένος ἀλλοφύλου διεληφθὸς τὴν βασιλείαν, ἥ διὰ Μωυσέως περιγραφὴν ἐλάμβανε προφητεία, « οὐκ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενον ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ φήσασα, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται. » Ὅν καὶ ἀποφαίνει προσδοκίαν ἔθνῶν ἐσεσθαι. Ἄτελῃ γέτοι τὰ τῆς προρρήσεως ἦν, καθ' ὅν τὸν τοῖς οἰκείοις τοῦ ἔθνους ἄρχουσι διάγειν αὐτοῖς ἐξῆν χρόνον, ἀνωθεν ἐξ αὐτοῦ Μωυσέως καταρξάμενοι, καὶ εἰς τὴν Αὐγούστου βασιλείαν διαρκέσαι· καθ' ὅν πρῶτος ἀλλόφυλος Ἡρώδης (77) τὴν Ἰουδαίων ἐπιτρέπεται ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχὴν (78)· ὡς μὲν Ἰώσηπος παραδίδωσιν, Ἰουμαῖος ὢν κατὰ πατέρα τὸ γένος, Ἀράδιος δὲ κατὰ μητέρα. Ὡς δ' Ἀφρικανὸς, οὐχ ὁ τυχὼν δὲ καὶ οὗτος γέγονε συγγραφεὺς, φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες (79), Ἀντιπάτρου· τοῦτον δὲ εἶναι πατέρα Ἡρώδου (80) τινὸς Ἀσκαλωνίτου, τῶν περὶ τὸν νεὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων καλουμένων (81) γεγονέναι. Ὅς Ἀντίπατρος ὑπὸ Ἰουδαίων ληστῶν παιδίον αἰχμαλωτισθεὶς, σὺν

<sup>22</sup> Gen. XLIX.

(77) Ἀλλόφυλος Ἡρώδης. Herodem non fuisse alienigenam abunde docuit Josephus Scaliger in notis ad Eusebii *Chronicon*. Certe Josephus in libro xx *Antiquitatum*, cap. 6, Herodem vocat Judæum genere. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι, πρωτεύειν ἤξιον, διὰ τὸ κτίστην τῆς Καισαρείας Ἡρώδην αὐτῶν βασιλέα, γεγονέναι τὸ γένος Ἰουδαίων.

(78) Vulg. τὴν κατὰ Ἰουδαίων ἀρχὴν. Delenda est præpositio κατὰ, ex superioribus male repetita. In vetustissimo codice Mazarino legitur xx. Atque hic finis est paginae. In altera autem pagina sequitur Ἰουδαίων.

(79) Φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες. Ita legitur in codice Regio. Quam lectionem confirmat Rufinus. Sic enim vertit : *Africanus autem, qui et ipse præcipuus in historiographiis habetur : Aiunt, inquit, qui de eo diligentius explorarunt, Antipatrum quemdam patrem esse Herodis Ascalonitæ, qui et ipse fuerit Herodis cujusdam filius, templi Apollinis aditui*. Putavit scilicet Rufinus verba hæc esse Africanæ, quæ citat Eusebius, ab eo loco φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες, etc. Sed fallitur Rufinus. Locus enim Africanæ quem hic indicat Eusebius, integer habetur infra cap. 7, ex epistola Africanæ ad Aristidem. Ex quo apparet, Eusebium hoc loco opinionem duntaxat ac sensum Africanæ, non verba

tum ut census ageret facultatum. » Et paulo post, « Judas, inquit, Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, Sadduco quodam Pharisæo in societatem adjuncto, populos ad defectionem concitabat : cum ambo dicerent censum nihil aliud esse quam manifestum servitutis indicium, et universam gentem ad defensionem libertatis cohortarentur. » Idem in libro secundo *De bello Judaico* de eodem viro hæc scribit : « Ea tempestate Judas quidam Galilæus ad defectionem incolas excitabat, palam exprobrans quod Romanis tributum pendere sustinerent, et

B

### CAPUT VI.

Quod ejus temporibus, ut a prophetis prædictum fuerat, cessarunt principes, qui ex generis continua successione Judæis imperabant : et quod primus ex alienigenis Herodes apud eos regnavit.

Per idem tempus cum Herodes primus ex alienigenis Judaicæ gentis regnum obtineret, completa esse videbatur Moysis prædictio quæ sic habet <sup>22</sup> : « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femore ejus, donec veniat cui sepositum est. » Quem etiam expectationem gentium fore confirmat. Quippe sine effectu semper pendebat prædictio, quoadiu sub domesticis principibus Judæis agere licebat : qui quidem a Moysæ initio ducto ad usque Augusti tempora permanserunt. Cujus principatu primus ex alienigenis Herodes regnum Judææ a Romanis adeptus est : cum, ut a Josepho quidem traditum est, paterno genere Idumæus, Arabs materno esset. Ut autem scribit Africanus, non ignobilis et ipse scriptor, qui de illo accuratius scripserunt, Antipatri filium fuisse tradunt. Huic vero Herodem quemdam Ascalonitam, unum ex numero servorum **19** templi Apollinis, quod Ascalone est, patrem fuisse. Antipater, cum admodum puer a latronibus Idumæis captus fuisset, cum iisdem diu-

retulisse. Porro nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum hic habent, ὡς φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκρ.

(80) Τοῦτον δὲ εἶναι πατέρα Ἡρώδου. Ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Sed in nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. desunt hæc voces εἶναι πατέρα, rectius sine dubio, quamquam Rufinus vulgatam scripturam tueri videtur.

(81) Ἱεροδούλων καλουμένων. Rufinus et Christophorus aditus vertunt, quod non probō. Nam Ἱεροδούλοι sunt servi templorum. Varro in lib. vii *De lingua Latina* : *ut societatum, ut sanorum servi*. Tales erant Venerei in Sicilia, servi templi Veneris Erycinæ, de quibus Cicero in *Divinatione*, et in iii *Verriana*. Tales etiam apud Tarentinos servi Martiales, teste Cicerone *pro Cluentio*. Hujusmodi item erant Corinthi Veneræ meretrices, quas Ἱεροδούλους vocat Strabo in libro viii, quæ a dominis Veneri erant mancipatæ. Denique et Comanis Bellonæ servi erant quamplurimi, teste eodem Strabone in lib. xii. Firmicus quoque in libro viii *Matheseos*, hierodulos distinguit ab adituis. Porro ut servi, sic etiam liberti sanorum erant, qui pecunia libertatem sibi comparaverant. Quare et liberta Veneris Erycinæ dicitur a Cicerone in *Divinatione*. Ἱεροδούλοι nominantur etiam E-dra cap. viii.

tius vixit, eo quod pater pro redemptione ipsius A pretium solvere præ inopia non valeret. Moribus igitur institutisque eorum innutritus, tandem in notitiam Hircani Judæorum sacerdotis amicitiamque pervenit. Hujus filius fuit Herodes is qui Servatoris nostri temporibus vixit. Itaque cum Judæorum regnum ad hunc Herodem devenisset, erat jam quodammodo pro foribus gentium expectatio, prout a prophetis prædictum fuerat : quippe cum ex eo tempore defecissent rectores et duces, qui jam inde ab ipso Moysæ per continuam successionem apud eos principatum tenuerant. Nam ante captivitatem quidem, et priusquam Babylonem transportati fuissent, regum Imperio agebantur : primique Saul et David reges fuerunt. Antea vero a magistratibus, qui iudices dicti sunt, regebantur ; qui quidem statim post Moysæ ejusque successorem Jesum populo præfuerunt. Reversi demum e Babylonia, optimatum imperio et paucorum dominatu deinceps uti cœpere. Rerum enim summa penes pontifices erat : donec Pompeius proconsul populi Romani eo adveniens, Hierosolymam quidem æmisis expugnavit, et ad intimum usque sacrarium progressus templum polluit : Aristobulum vero qui per avitam successionem ad id usque tempus rex simul et sacerdos permanserat, vinctum cum liberis Romam misit : et Hircano quidem ejus fratri sacerdotium tradidit, universam autem Judæorum gentem exinde Romanis tributariam fecit. Haud multo post Hircano, in quem ultimum sacerdotum progenies erat devoluta, a Parthis intercepto, primus, ut dixi, ex alienigenis Herodes a senatu et Augusto Judææ regnum accepit. Quo tempore cum Christi corporalis præsentia orbi illucesceret, expectata illa gentium salus exitum sortita est, et nationum vocatio, prout prophetarum oraculis prædictum fuerat, subsecuta. Ex quo etiam tempore cum principes et duces ex Juda, id est ex Judæorum gente defecissent, successio summi sacerdotii, quod per generis continuam seriem proximo cuique hactenus constantissime delatum fuerat, consequenter turbari cœpta 20 est. Hujus rei locupletissimum testem habes Josephum, qui Herodem scribit, postquam rex Judææ a Romanis constitutus est, non amplius ex antiqua pontificum stirpe D summos sacerdotes creavisse, sed ignobilibus et obscuris quibusdam hominibus honorem illum con-

έκείνοις ἦν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν πατέρα πένητα δυνα (82) λύτρα καταθέσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Ἐντραφεὶς δὲ τοῖς ἐκείνων ἕθεσιν, ὕστερον Ἰρκανῶ τῷ Ἰουδαίων ἀρχιερεὶ φιλοῦται (83). Τοῦτῃ παῖς γίνεται ὁ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἡρώδης. Εἰς δὴ οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς Ἰουδαίων περιελθούσης βασιλείας, ἐπὶ θύραις ἦδη καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἀκολουθῶς τῇ προφητεῖα προσδοκία παρῆν, ἅτε διαλελοιπῶτων ἐξ ἐκείνου τῶν παρ' αὐτοῖς ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως κατὰ διαδοχὴν ἀρξάντων τε καὶ ἡγησαμένων. Πρὸ μόντοιγε τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα μεταναστάσεως, ἐβασίλευοντὸ ἀπὸ Σαοὺλ πρώτου καὶ Δαβὶδ ἀρξάμενοι· πρὸ δὲ τῶν βασιλέων, ἀρχοντες αὐτοὺς διεῖπον, οἱ προσαγορευόμενοι κριταὶ· ἀρξάντες καὶ αὐτοὶ μετὰ Μωϋσέα καὶ τὸν τοῦτου διάδοχον Ἰησοῦν. Μετὰ δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οὐ διεῖπον πολιτεία γράμμοι ἀριστοκρατικῆ μετὰ ὀλιγαρχίας. Οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς προεστήκεισαν τῶν πραγμάτων, ἄχρις οὗ Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστάς, τὴν μὲν Ἰερουσαλήμ πολιορκεῖ κατακράτος, μιαινεῖ τε τὰ ἄγια μέχρι τῶν ἀδύτων τοῦ ἱεροῦ προσελθῶν. Τὸν δὲ ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς ἐκεῖνο τῷ καιροῦ διαρκέσαντα βασιλεῖα τε ὀμοῦ καὶ ἀρχιερέα, Ἀριστόδουλος ὄνομα ἦν αὐτῷ, δέσμιον ἐπὶ Ῥώμην ἅμα τέκνοις ἐπέμψας, Ἰρκανῶ μὲν τῷ τοῦτου ἀδελφῷ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσάι τε καὶ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐξ ἐκείνου Ῥωμαίοις ὑπόφορον κατεστήσατο. Αὐτίκα γοῦν καὶ Ἰρκανοῦ, εἰς δὴ ὕστατον τὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων περιέστη διαδοχῆς, ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος, πρώτος, ὡς γοῦν ἐφη, ἀλλόφυλος Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων καὶ Αὐγούστου βασιλέως τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐγχειρίζεται. Καθ' ὃν ἑναργῶς, τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐνστάσης, τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκωμένη σωτηρία τε καὶ κλήσις (84) ἀκολουθῶς τῇ προφητεῖα παρηκολούθησεν· ἐξ οὗ δὴ χρόνου τῶν ἐξ Ἰουδαίων ἀρχόντων τε καὶ ἡγουμένων, λέγω δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διαλελοιπῶτων, εἰκότως αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς ἐκ προγόνων εὐσταθείας ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα διαδόχους κατὰ γενεὰν προϊούσης ἀρχιερωσύνης, παραχρῆμα συγχεῖται. Ἔχεις καὶ τούτων ἀξιόχρεω τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, δηλοῦντα ὡς τὴν βασιλείαν παρὰ Ῥωμαίων ἐπιτραπεῖς Ἡρώδης, οὐκέτι τοὺς ἐξ ἀρχαίου γένους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ τισιν ἀσήμοις τὴν τιμὴν ἀπένεμεν· τὰ ὅμοια δὲ πράξει τῷ Ἡρώδῃ περὶ τῆς καταστάσεως τῶν ἀρχιερέων, Ἀρχελαόν τε τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαίους, τὴν ἀρ-

(82) Vulg. *πωχὸν ἔντα*. Ita quidem codex Regius. Sed reliqui omnes, Med. scilicet et Maz. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent *πένητα δυνα*, longe rectius. Nam *πωχός* proprie mendicium significat, qui stipem poscit ab occurrentibus ; cujusmodi nequaquam fuit Herodes pater Antipatri.

(83) *Φιλοῦται*. Omnes nostri codices uno consensu scriptum exhibent *φιλοῦται*. Quem quidem consensum haudquaquam negligendum puto. Totius autem locus in vetustissimo codice Maz. ita legitur : Ἐντραφεὶς δὲ τοῖς ἐκείνων ἕθεσιν, ὕστερον Ἰρκανῶ τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεὶ φιλοῦται, quam scripturam in Med. quoque et Fuk. codicibus reperi.

(84) Vulg. *σωτηρία τέλος ἐλάμβανε, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν κλήσις*. In codice Regio totus hic locus ita legitur : ... ἐνστάσης, τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκωμένη σωτηρία τε καὶ κλήσις ἀκολουθῶς τῇ προφητεῖα παρηκολούθησεν. Quam quidem lectionem vulgatæ scripturæ longe præferendam existimo. Ita certe legit Rulinus, sic enim vertit : *Sub quo, imminente jam Salvatoris adventu, etiam gentium salus, et vocatio expectata illa, secundum ea quæ propheta prædixerant, consecuta est*. Vulgata tamen lectio ad oram codicis Regii ascripta est eadem manu ; et in codicibus Maz., Med. ac Fuk. habetur.

χῆν τῶν Ἰουδαίων παρειληφότας. Ὁ δ' αὐτὸς δηλοῖ, ὅτι ἄρα καὶ τὴν ἱερὰν στολὴν τοῦ ἀρχιερέως, πρῶτος Ἡρώδης ἀποκλείσας, ὑπὸ ἰδίαν σφραγίδα πεποιήται, μήτε' αὐτὴν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἔχειν ὑφ' ἑαυτοῦ ἐπιτρέψας· ταῦτ' δὲ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν Ἀρχέλαον, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαίους διαπράξασθαι. Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν εἰρήσθω, εἰς ἑτέρας ἀπόδειξιν προφητείας κατὰ τὴν ἐπιφανείαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πεπερασμένης. Σαφέστατα γοῦν ἐν τῷ Δανιὴλ ἑβδομάδων τινῶν ἀριθμὸν ὀνομαστὶ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου περιλαβὼν ὁ λόγος, περὶ ὧν ἐν ἑτέροις διελέξαμεν (85), μετὰ τὸ τούτων συμπέρασμα ἐξολοθρευθήσεσθαι τὸ παρὰ Ἰουδαίους χρίσμα προφητεύει. Καὶ τοῦτο δὲ σαφῶς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἀποδείκνυται συμπληρωμένον. Ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως εἰς παράστασιν τῆς τῶν χρόνων ἀληθείας προτετηρήσθω. ἴψο quo Servator noster Jesus Christus natus est tempore, manifeste impletum esse convincitur. Atque hæc ad ostendendam temporum veritatem necessario a nobis præmissa sint.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

## CAPUT VII.

Περὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελλίοις νομιζομένης διαφωνίας τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας (Nic. H. E. 1, 7, 11).

De dissensu qui creditur esse inter Evangelia in stirpe Christi.

Ἐπειδὴ δὲ τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίαν διαφόρως ἡμῖν ὁ τε Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶς εὐαγγελιζόμενοι παραδεδώκασι, διαφωνεῖν τε νομίζονται τοῖς πολλοῖς, τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος (86) ἀγνοίᾳ τ' ἀληθοῦς εὐρεσιλογεῖν εἰς τοὺς τόπους πεφλοισιμῆται, εἴτε καὶ τὴν περὶ τούτων καταλοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν παραθώμεθα, ἣν δι' ἐπιστολῆς Ἀριστείδη γραφῶν περὶ συμφωνίας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελλίοις γενεαλογίας, ὁ μικρῶ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἀφρικανὸς ἐμνημόνευσε, τὰς μὲν δὲ τῶν λοιπῶν δόξας ὡς ἀν βιατοῦς καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας (87), ἣν δ' αὐτὸς παρελήφεν ἱστορίαν, τούτους αὐτοὺς ἐκτιθέμενος τοῖς ῥήμασιν· «Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα (88) τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει, ἢ νόμῳ, φύσει μὲν, γησιῶν σπέρματος διαδοχῇ, νόμῳ δὲ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ἕνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου· ὅτι γὰρ οὐδέπω δέδοτο ἐλπίς ἀναστάσεως σαφῆς, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστήσει ἐμμιμῶντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον μένη τὸ ἕνομα τοῦ μετῆλλαχότος· ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ

Sed quoniam Matthæus et Lucas in Evangeliorum libris Christi genus ac stirpem varie nobis tradiderunt, et plurimum inter se dissentire vulgo existimantur, adeo ut singuli fidelium ob veritatis ignoracionem, varias eorum locoram explicaciones certatim excogitaverint : de his traditionem quæ ad nos usque deducta est proponamus, quam is de quo paulo ante diximus Africanus, in *Epistola ad Aristidem* de consensu Evangeliorum in stirpe Christi narranda, commemoravit. Ubi aliorum quidem opinionones tanquam violentas et falso conflictas coarguit ; ipse vero quam compererat historiam, his refert verbis : « Nam quoniam, inquit, apud Israelitas generationum nomina, **21** vel ex naturæ, vel ex legis ordine numerabantur : naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt ; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit. Cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione

(85) Περὶ ὧν ἐν ἑτέροις διελέξαμεν. Intelligit libros *Demonstrationis evangelicæ*. Etenim in octavo ejus operis libro agit de hebdomadibus Danielis, quas adventu Christi completas esse contendit juxta sententiam Africani. Eundem Eusebii locum ex lib. viii *Demonstrationis evangelicæ* citat Hieronymus in *Commentariis in Daniele*.

(86) Τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος. Quatuor nostri codices, Regius scilicet ac Maz., cum Med. et Fuk., scriptum habent τῶν τε πιστῶν, etc. Sed Rob. Stephanus cum hanc particulam jam antea in superiore membro positam videret, hoc loco dè substituit ; nobis tamen rectior videretur scripta lectio.

(87) Vulg. *διεψευσμένας ἀποδείξας*. Hoc loco Rob. Stephani consilium laudare nullo modo possum, qui cum Regium codicem sibi sequendum proposuisset, eum ex parte duntaxat expressit. Nam in Regio quidem codice totus hic locus ita legitur : τὰς μὲν

δὲ τῶν λοιπῶν δόξας βιατοῦς καὶ διεψευσμένας ἀποδείξας. In reliquis autem codicibus, Med. scilicet et Maz. ac Fuk., ita scriptus est : τὰς μὲν τῶν λοιπῶν δόξας ὡς ἀν βιατοῦς καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας. Atque ita legitur etiam apud Nicephorum. Duplex igitur fuit scriptura hujus loci, cum alii ἀποδείξας legerent, alii ἀπελέγξας. Sed qui legebant ἀποδείξας, ii adverbium illud ὡς ἀν expungebant, quippe quod nullo modo convenire possit cum verbo ἀποδείξας. Nos ἀπελέγξας prætulimus, tum quia plurimum exemplarium auctoritate firmatur, tum quod Rufinum ita legisse ex ejus versione comperimus.

(88) Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα. Particula γὰρ abest a nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., nec habetur in interpretatione Rufini. Exstat tamen in codice Regio et apud Nicephorum in cap. 11 lib. 1.

delineabant, ut mortui nomen nullis unquam obli-  
terandum sæculis permaneret. Quoniam igitur eor-  
um qui inter majores Christi recensentur, alii natu-  
rali jure, ut filii, parentibus successerunt, non-  
nulli vero cum ab aliis procreati essent, aliis ascri-  
pti sunt : ideo utrorumque mentio facta est, tam  
eorum qui vere patres, quam illorum qui quasi  
patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum Evangeliorum  
falsum sit, cum alterum naturam, alterum legem  
in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiae  
quæ cum a Salomone, tum a Nathan deducuntur,  
adeo inter se permixtæ sunt, partim reparatione  
nominis eorum qui sine prole decessissent, par-  
tim secundis nuptiis, partim etiam seminis suscita-  
tione, ut iidem homines diversos patres habuisse  
merito credantur; hos quidem fictitios, illos vero  
naturales. Quo fit, ut Evangelii utriusque narratio  
absolute verissima, vario quidem linearum com-  
textu, sed accurate ad Josephum usque descendat.  
Verum ut id quod diximus, clarius fiat, utriusque  
stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide per

(89) Vulg. *συνεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη*.  
Ita quidem ex codice Mediceo edidit Rob. Step-  
hanus. In Regio exemplari prius scriptum erat ἐπι-  
επλάκη. Postea vero emendatum est paulo recentiore  
manu *συνεπεπλάκη*. Priorem illam lectionem ἐπι-  
επλάκη retinuit Nicephorus. Codd. autem Maz. et Fuk.  
scriptum habent *συνεπεπλάκει*, vel, quod idem est,  
*συνεπεπλάκη*. Atque ita legisse videtur Rufinus : sic  
enim vertit : *Reconjunctum namque est sibi invicem  
genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod  
per Nathan deducitur*, etc. Ubi vides Rufinum duas  
illas præpositiones verbi *συνεπεπλάκει* totidem Lati-  
nis exprimere voluisse. In vulgatis quidem Rufini  
editionibus legitur, *conjunctum namque est sibi invi-  
cem genus*, etc. Verum in duobus manuscriptis codi-  
cibus, altero bibliothecæ Regiæ, altero Parisiensis  
Ecclesiæ, et in vetustissimis editionibus legitur *re-  
conjunctum*. Nec tamen probare possum interpretationem  
Rufini. Nam reconjungi quidem dicuntur  
duæ familiae, quæ cum ex eadem gente ortæ sint,  
mutuis post ea connubiis inter se rejuncturæ. Sed  
in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim  
dicit Africanus Nathanæos ac Salomonios qui ex  
eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis  
inter se connubiis postea rejunctos fuisse. Verum  
hoc dicit, generationes illas, tum quæ a Nathane,  
tum quæ a Salomone ducuntur, implexas esse atque  
intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum et  
seminum suscitationes, quæ in multis generationum  
illarum gradibus occurrunt. Proinde præpositio illa ἐπι  
in verbo *συνεπεπλάκει*, non exponenda erat per re  
ut fecit Rufinus, sed potius per præpositionem  
*super*. Ad verbum, *συνεπεπλάκει*, *superimplexum  
est*.

(90) *Ἀναστάσειν ἀτέκνων*. Vir doctissimus  
Joannes Langus, qui Nicephorum Latine interpreta-  
tus est, hunc locum ita vertit : *Implicata enim inter  
se sunt genera, et quod a Salomone et quod a Nathan  
descendit, representatione eorum qui liberos non  
creassent secundisque nuptiis ac resuscitatione se-  
minum*. Rufinus vero liberius quidem, sed non sine  
elegancia ita vertit : *Reconjunctum namque sibi est  
invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud  
quod per Nathan deducitur, per legales substitutio-  
nes quæ fiebant his qui sine liberis decesserant, et per  
secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque  
idem abis parentibus progenitus, aliorum esse filius  
videbatur*. Omisit Rufinus verba illa Africani : καὶ  
ἀναστάσειν σπερμάτων, quæ certe superflua videntur.

ἄμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο πατέρας πατέρα γνη-  
σίως, οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγενήθησαν, ἑτέροις δὲ  
προσετέθησαν κλήσει, ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη,  
καὶ τῶν γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων.  
Οὕτως οὐδέτερον τῶν Εὐαγγελίων μεύεται, καὶ ὕ-  
σιν ἀριθμοῦν καὶ νόμον· συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις  
τὰ γένη (89), τό τε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ  
τοῦ Νάθαν, ἀναστάσειν ἀτέκνων (90), καὶ δευτερογα-  
μίαις, καὶ ἀναστάσειν σπερμάτων (91), ὡς δικαίως τοὺς  
αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομιζέσθαι (92), τῶν μὲν δοκούν-  
των πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· ὡς ἀμφοτέρως τὰς  
διηγῆσεις ἀληθεῖς ὄσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ πολυπλό-  
κως μὲν, ἀλλ' ἀκριθῶς κατελεθεῖν. Ἴνα δὲ σαφὲς  
ἦ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν (93) διη-  
γήσομαι. Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς  
καταριθμουμένους, τρίτος ἀπὸ τέλους εὐρίσκειται  
Ματθάν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ τοῦ Ἰωσήφ τὸν  
πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν,  
ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχι, οὗ υἱὸς ὁ Ἥλλ ὁ  
τοῦ Ἰωσήφ πατὴρ· Ἰωσήφ γὰρ υἱὸς Ἥλλ τοῦ  
Μελχί. Σκοποῦ τὸίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσήφ,

Cum enim jam antea dixerit ἀναστάσειν ἀτέκνων  
rejunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀνα-  
στάσειν σπερμάτων, quod unum idemque est teste  
Africano in hac ipsa ad Aristidem epistola. Cæterum  
obscure est quod hic ait Africanus, reparatione  
scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent,  
misceri solitas esse familias. Nam quoties frater eo-  
dem patre natus relicta fratris sui in conjugium  
ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte  
frater uterinus viduam fratris sui uxorem duceret,  
tunc aliqua familiarum permistio nasci poterat.  
Itaque merito addidit Africanus, καὶ δευτερογα-  
μίαις. Hæc enim præcipua fuit causa permistionis  
familiarum, quoties mulier susceptis jam liberis ex  
priori matrimonio, ad secundas nuptias transvola-  
bat, et filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo  
facto, filium ex prioris matrimonio natum, uxorem  
duxisset, et improlem postea obisse fingamus. Tunc  
si frater illius uterinus viduam in conjugium duxe-  
rit, et ex ea liberos sustulerit, in persona libero-  
rum erit aliqua familiarum confusio, ita ut natura  
quidem hujus, lege autem illius filii dicantur.

(91) Καὶ ἀναστάσειν σπερμάτων. Apud Nicepho-  
rum legitur ἀναστάσει, atque ita in codice Regio prius  
scriptum fuerat, postea vero emendatum est alia  
manu ἀναστάσει. Verum Nicephori lectio magis  
placet, cum paulo ante positum sit ἀναστά-  
σει.

(92) Ἄλλοτε ἄλλων νομιζέσθαι. Hæc est scri-  
ptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam con-  
firmat. Nostri tamen codices Med., Maz., Fuk.  
scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως.

(93) Vulg. τὴν ἀκολουθίαν τῶν γενῶν. Hæc est  
scriptura codicis Regii, quem secutus est Stephanus.  
Nec aliter legisse videtur Rufinus qui sic vertit,  
*ipsas generationum consequentias enarrabimus*. Reliqui  
tamen codices Maz., Med., Fuk. ac Savillii, præfe-  
runt τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν. Quam quidem le-  
ctionem etiam ad latum codicis Regii ascriptam in-  
veni. Nicephorus autem habet ἐναλλαγὴν, id est  
*commutationem*. Et Christophorus quidem vul-  
gatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego  
vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam  
plures et meliores codices exhibent. Deinde Afri-  
canus hoc loco nequaquam recenset seriem utrius-  
que generationis. Neque enim progreditur ultra  
Matthan et Melchi. Sed tantum exponit ἐπαλλα-  
γὴν, id est *commutationem* seu *complicationem* dua-  
rum familiarum in genealogia Christi.



ἀπεικτέον πῶς ἐκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὅ τε Ἰακώβ ἀπὸ Σολομώντος, καὶ Ἥλ δ' ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἐκάτερος κατὰ γένους, ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὁ τε Ἰακώβ καὶ Ἥλ δύο ἀδελφοί, καὶ πρὸς γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Ματθάν καὶ Μελχὶ διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ἰωσήφ ἀναφαίνονται πάπποι. Καὶ δὴ οὖν ὁ τε Ματθάν καὶ Μελχὶ ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφούς ἐπαιδοποιήσαντο, τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χρεύουσαν (94), ἤτοι ἀπολελυμένην, ἣ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρός, ἄλλω γαμίσθαι. Ἐκ δὲ τῆς Ἑσθᾶ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδέδοται, πρῶτος Ματθάν ὁ ἀπὸ τοῦ Σολομώντος κατὰ γένος, τὸν Ἰακώβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ματθάν, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφορῶν, χρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὦν, ὡς προείπομεν, ἀγαγόμενος αὐτῆν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἥλ. Οὕτω δὲ διαφόρων δύο γενῶν (95) εὐρήσομεν τὸν τε Ἰακώβ καὶ τὸν Ἥλ ὁμομητρίους ἀδελφούς· ὦν ὁ ἕτερος Ἰακώβ, ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἥλ, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσήφ. Κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον· διὸ καὶ γέγραπται· « Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ. » Κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἥλ υἱὸς ἦν· ἐκεῖνον γὰρ ὁ Ἰακώβ ἀδελφὸς ὦν, ἀνέστησε σπέρμα. Διόπερ οὐκ ἀκυρωθήσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστῆς ἐξαρθόμενος, « Ἰακώβ δὲ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ »· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἥλ, τοῦ Μελχὶ· τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν (96) ἐπιστημότερον οὐκ ἦν ἐξελεῖν. Καὶ τὸ ἐγέννησεν ἐπὶ τῆς τοιαύτης παιδοποιίας ἄχρι τέλους ἐτύπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδάμ καὶ τοῦ Θεοῦ (97) κατ' ἀνάλασιν. Οὐδὲ μὴν ἀναπόδεικτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γοῦν Σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἴτ' οὖν φανητῶν τε, εἴθ' ἀπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύοντες.

Cap. III. Math. I.

(94) *Χρεύουσαν.* Hoc loco Africanus chreuein promissive dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt.

(95) *Διαφόρων δύο γενῶν.* Hoc loco γένος sumitur pro familia. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia, verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum; qui omnes ex diversa quidem familia, sed ex una eademque erant gente; ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthian et Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica quæ in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet et Nathanæorum.

(96) *Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν.* Hic vero nimis arguati videtur Africanus. Cum enim Lucas de Christo dixerit: « Ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ τοῦ Ἥλ, τοῦ Μελχὶ, etc. » Africanus voces illas ὡς ἐνομίζετο referri vult non solum ad illa verba υἱὸς Ἰωσήφ, sed etiam ad illa quæ sequuntur τοῦ Ἥλ. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas evangelista his vocibus ὡς ἐνομίζετο, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Josephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Josephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset Mariam post mortem Jos-

phum nupsisse ejus fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est et absurdum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Præterea si voces illæ ὡς ἐνομίζετο extenduntur ad ea verba τοῦ Ἥλ, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim ratio est cur in secundo gradu subaudiantur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in explicatione Africani. Secundo loco notandum est quod ait in generatione illa Christi quam refert Lucas tertium esse Melchi; atqui in Evangelio Lucæ tertius nominatur Mathat, avus scilicet Josephi; Melchi vero quintus, abavus scilicet Josephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est, aut certe in codice Evangelii quo usus est Africanus *Melchi* scriptum fuisse pro *Mathat*: quæ est conjectura Bedæ in *caput III Lucæ*. Certe Gregorius Nazianzenus in carne 58, *De Christi genealogia*, Africanum sequens, *Melchi* pro *Mathat* posuit, et Ambrosius in lib. III *Commentariorum in Lucam*.

(97) *Vulg. ἕως τοῦ Ἀδάμ τοῦ Θεοῦ.* Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil., particulam interserunt hoc modo ἕως τοῦ Ἀδάμ καὶ τοῦ Θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque hæc legit Rulinus, ut ex versione eius apparet.

dit), filius Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Neque enim poterat disertius exprimi ſcittitia illa generandi ratio quæ ex lege profecta est. Ideo in huiusmodi liberorum generatione, verbum illud, genuit, ad finem usque reticuit, cum ad ipsum usque Adamum, qui fuit Dei, gradatim ascendendo, totius generis seriem perduxisset. Neque vero id certa ratione destitutum aut temere confictum est. Cognati enim Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt: latrones scilicet Idumæos, cum Ascaloni Palæstinæ civitati supervenissent, ex delubro quodam Apollinis quod ad ipsos urbis muros positum erat, Antipatrum Herodis cujusdam hieroduli filium simul cum reliqua sacra præda captivum duxisse. Cum vero pro redemptione filii minister templi pretium solvere non valeret, Antipater Idumæorum more institutoque educatus, postmodum Hircani summi Judæorum pontificis amicus effectus est. Mox legatus ad Pompeium missus ab Hircano, cum ei regnum quod Aristobulus maxima ex parte occupaverat, liberum restituisset, ad summam felicitatem pervenit, curator Palæstinæ promotus. Tandem ab iis qui felicitati ejus invidabant, per insidias interfectus, Herodem filium successorem reliquit, cui postea Antonius 23 et Augustus ex senatusconsulto regnum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes aliique tetrarchæ. Et

Α τες, παρέδωσαν καὶ ταῦτα, ὡς Ἰδουμαῖοι ληστοὶ Ἀσκάλωνι πόλει τῆς Παλαιστίνης ἐπελθόντες, ἐξ εἰδωλείου Ἀπόλλωνος, ὃ πρὸς τοὺς τεύχεσιν Ἰδρυτο, Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινὸς (98) ἱεροδούλου παῖδα, πρὸς τοὺς ἄλλοις σύλοις αἰχμάλωτον ἀπῆγον· τῷ δὲ λύτρα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ καταθέσθαι μὴ δύνασθαι τὸν ἱερέα (99), ὃ Ἀντίπατρος τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἔθεσιν ἐντραφεῖς, ὕστερον Ἰρχανῶ φιλιούται (1) τῷ τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερεῖ. Πρὸς οὖν Πομπήϊον ὑπὲρ τοῦ Ἰρχανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περιχοπιτομένην, αὐτὸς ἠτύχησεν ἐπιμελητῆς τῆς Παλαιστίνης προκόψας (2)· διαδέχεται δὲ τὸν Ἀντίπατρον φθόνῳ τῆς πολλῆς εὐτυχίας δολοφονηθέντα, ὃ υἱὸς Ἡρώδης, ὃς ὕστερον ὑπὲρ Ἀντωνίου καὶ τοῦ Αὐγούστου, συγκλήτῳ δόγματι τῶν Ἰουδαίων ἐκρίθη βασιλεύειν· οὐ παῖδες, Ἡρώδης οἱ τ' ἄλλοι τετράρχαι. Ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ καὶ ταῖς Ἑλλήνων ἱστορίαις. Ἀναγράφων δὲ εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων τῶν Ἑβραϊκῶν γενῶν, καὶ τῶν ἄχρι προσηλύτων (3) ἀναφερομένων, ὡς Ἀχιὼρ τοῦ Ἀμμανίτου, καὶ Ροῦθ τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπὸ Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίκτων, Ἡρώδης οὐδὲν τι συμβαλλομένου τοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδῶτι τῆς δυσγενείας κροῦόμενος, ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς (4) τῶν γενῶν, οἰόμενος εὐγενῆς ἀναφανεῖσθαι, τῷ μὴδὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας ἢ προσηλύτους (5), τοὺς τε καλουμένους γεῖω-

(98) Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινός. Hæc narratio prorsus fabulosa est et commentitia. Nam Antipater patrem habuit non Herodem, hierodulum templi Apollinis, sed Antipatrum Idumæum, ut scribit Josephus in lib. xiv, cap. 2. Quem Antipatrum Alexander Judæorum rex præfectum totius Idumææ constituit. Præterea hic Antipater auctor fuisse videtur hujus potentia, ad quam posteri ipsius postea pervenerunt. Nam et præfecturam Idumææ gessit Alexandro et Alexandra regnantibus; et hospitio atque amicitia cum Ascalonitis et Gazæis et Arabibus inita, maximas sibi opes comparavit.

(99) Τὸν ἱερέα. Improperie sacerdotem vocat qui erat hierodulus. Longe enim hæc inter se differunt, ut supra notavi. Fieri tamen potuit, ut idem esset sacerdos et hierodulus; puta si hæc erat conditio sacerdotii, ut non nisi exuta libertate sacerdotes caperentur.

(1) Ἰρχανῶ φιλιούται. Hoc quoque in loco nostri codices Regius, Mazarinus, Medicæus ac Fuketianus constanter scriptum habent φιλούται. Quam scripturam nescio cur Robertus Stephanus repudiavit. Φιλούται enim dicitur ut ἔχθροῦται.

(2) Ἐπιμελητῆς τῆς Παλαιστίνης προκόψας. Antipater Herodis parens, sub Hircano Judæorum rege procuratorem totius regni gessit, et negotia tam civilia quam militaria administravit. Itaque ἐπιμελητῆς τῆς Ἰουδαίας et ἐπίτροπος vocatur a Josepho in dicto libro. Porro codex Med. et Savil. χρηματίσας scriptum habent, non προκόψας. In Maz. autem et Fuk. legitur χρηματίσαι. Quam scripturam confirmat Nicephorus. Sic enim habet cap. ix lib. primi, ἠτύχησεν οὕτως ἐπιμελητῆς τῆς Παλαιστίνης γενέσθαι. Eleganter Græci dicunt, εὐτυχεῖν τὸ γενέσθαι.

(3) Τῶν ἄχρι προσηλύτων. Mirum est in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. ac Savil. scribi τῶν ἀρχιεροσλητύτων. Unde conjicere quis posset legendum

esse τῶν ἄχρι τῶν ἀρχιεροσλητύτων, etc., ut ἀρχιεροσλητύτοι sint principes et quasi patriarchæ proselytorum; cujusmodi fuit Achior Ammanites, et convenæ illi qui Israelitis ex Ægypto egredientibus sese adjunxerunt. Quæ quidem interpretatio mihi certe non displicet. In codice Regio scriptum est ut in editis, ἄχρι προσηλύτων. Nicephorus quoque vulgatam lectionem tuetur. Paulo ante nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent εἰς τὸ τότε, cum articulo præpositivo.

(4) Ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς. Hanc etiam narrationem parum certam existimo. Nam Josephus in libro *De vita sua* originem et antiquitatem stirpis suæ commemorans, ex publicis archivis eam repetit. Igitur restabant adhuc ætate Josephi publica tabularia, in quibus Judaicarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falsum est Herodem ea combussisse. Porro hæc tabularia erant in templo Hierosolymitano sub custodia scribarum, ut equidem existimo. Itaque optime Rufinus verba Africani ita vertit: *Omnes Hebræorum generationes descriptæ, in archivis templi secretioribus habebantur.*

(5) Ἡ προσηλύτους. Mallem scribere ἀρχιεροσλητύτους ut supra. Neque enim de novitiis ac recentibus proselytis hic loquitur Africanus, sed de nobilissimis quibusque et antiquissimis, quorum nomen in sacris libris commemoratum est; cujusmodi fuit Achior, de quo in libro Judith sæpe fit mentio. Quippe hoc loco agit Africanus de nobilitate, cujus præcipuum insigne est antiquitas generis. Ait enim Herodem origines familiarum ideo concremasse, ne quis ex publicis monumentis probare posset se ab ipsis patriarchis aut prophetis originem generis sui ducere. Quod si novos proselytos intelligamus, perit omnis hujus loci sententia, cum Herodis ætate innumerabiles essent in Judæa qui genus suum ad novos proselytos referrent, utpote avo natii proselyto. Qui prolecto archivorum suffragio opus ne-



μας (6) τοὺς ἐπιμεικτοὺς. Ὀλίγοι δὲ τῶν ἐπιμελῶν ἰδιω-  
τῶς ταυτοῖς ἀπογραφάς, ἢ μνημονεύσαντες τῶν ὀνο-  
μάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναδρύνονται,  
καὶ ὀνομαζόμενοι τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας· ὧν ἐτύχχανον  
ἢ προσηρημένοι δεσποσύνοι καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς  
τὸ πατριῶν γένος συνάφειαν. Ἀπὸ τε Ναζαράων καὶ  
Κωχάβ (7) κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῆ ἐπιφοι-  
τήσαντες, καὶ τὴν προσηρημένην γενεαλογίαν (8) ἐκ  
μνήμης ἐκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν (9) εἰς ὅσον  
ἐξικονόντο, ἐξηγητάμενοι. Ἐκτ' οὖν οὕτως, ἐκτ' ἄλ-  
λως ἔχει, σαφεστέραν ἐξηγήσιν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλος  
ἔκρυπτον, ὡς ἔγωγε νομίζω πᾶς τε ὁ εὐγνώμων  
πυλάει. Καὶ ἡμῖν αὕτη μελέτω, εἰ καὶ μὴ ἐμμάρ-  
τυρος (10) ἐστὶ, τῷ μὴ κρείττονα ἢ ἀληθεστέραν ἔχειν  
εἰπεῖν. Τὸ μέντοι Εὐαγγέλιον πάντως ἀληθεύει. Ἔ-  
κὼς ἐπὶ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, προσηρησι  
αὐτῶν· Ματθᾶν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος (11), ἐγέννησε τὸν  
Ἰακώβ. Ματθᾶν ἀποθανόντος, Μελεχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν, ἐκ  
τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἠλί. Ὁμομήτριοι  
δὲ ἀδελφοὶ (12) Ἠλί καὶ Ἰακώβ. Ἠλί ἀτέκνον

A hæc quidem gentium etiam historiae cum Judaica  
communis sunt. Cæterum cum ad id usque tempo-  
ris in tabulariis publicis descriptæ essent origines  
tam familiarum Hebraicarum, quam eorum qui ad  
proselytos, id est advenas, genus suum referebant,  
verbi gratia ad Achior Amanitem, et ad Ruth Mo-  
abitidem, eosque qui ex Ægypto simul cum Israe-  
litis egressi per matrimonia cum ipsis permisti  
fuerant, Herodes priscas illas Israelitarum familias  
nihil ad se pertinere intelligens, ignobilitatis suæ  
conscientia stimulatus, omnia illa veterum familia-  
rum monumenta concremavit: ratus se tum de-  
mum nobilem visum iri, cum nemo esset qui ex  
publicis monumentis originem generis sui, vel ad  
patriarchas, vel ad proselytos, vel ad permistos  
B Israelitis peregrinos qui γεῖωρα dicuntur, posset  
referre. Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos  
stirpis suæ commentarios, vel quod nomina ipsa  
memoriter callerent, vel ex archivis descriptos  
penes se habentes, in primis gloriabantur quod

habebant, ut se ex proselytis oriundos esse appro-  
barent. Huc accedit, quod ex proselytis originem  
ducere, ignobile potius quam splendidum apud Ju-  
dæos habebatur, exceptis, ut dixi, antiquis illis  
proselytis quorum fides ac religio sacris litteris  
nobilitata est.

(6) *Τοὺς τε καλουμένους γεῖωρας.* Id verbum le-  
gitur in c. xii Exodi, ubi Deus Moysi in Ægypto ad-  
hæc consistit loquitur his verbis: Πᾶς ὃς ἂν φάγη  
ζυμῶτον, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς  
Ἰσραὴλ ἐν τε τοῖς γεῖωραις, καὶ αὐτόχθοις τῆς γῆς.  
Africanus γεῖωρας interpretatur τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου  
συναγεσθότας ἐπιμεικτοὺς. Id est, convenas qui ex  
C Ægypto simul cum Israelitis egressi fuerant. Duplex  
enim hominum genus Judæis ab Ægypto egredienti-  
bus sese adjunxit: alterum Ægyptiorum indigena-  
rum, quos Moyses αὐτόχθονας vocat; alterum conve-  
narum, id est promiscuæ multitudinis, qui γεῖωρα  
dicebantur. Hesychius: Γέωρες, γεωρύλακες, μέ-  
σσοι, πάροικοι. Georæ ergo apud Ægyptios dice-  
bantur homines extranei, qui terram colendam ac-  
ceperant sub certa pensione, quales erant in Ægy-  
pto Judæi antequam exiissent. Eos cum indigenis  
Ægyptiis confudisse videtur Africanus; quem tamen  
refellit Moyses in dicto loco. Utrosque vero, tam  
georas quam indigenas Ægyptios, uno ἐπιμει-  
κτων nomine comprehendit sacra Scriptura in  
dicio cap., versu 33, καὶ ἐπιμεικτοὺς πολλὰς συν-  
αβέη αὐτοῖς, id est promiscua turba, συμμιγῆς  
λαός. Origenes tamen libro in *De principiis*, ἐπι-  
μεικτων nomine Ægyptios solos intellexisse vide-  
tur, qui Hebræis permisti ex Ægypto egressi sunt.  
D Σαλτρυσμὸν μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραῶ, διὰ τὴν κα-  
κίαν αὐτοῦ. Πειθῶ δὲ τὴν τῶν ἐπιμεικτων Αἰγυπτίων  
συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις. Drusius in lib. ii  
de tribus sectis Judæorum, agens de proselytis, vo-  
cem γεῖωρα Hebraicæ originis esse dicit, eaque si-  
gnificari proselytum seu advenam.

(7) *Ἀπὸ τε Ναζαράων καὶ Κωχάβ.* Cochaba vicus  
fuit in Bāsānitide juxta Decapolim, ut tradit Epi-  
phanus in hæresi Ebionæorum, cap. 2 et 18.

(8) *τὴν προσηρημένην γενεαλογίαν.* Nicephorus  
habet τὴν προσηρημένην, et sic in codice Regio prius  
scriptum fuit, sed recentiore manu emendatum est  
προσηρημένην.

(9) *Ἐκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν.* Per librum  
Dierum intelligit Africanus Ephemeridas, quas  
paulo aule ἰδιωτικῶς ἀπογραφάς appellavit. Pleri-  
que enim apud Judæos originum suarum studiosi,  
privatos generis sui commentarios ex archivis pu-

blicis descriptos penes se habebant, quemadmodum  
apud nos etiamnum a nobilioribus fieri videmus.  
Porro hoc in loco aliquid deesse apparet ex particu-  
la τε, quæ in omnibus nostris codicibus et apud  
Nicephorum habetur. Quare supplenda videntur  
hæc verba: καὶ ἀπὸ μνήμης ἐς ὅσον ἐξικονόντο. Ita  
certe legisse videtur Rufinus, qui sic vertit: *Ordi-  
nem supradictæ generationis partim memoriter, partim  
etiam ex Dierum libris, in quantum erat possi-  
bile, perducebant.*

(10) *Εἰ καὶ μὴ ἐμμάτυρος.* In codice Regio et  
apud Nicephorum legitur εἰ καὶ ἀμάτυρος, quod  
idem est. Cæterum quanti facienda sit hæc evange-  
licæ loci explicatio, patet ex his Africani verbis,  
quippe qui fatetur eam nullo testimonio fulciri ve-  
terum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis,  
eo quod nulla melior afferri possit. Quæ cum ita  
sint, nollem Eusebium nostrum in vestibulo *Histo-  
riæ* suæ mentionem hujus rei fecisse. Satis pro-  
fecto fuisset ac consultius, hanc Evangeliorum dis-  
sonantiam silentio involvere, ne lectoribus a fide  
nostra alienis, ejusmodi tunc temporis erant quan-  
plurimi, occasio subministraretur de Evangeliorum  
veritate dubitandi. Certe Julianus Augustus in libro  
contra Christianos, hanc evangelistarum dissensio-  
nem nobis objicit, teste Hieronymo in *Commentariis  
in Matthæum*. Locus Juliani exstat apud Cyrillum  
in libro octavo contra Julianum. Auctor *Quæstio-  
num Veteris et Novi Testamenti*, cap. 56, de hac  
dissonantia loquens, Africani opinionem improbat.  
Sed ipse aliam assertit minus probabilem.

(11) *Ματθᾶν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος.* Mira est varie-  
tas accentus in hoc nomine. Maz. quidem et Fuk.  
codd. accentum habent in antepenultima. Nicephorus  
vero et Fuk. codex paulo antea penultimam  
circumflectunt. In Regio ac Med. duplex est accen-  
tus, tum in penultima tum in antepenultima syl-  
laba. Idque in aliis etiam nominibus supradicti co-  
dices observant, quoties ambiguum est quoniam ac-  
centu notanda sint vocabula; ut denotetur in aliis  
quidem exemplaribus hunc accentum, in aliis vero  
illum reperiri. Quin etiam nostri codices paulo  
ante scriptum habent ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος  
τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις. Sic enim omnes no-  
stri codices, excepto Regio, qui Σολομῶνος illic  
habet.

(12) *Ὁμομήτριοι δὲ ἀδελφοὶ, etc.* In hac conci-  
liatione quam refert Africanus, duo sunt quæ non-  
nihil difficultatis habere videntur. Primum enim  
dubito an licuerit utrimo fratri viduam fratris sui

avita nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi de quibus supra dixi, ob propinquitatem generis qua Servatori nostro juncti erant δεσπότες appellati. Qui e Nazaris et Cochaba Judææ vicis in varias regiones dispersi, supradictam generis seriem, ex Ephemeridum libro quam poterant fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita se res habet, sive aliter, planiorem certe interpretationem, meo quidem judicio aliorumque qui æqui rerum aestimatores esse volent, nemo facile repererit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta; quando nec meliorem aliam nec veriore proferre possumus. Cæterum quin

Α ἀποθανόντος, ὁ Ἰακώβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσήφ, κατὰ φύσιν μὲν αὐτοῦ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἰσραὴλ. Οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν ὁ Ἰωσήφ. Ἔτσι αὐτὰ δὲ Ἰσραηλῶδες. Καὶ δὲ τοῦ Ἰωσήφ ὡδὲ πως γενεαλογουμένου, δυνάμει καὶ ἡ Μαρία σὺν αὐτῷ πέφηγεν ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσα φυλῆς, εἶγε κατὰ τὸν Μωϋσεῶς νόμον οὐκ ἐξῆν ἐτέραις ἐπιμίγνυσθαι φυλαῖς· ἐνὶ γὰρ τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς (13) τῆς αὐτῆς ζεύγνυσθαι πρὸς γάμον παρακελεύεται, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο (14) τοῦ γένους ὁ κληρὸς ἀπὸ φυλῆς ἐπὶ φυλῆν. Ὅδὲ μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐχέτω.

vera sit Evangelii narratio dubitari non potest. In fine autem ejusdem *Epistolæ* Africanus hæc addit: « Matthan a Salomone genus ducens, Jacobum genuit. Mortuo deinde Matthane, Melchi oriundus ex Nathanis stirpe, ex eadem muliere genuit Heli. Quocirca Jacobus et Heli fratres erant uterini. Heli deinde sine liberis defuncto, Jacobus ei semen suscitavit, Josepho genito: qui natura quidem Jacobi, lege autem Heli filius fuit. Sic uterque Josephi pater recte dicitur. » Hæc Africanus. Porro recensita hoc modo Josephi stirpe, simul etiam Mariæ genus, quæ ex eadem tribu erat oriunda, tacite expositum 24 est, lege siquidem Moysis inter diverse tribus homines erant vetita connubia. Uni enim ex eodem populo eademque gente mulier nubere præcipitur, ne sors patrimonii in aliam tribum transferatur. Et de his quidem hactenus.

## CAPUT VIII.

*De Herodis adversus infantes crudelitate, et qualem is exitum vitæ habuerit.*

Christo igitur secundum prophetarum oracula in Bethlehem Judææ nato iis quibus supra dixi temporibus, Herodes cum magi quidam ex Oriente venientes ipsum interrogassent ubinam natus esset rex Judæorum: quippe stellam ejus sibi conspectam aiebant, hancque tanti itineris sibi causam fuisse, quod illum utpote Deum adorare omnibus votis arderent: ea re non mediocriter conturbatus quasi regnum ipsius in maximum discrimen esset adductum, percontatus est ex legis doctoribus qui in sua gente erant, ubinam Christum natum iri exspectarent. Postquam vero Michææ vaticinium

## B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η΄.

*Περὶ τῆς Ἡρώδου κατὰ τῶν παιδῶν ἐπιβουλῆς, καὶ οἷα μετῆλθεν αὐτὸν καταστροφῆ βίου (Nic. H. E. 1, 12, 15).*

Ἄλλὰ γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ταῖς προφητείας ἀκολουθῶν ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας κατὰ τοὺς δεδηλωμένους χρόνους, Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τῶν ἐξ Ἀνατολῆς μάγων ἀνερωτήσει, ὅτι εἴη διαπυθνομένων ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· ἐπιρακεῖν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα, καὶ τῆς τοσσηδε πορείας τοῦτ' αἰτιον αὐτοῖς γεγονέναι, οἷα Θεῶν προσκυνῆσαι τῷ τεχθέντι διὰ σπουδῆς πεποιημένοις· οὐ μικρῶς ἐπὶ τῷ πράγματι ἄτε κινδυνευούσης, ὡς γε δὴ ἔπειτα, αὐτῷ τῆς ἀρχῆς διακινήσει, πυθόμενος τῶν παρὰ τῷ ἔθνει νομοδιδασκάλων ποῦ τὸν Χριστὸν γεννηθῆσεσθαι προσδοκῶν, ὡς ἔγνω τὴν Μιχαίου προφητείαν ἐν

uxorem ducere, et ex ea liberos procreare in nomen ac familiarum fratris sui transiuros. Lex enim Deuteronomii cap. 25 loquitur de fratre qui habitat in eadem domo, et qui est συγγενής. Quod quidem solis germanis aut consanguineis competit. Nam uterinus frater non est ex eadem domo neque ex eodem genere; cum genus præsertim apud Judæos ex paterna stirpe ducatur. Certe Africanus diserte testatur, Jacobum et Heli fratres uterinos contribules quidem fuisse, ex diverso tamen genere, ἐκ διαφόρων δύο γενῶν. Secundo loco dubitare quis non immerito possit utrum in generationibus recensendis ratio a Judæis habita sit patrum adoptivorum. Exemplum habemus illustre in Obed, cujus in genealogia Christi fit mentio. Nam cum Maalon mortuus fuisset in Moabitide, et Ruth viduam absque liberis reliquisset, Booz agnatus Maalonis, proximior agnato jus suum ipsi concedente, Ruth uxorem accepit, quo semen Maaloni suscitaret. Ex ea tamen genitus Obedus, non Maalonis sed Boosi filius dicitur ab evangelistis qui Christi prosapiam texuerunt, et in libro qui inscribitur *Ruth*. Scio quid responderi possit: Moysem scilicet de fratre Juntaxat locutum: Boosum vero fratrem non fuisse Maalonis, ac proinde legem qua jubebatur, ut filius ex fratris vidua susceptus ejus nomine appellaretur, id Boosum non pertinuis. Deinde dici potest Bo-

sum idcirco nominari in generatione Christi, quod illustrior exstitisset quam Maalon.

(13) *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς.* Judæi divisi erant in tribus, quæ φυλαὶ dicebantur. Singulæ autem tribus dividebantur in δήμους, ut manifeste patet ex capite xxxvi Numerorum. Ἄγμοι ergo idem sunt quod apud Romanos familie; sicut φυλαὶ Judæis sunt quas Romani gentes vocabant. Jam vero πατριὰ idem erant quod δήμοι. Et recte vetus interpres in libro Numerorum *familias* vertit, ubi LXX interpretes πατριᾶς posuerant. Horus Grammaticus: *Φατριὰ σύνταγμα, οἶον πατρία, ὅτ' ἂν ἀφ' ἐνὸς καὶ εὐγενοῦς ἀνδρὸς, ὡς πατρός, κατὰ διαδοχὰς ἐπέχτασιν λάθῃ τὰ γένη, τὸ τε ἐπὶ τινὰ ἀναφέρεσθαι. ὡς Ἡρακλεΐδαι.* Exstat hic illustris locus Hori Grammatici apud auctorem *Etymologici*. Atque hinc πατριᾶρχαι vocabantur generis auctores apud Judæos, a quibus unaquæque familia nomen acceperat, quemadmodum videre est in cap. xxvi Numerorum. Chrysostomus homilia 7 in *Epistolam ad Ephesios*, πατριᾶς et γένη idem esse ait.

(14) Vulg. *ὡς ἂν μὴ ἐπιστρέφοιτο.* Ita quidem codex Regius. Sed reliqui codices, Mazar. scilicet, ac Med., cum Fuk. ac Savil. scriptum habent *περιστρέφοιτο*, quibus consentit etiam Nicephorus. Et sic legitur in cap. xvi Numerorum, ad quem locum alludit Eusebius.

Βηθλεὲμ προαναφωνῶσαν, ἐν προστάγματι τοῦ Ἰεροῦ  
 ὑπαρχοῦτος ἔν τε τῇ Βηθλεὲμ καὶ πᾶσι τοῖς ὄριοις  
 αὐτῆς ἀπὸ διετούς καὶ κατωτέρω παιδῶν κατὰ τὸν  
 ἀπκριθωμένον αὐτῷ χρόνον παρὰ τῶν μάγων, ἀνα-  
 ρεθῆναι προστάττει, πάντως που καὶ τὸν Ἰησοῦν,  
 ὡς γε ἦν εἰκδς, τῆς αὐτῆς τοῖς ὁμήλιξι συναπολαῦσαι  
 συμφορᾶς οἰόμενος. Φθάνει γε μὴν τὴν ἐπιβουλήν εἰς  
 Αἴγυπτον διακομισθεὶς ὁ παῖς, δι' ἐπιφανείας ἀγγέλου  
 ἐμέλλον προμεμαθηκότων αὐτοῦ τῶν γονέων. Ταῦτα  
 μὲν οὖν καὶ ἡ ἐρὰ τοῦ Εὐαγγελίου διδάσκει γραφή.  
 Ἄξιον δ' ἐπὶ τούτοις συνιδεῖν τὰ πῆχειρα τῆς Ἡρώδου  
 κατὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ὁμηλικῶν αὐτῷ τὸ μῆκος  
 ὡς πρραυτικά μηδὲ σμικρὰς ἀναβολῆς γεγεννημένης,  
 ἡ θεία δίκη περιόντα ἐπ' αὐτὸν τῷ βίῳ μετελήλυθε,  
 τὰ τῶν μετὰ τὴν ἐνθύνδε ἀπαλλαγῆν διαδεξομένων  
 αὐτὸν ἐπιδεικνύοντα προοίμια (15). Ὡς μὲν οὖν τὰς  
 κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ νομισθεῖσας εὐπραγίας, ταῖς  
 κατὰ τὸν οἶκον ἐπαλλήλους ἡμαῦρως συμφοραῖς,  
 γυναικῶς καὶ τέκνων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν μάλιστα  
 πρὸς γένους ἀναγκαιότητων τε καὶ φιλότων μαιφον-  
 νίας, οὐδὲ οἷόν τε νῦν καταλέγειν (16), τραγικὴν  
 ἄπταν δραματούργιαν ἐπισκιαζούσης τῆς περὶ τού-  
 των ὑποθέσεως, ἦν εἰς πλάτος ἐν ταῖς κατ' αὐτὸν ἱστο-  
 ρίαις ὁ Ἰώσηπος διελήλυθεν. Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ  
 Σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νηπίων ἐπιβουλή (17),

(15) Ἐπιδεικνύοντα προοίμια. Hæc est lectio  
 codicis Regii, quam Rob. Stephanus expressit, nec  
 nos rejiciendam esse censuimus. Herodes enim, gra-  
 vissimo oppressus morbo, eleganter dicitur ἐπιδει-  
 κνύειν τὰ προοίμια τῶν μετὰ θάνατον, id est, *prolu-  
 dia malorum quæ post hanc vitam passurus erat, ex-  
 hibere*. Codd. tamen Med. ac Maz. cum Fuk. ac  
 Savig. longe aliter scriptum habent, hæc modo :  
 καὶ ὡς τῶν μετὰ τὴν ἐνθύνδε ἀπαλλαγῆν διαδεξομέ-  
 νων αὐτὸν ἐπιδείκνυσι τὰ προοίμια. Quam quidem  
 scripturam confirmat etiam Nicephorus in cap. 13,  
 lib. 1, ubi hunc Eusebii nostri locum ita interpola-  
 vit : Ὡς γοῦν ἡ θεία δίκη μετὰ τὴν ἄδικον μαιφον-  
 νίαν τὸν θεομάχον μετελήλυθε, προοίμιον ὡς ἂν τις  
 εἰπὼν τῶν ἐσομένων ἐκεῖς κακῶν ὑποφαίνουσα,  
 ἄξιον διελεθεῖν. Eandem quoque lectionem secuti  
 sunt Rufinus et Christophorus, ut ex interpre-  
 tationibus eorum apparet. Quare non dubito quin  
 hæc lectio præferenda sit Regii codicis scripturæ.  
 Henricus Savilius prius quidem ad oram libri sui  
 adnotaverat forte scribendum esse ἐπιδεικνύσα.  
 Sed postea notavit, duos codices manu exaratos  
 scriptum habere καὶ ὡς μετὰ τὴν ... ἐπιδείκνυσι τὰ  
 προοίμια, recte.

(16) Vulg. οὐδὲν οἷόν τε καταλέγειν. In Maz. et  
 Fuk. codicibus scribitur οὐδὲν οἷόν τὸ νῦν καταλέ-  
 γειν. Atque ita codex Med. prius scriptum habuit.  
 Est quidem hæc locutio familiaris Eusebio. Sic in  
 cap. xii libri hujus, hi-toriani Abgarī referens,  
 οὐδὲν δὲ οἷόν καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν ἐπιστολῶν  
 et sexcentis aliis in locis. Verum hic non convenit  
 ea locutio. Quare non dubito quin, una dempta lit-  
 tera, scribendum sit οὐδὲ οἷόν τε, etc. Conjecturam  
 nostram plane confirmat Nicephorus, qui hæc Euse-  
 bii verba ita expressit, τότε νῦν ἔχον διεξίναί, οὐ  
 πρέπων, οἶμαι, καίρός.

(17) Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν  
 νηπίων ἐπιβουλή. Editus est anno superiore libel-  
 lus de loco Josephi in quo Jesu Christi sit mentio.  
 In eo libro hic Eusebii nostri locus graviter suggil-  
 latur. Ac primo quidem Eusebius noster fraudis  
 arguitur, qui a Josepho id dictum esse confluerit,  
 de quo Josephus ne cogitavit quidem. Neque enim

A comperit, qui in Bethlehem nasciturum esse prædi-  
 xerat, statim omnes pneros adhuc lactentes in  
 Bethlehem, et in conterminis locis a bimis usque  
 ad recentissime natos secundum tempus quod a ma-  
 gis diligenter inquisiverat, uno edicto interfici ju-  
 bet. Jesum quippe eadem cum æqualibus suis, ut  
 erat verisimile, calamitate involvendum esse spe-  
 rabat. Sed insidias regis prævertit puer asportatus  
 in Ægyptum a parentibus, quibus apparens ange-  
 lus rem omnem aperuerat. Et hæc quidem sacer  
 Evangelii sermo declarat. Jam vero operæ pretium  
 fuerit spectare quæ merces sceleris in Christum et  
 æquales ejus infantes admissi Herodem persecuta  
 sit : et quo pacto e vestigio nulla mora interposita  
 adhuc superstitem ultio divina corripuit, adeo ut  
 B eorum qui post hanc vitam ipsum manebant, crucia-  
 tum præludia quædam ostenderet. Et qualiter quid-  
 em regni sui, ut putabat, prosperitates domesticis  
 calamitatibus sibi vicissim excedentibus obscuravit,  
 uxore æ liberis, cæterisque partim propinquitate,  
 partim amicitia sibi junctissimis nefarie trucidatis,  
 ne numerando quidem nunc possim recensere, cum  
 omnem tragædiarum atrocitatem superet hujus  
 argumenti tractatio, quod Josephus in *Antiquitatum*  
 libris uberrime est exsecutus. Qualiter vero post

Josephus Herodem tantis doloribus ante mortem  
 cruciatum esse dixit, ob persecutionem Christi, vel  
 ob eadem infantum. Objicit præterea Eusebio nuper  
 ille scriptor, quod dixerit statim post eadem  
 Bethlehemiticorum infantum, cruciatus illos He-  
 rodi contigisse, cum inter βροφροκτολῶν et Herodis  
 sædissimum illum morbum, septem anni, ut ipse  
 ait, intercesserint. Sed utramque objectionem re-  
 fellere facillimum fuerit. Neque enim dicit Eusebius  
 id quod ipsi objicitur. Utitur quidem testimonio  
 C Josephi, ut probet Herodem maximis affectum do-  
 loribus interiisse, ob scelera quæ toto vitæ spatio  
 admiserat, non vero ut probet, eos cruciatus ob  
 eadem infantum et persecutionem Christi Herodem  
 pertulisse. Quamobrem non est culpandus Euse-  
 bius, sed potius laudanda est ejus fides atque in-  
 dustria : qui cum ex evangelicis libris compertum  
 haberet, Herodem nascenti Christo insidias compa-  
 rasse, et infantes Bethlehemiticos trucidasse, ut  
 eorum eade Christum quoque involveret ; cumque  
 ex Josephi testimonio didicisset, Herodem paulo  
 postea pestilenti ulcere consumptum inter gravis-  
 simos dolores animam exhalasse, utrumque simul  
 aptissime conjunxit, ac Josephi quidem testimo-  
 nium attulit, ut rem ipsam prout acciderat exponeret.  
 Veram autem causam ob quam Herodes tot ac  
 tanta perpeusus fuerat, a Josepho ignoratam, com-  
 memoravit. Nullum igitur hic est peccatum Eusebii,  
 sed potius ejus qui Eusebium tenere et inconsulte  
 reprehendit. Nam Eusebius quidem sibi ipse constat.  
 Quippe in *Chronico* mortem Herodis anno post  
 eadem infantium evenisse scribit, omnesque adeo  
 chronologi non diu post infanticidium Herodem  
 vixisse consentiunt. Atque hæc ideo scripsi, non  
 quo auctorem illius libelli reprehenderem, cujus  
 etsi consilium non probem, ingenium tamen ac eru-  
 ditionem laudo, verum ut Eusebium nostrum de-  
 fenderem, cujus acumen et elegantia passim in his  
 libris, sed in hoc præcipue loco elucet. Est enim  
 hic figura qua oratores maxime uti solent, cum id  
 quod ab adversario dictum non est, perinde quasi  
 dictum esset arripiunt ; quod Græci eleganter di-  
 cunt συναρπάζειν.

insidias adversus Servatorem reliquosque infantes comparatas, statim immisso cœlitus morbo quasi verbere ad mortem adactus est, non alienum fuerit ex ipso scriptore cognoscere, qui in septimo *Antiquitatum* libro Herodis exitum refert his verbis: « Herodem porro, inquit, morbi vis acrius in dies exagitat, Deo pœnas scelerum illius exigente. Ignis quidam erat lentus qui non tantum cutem contrectantibus ardorem nuntiabat, quantum intus viscera depascebat. Ingens præterea aviditas accipiendi cibi, cui denegare quidquam non licebat. Scatebant ulceribus intestina, et acerbissimis coli doloribus cruciabatur. Pedes humore pelucido distenti, eademque circa ventriculum mali labes erat. Ipsa quoque genitalia putrefacta vermiculis scaturiebant. Accedebat anhelitus contentio, tum ob fetorem tum ob nimiam crebritatem molestissima. Denique convulsiones per universa propemodum membra, insuperabile ipsi robur addebant. Aiebant porro divini et qui in hujusmodi vaticinandi scientia studium suum collocaverant, hanc multiplicis impietatis pœnam Deum a rege exposcere. » Hæc sunt quæ in supradicto libro scriptor jam a nobis laudatus commemorat. In secundo autem libro *belli Judaici* eadem de illo tradit his verbis: « Post hæc, inquit, morbi vis per universum ejus corpus diffusa, diversi generis doloribus distrabere illud cœpit. Febris quædam erat tepidior; pruritus per universam cuticulam intolerabilis; coli quoque dolores continui. Circa pedes tumor quasi aqua intercute laborantis. Ad hæc inflatio ventriculi, et genitalium vermibus scalentium tabes. Postremo contentio anhelitus, et respirandi difficultas, et membrorum omnium convulsio ho-

θηλάτος αὐτὸν καταλαβοῦσα μάστιξ εἰς θάνατον συνήλασεν, οὐ χεῖρον καὶ τῶν φωνῶν τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι, κατὰ λέξιν ἐν ἐπτακαιδεκάτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας τὴν καταστροφὴν τοῦ κατ' αὐτὸν βίου τοῦτον γράφωντος τὸν τρόπον· « Ἡρώδης δὲ μαιζόνως ἡ νόσος ἐνεπικραίνεται, δίκην ὧν παρανομήσειεν, ἐκπρασσομένου τοῦ Θεοῦ. Πῦρ μὲν γὰρ μαλακὸν ἦν, οὐχ ὡδε πολλὴν ἀποσημαίνον τοῖς ἐπαφωμένοις τὴν φλόγωσιν, ὅσην τοῖς ἐντός προσετίθει τὴν κίχουσιν· ἐπιθυμία δὲ δεινὴ τοῦ δέξασθαι τι (18), οὐδὲ ἦν μὴ οὐχ ὑπουργεῖν καὶ ἑλκώσεις τῶν τε ἐντέρων (19), καὶ μάλιστα τοῦ κώλου δεῖναι ἀλγυδόνες· καὶ φλέγμα ὑγρὸν περὶ τοὺς πόδας καὶ διαυγές. Παραπλησία δὲ καὶ ἡ περὶ τὸ ἦτρον κάκωσις ἦν. Νάλ μὴν καὶ τοῦ αἰδοίου σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα, πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις (20), καὶ αὐτὴ λίαν ἀθηδῆς, ἀθηδόνι τε τῆς ἀποφορᾶς καὶ τῷ πυκνῷ τοῦ ἀσθματος. Ἐσπασμένος τε (21) περὶ πᾶν ἦν μέρος, ἰσχὺν οὐχ ὑπομενητὴν προστιθέμενος. Ἐλέγετο γοῦν ὑπὸ τῶν θειαζόντων καὶ οἷς ταῦτα προαπυφθέγγεσθαι σοφίᾳ προύκειτο, ποιήν τὸ πολλοῦ καὶ δυσσεβοῦς (22) ταύτην ὁ Θεὸς, εἰσπράττεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ παρασημαίνεται ὁ προειρημένος. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν Ἱστοριῶν (23) τὰ παραπλήσια περὶ τοῦ αὐτοῦ παραβίδωσι, ὡδὲ πως γράφων· « Ἐνθεν αὐτοῦ τὸ σῶμα πᾶν ἡ νόσος διαλαβοῦσα, ποικίλοις πάθεισιν ἐμέριζε. Πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν χλιαρὸς (24), κνησμὸς δ' ἀφόρητος τῆς ἐπιφανείας ὄλης, καὶ κώλου συνεχεῖς ἀλγυδόνες, περὶ τε τοὺς πόδας ὡς ὑδρωπιῶντος οἰδήματα, τοῦ τε ἦτρου φλεγμονή, καὶ αἰδοίου σηπεδῶν σκώληκας γεννώσα. Πρὸς τοῦτοις ὀρθόποια, καὶ δύσπνοια, καὶ σπασμοὶ ἀπάντων τῶν μελῶν, ὥστε τοὺς ἐπιθειάζοντας, ποιήν εἶναι τὰ νοσήματα, λέγειν.

(18) *Τοῦ δέξασθαι τι*. In Josephi editionibus et apud Nicephorum post has voces adduntur hæc verba, ἀπ' αὐτοῦ, quæ tamen superflua esse existimo.

(19) *Καὶ ἑλκώσεις τῶν ἐντέρων*. Hæc est lectio codicis Regii, et ea quidem non improbanda. Nostri tamen codices Maz. ac Med., cum Fuk. ac Savil., aliquid tantulum discrepant; sic enim habent: καὶ ἑλκώσις τῶν τε ἐντέρων, καὶ μάλιστα τοῦ κώλου, etc. In Nicephoro etiam scribitur ἑλκώσις.

(20) *Πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις*. Sigismundus Gelenius *tentiginem* interpretatus est. Rufinus vero utrumque sensum in versione sua complexus est. *Spiritus quoque incredibilis inflatio, et tentigo obscena salis ei exsecranda*. Sed Josephus suimetipse interpretis est. Nam in lib. 1 *De bello Judaico* ὀρθόποιαν pro eodem dicit. Sed et quæ sequuntur manifeste arguunt intentionem spiritus hic intelligi, non autem obscenam tentiginem: καὶ αὐτὴ λίαν ἀθηδῆς... ἀθηδόνι τε τῆς ἀποφορᾶς καὶ τῷ πυκνῷ τοῦ ἀσθματος, ubi ἀποφορᾶν *respirationem* vertunt Langus, Musculus et Christophorus. At Rufinus *setotorem* vertit; quem nos cum Gelenio secuti sumus.

(21) *Ἐσπασμένος τε*. In codice Fuk. et Savil. et apud Nicephorum legitur *σπασμός* τε· quam quidem scripturam secutus est Christophorus, ut ex versione ejus apparet. *Nervorum præterea contractio per omnia membra pervasit, quæ quidem vim et acrimoniam inflixit ei plane intolerabilem*. Rufinus vero pessime vertit hoc modo: *Ita ex omni parte cruciatibus fesso, nullæ sufficere vires ad tolerantiam poterant*. Ex quo tamen apparet eum *ἐσπασμένος* legisse, sicut in optimis codicibus nostris Regio,

Maz., Med. et apud Josephum habetur. Et parum quidem referre existimo, *σπασμός* ne an *ἐσπασμένος* hic legamus, cum in utraque lectione idem sit sensus. Sed difficultas est in iis verbis quæ sequuntur: ἰσχὺν οὐχ ὑπομενητὴν προστιθέμενος. Omnes enim interpretes hæc Josephi verba de vi ac violentia morbi intellexerunt, quæ esset intolerabilis. Ego vero de ipsius agrōti viribus id dictum puto, quas nervorum contractio magno opere intendebat. Certe ἰσχὺς de vi morbi dici non potest. Porro in codice Regio ὑπομονητὴν scripturam inveni, quomodo etiam legitur apud Josephum.

(22) *Ποιήν τὸ πολλοῦ καὶ δυσσεβοῦς*. In codice Maz., Fuk. ac Savil. necnon apud Nicephorum deest particula conjunctiva.

(23) *Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἱστοριῶν*. Verba Josephi hodie leguntur in lib. 1, cap. 21, *De bello Judaico*. Verum in manuscriptis codicibus Josephi, alia fuit librorum distinctio, quam Rufinus sequi noluit: qui librum primum ad nimiam molem produxit, ut ad Herodis usque mortem eum perduceret. Itaque in hoc Eusebii loco nihil mutandum est. Savilius hunc Eusebii locum aliter intellexit. Putavi enim *δευτέραν τῶν Ἱστοριῶν* ab illo dici opus *De excidio urbis Hierosolymitanæ*, quod opus secundum est respectu *Ἀρχαιολογίας*. Verba sunt ipsius Savilii, quæ profecto tanto viro excidisse nollem.

(24) *Πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν χλιαρὸς*. Hæc quidem est scriptura codicis Regii. Sed in Maz., Med., Fuk. ac Savilii, et apud Nicephorum legitur *πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν οὐ λαβρὸς*.

Ἔδὲ παλαιῶν τοσούτοις πάθειν, ὅμως τοῦ ζῆν ἀν-  
 εἴχτο, σωτηρίαν τε ἠλπίζε, καὶ ἑραπειᾶς ἐπένδει.  
 Διαβάς γοῦν τὸν Ἰορδάνην, τοῖς κατὰ Καλλιρόην θερ-  
 μοῖς ἐχρήτο. Ταῦτα δὲ ἔξεισι μὲν εἰς τὴν Ἀσφαλτίτιν  
 λίμνην, ὑπὸ γλυκύτητος δὲ ἔστι καὶ πόσιμα. Δόξαν  
 ἐῖς ἐνταῦθα τοῖς ἰατροῖς, ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναθάλλαι  
 τὸ σῶμα χαλασθὲν εἰς ἐλαίου πλήρη πύελον, ἐκλύει  
 τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ὡς τεθνεῶς ἀνέστρεψεν. Θορύβου  
 δὲ τῶν θεραπόντων γενομένου, πρὸς μὲν τὴν κραυγὴν  
 ἀπήγγεικεν. Εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἀπογνοῦς τὴν σωτηρίαν,  
 οἷς τε στρατιώταις ἀνά δραχμὰς πενήτηκοντα ἐκέ-  
 λευσε διανεῖμαι, καὶ πολλὰ χρῆματα τοῖς ἡγεμόσι  
 καὶ τοῖς φίλοις. Αὐτὸς δ' ὑποστρέψας, εἰς Ἱεριχοῦντα  
 παραγίνεται, μελαγχολῶν ἤδη, καὶ μονουοχι αὐτῷ  
 ἐπὶ θανάτῳ ἀπειλῶν, προέκοψεν εἰς ἐπιβουλήν ἀθε-  
 μίτου πράξεως (25). Τοὺς γὰρ ἀφ' ἐκάστης κώμης  
 ἐπισημοὺς ἀνδρας ἐξ ὅλης Ἰουδαίας συναγαγὼν, εἰς  
 τὸν καλούμενον ἱππόδρομον ἐκέλευσέ συγκαλεῖσθαι.  
 Προσκαλεσάμενος δὲ Σαλώμην τὴν ἀδελφὴν καὶ τὸν  
 ἀδελφὸν αὐτῆς Ἀλέξανδρον· Οἶδα, ἔφη, Ἰουδαίους τὸν  
 ἔμῳ ἐορτάσσοντας θάνατον. Δύναμαι δὲ πενήτεσθαι  
 ἐν ἑτέρων καὶ λαμπρὸν ἐπιτάφιον σχεῖν, ἂν ὑμεῖς  
 ἐθέλησητε ταῖς ἐμαῖς ἐντολαῖς ὑπουργῆσαι. Τούτου  
 τῶς φρουρομένους ἀνδρας, ἐπειδὴν ἐκπνεύσω,  
 τάχιστα κτείνετε περιστήσαντες τοὺς στρατιώτας,  
 ἵνα πᾶσα ἡ Ἰουδαία καὶ πᾶς οἶκος, καὶ ἄκων ἐπ' ἐμοὶ  
 διαρῶσιν. Καὶ μετὰ βραχέα φησὶν· Ἐγὼ δὲ, καὶ  
 γὰρ ἐνδοξία τροφῆς καὶ βηλι σπασμῶδει διετείνεται,  
 τῶν ἀλγυδόνων ἡττηθεὶς, φθάσαι τὴν εἰμαρμένην  
 ἐπεβάλετο. Λαβὼν δὲ μῆλον (26), ἤτησε καὶ μαχαί-  
 ριον, εἰώθει γὰρ ἀποτέμνων ἐσθίειν, ἔπειτα περι-  
 θήσας μὴ τις ὁ κωλύων αὐτὸν εἴη, ἐπῆρε τὴν δεξιάν  
 εἰς πλῆξιν ἑαυτόν. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ  
 συγγραφεύς, ἕτερον αὐτοῦ γνήσιον παῖδα πρὸ τῆς  
 ἐσχάτης τοῦ βίου τελευτῆς, τρίτον ἐπὶ δυσίῳ ἤδη  
 προσηρημένους δι' ἐπιπέτξους ἀνελόντα, παραχρῆμα  
 τὴν ζωὴν οὐ μετὰ σμικρῶν ἀλγυδόνων ἀποβῆξαι. Καὶ  
 τοιοῦτο μὲν τὸ πέρασ τῆς Ἡρώδου γέγονε τελευτῆς,  
 ποιητὴν δικαίαν ἐκτίσαντος ὧν ἀμφὶ τὴν Βηθλεεμ  
 ἠνέσθη παιδῶν, τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς  
 ἕνεκα. Μεθ' ἣν ἄγγελος θναρ ἐπιστάς ἐν Αἰγύπτῳ  
 ἐατρεῖθοντι τῷ Ἰωσήφ, ἀπάραξ ἅμα τῷ παιδί καὶ τῇ  
 τούτου μητρὶ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν παρακελεύεται,  
 τεθνηκέναι δηλῶν τοὺς ἀναζητούντας τὴν ψυχὴν τοῦ  
 παιδίου. Τούτοις δ' ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιφέρει λέγων·  
 Ἐκείνος δ' ὅτι Ἀρχελαὸς βασιλεύει τῆς Ἰουδαίας  
 ἐντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοδῆθη ἐκεῖ ἀπελ-  
 θεῖν. Χρηματισθεὶς δὲ κατ' θναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ  
 μέρη τῆς Γαλιλαίας. »

A ninem cruciabat, adeo ut harioli hujusmodi mor-  
 bum pœnam esse dicerent cœlitus irrogatam. At  
 ille tametsi cum tot morborum generibus luctaretur,  
 spem tamen adhuc vitæ retinens, remedia ex-  
 cogitabat. Itaque trajecto Jordane, aquis calidis  
 quæ juxta Callirhoen sunt, usus est. Hæc influnt  
 quidem in Asphaltitem lacum, sed adeo dulces sunt,  
 ut etiam potui commodæ sint. Ibi cum medicis vi-  
 sum esset ut tepente oleo foveretur, demissus in  
 dolium plenum olei, toto corpore adeo resolutus est,  
 ut etiam oculi instar hominis mortui revoluerentur.  
 Deinde ministrorum tumultuantium clamore exci-  
 tatus, ad se quidem rediit. Cæterum spæ salutis in  
 posterum abjecta, quinquaginta drachmas militibus  
 viritum, ducibus vero et amicis magnam pecuniæ  
 vim distribui jussit. Inde Hierichuntem reversus  
 est, jamque atra bile correptus, et ipsi quodammo-  
 do morti minitans, teterrimum facinus perpetrare  
 statuit. Etenim illustrissimos quosque totius Judææ  
 viros ex singulis vicis collectos, in Hippodromo  
 concludi præcepit. Tum accersita Salome viroque  
 ejus Alexandro : « Novi, inquit, Judæos morte mea  
 exsultaturos. Sed lugeri aliorum causa, et illustres  
 exsequias consequi possum, dummodo meis man-  
 datis obsequi velitis. Hos viros quos custodiæ man-  
 davi, simul atque animam exhalavero militibus  
 circumdatos, omnes interficite, quo et universa Ju-  
 dæa et singulæ domus vel invitæ mea morte illa-  
 crymentur. » Et paulo post : « Rursus, inquit,  
 cum partim inedia, partim tussis violentia crucia-  
 retur, victus doloribus fatum antevertere statuit.  
 Sumpto igitur pomo, cutellum poposcit. Solitus  
 enim erat poma manu sua incisa comedere. Tum  
 circumspectans ne quis esset qui impediret, tan-  
 quam se percussurus dextram levavit. » Postremo  
 idem scriptor narrat, quo pacto paulo ante exitum  
 vitæ proprium filium, post duos quos jam ante ne-  
 caverat, impie jussit occidi, atque ita demum non  
 sine maximis cruciatibus animam efflavit. Hujus-  
 modi exitum vitæ habuit Herodes, merita perpes-  
 sus supplicia pro scelere quod adversus infantes  
 Bethlehemitas admiserat, dum Servatori nostro in-  
 sidias compararet. Post cujus interitum angelus  
 Josepho etiam tum in Ægypto moranti in somnis  
 apparens, eum in Judæam redire una cum puero  
 et matre præcepit, mortuos nuntians, qui puerum  
 e medio tollere cupiebant. Quibus hæc evangelista  
 subjungit : « Audiens autem quod Archelaus re-  
 gnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo  
 ire. Et admonitus in somnis secessit in partes Galilææ. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν κατὰ Πιλάτου χρόνων.

Ἐπὶ δὲ τὴν ἀρχὴν μετὰ τὸν Ἡρώδην τοῦ Ἀρχε-

(25) Προέκοψεν εἰς ἐπιβουλήν ἀθεμίτου πράξεως.  
 Lego εἰς ἐπιβουλήν, quod sine dubio rectius est, quam  
 asica editum ἐπιβολήν, tametsi editiones Josephi nihil  
 variant. Conjecturam nostram confirmat vetustissimi-  
 mus codex Mas., in quo plane scriptum est εἰς ἐπιβου-  
 λήν sicut conjecteram. Facessat igitur conjectura Sa-  
 villii, qui ad oram libri sui notarat : Forte scribendum

## 27 CAPUT IX.

De Pilati temporibus.

De Archelai post Herodis obitum dominatione

βουλήν. Porro in codice Reg. scriptum est προέκοψε  
 δ' εἰς ἐπιβουλήν, etc., quæ lectio confirmare videtur  
 conjecturam Savillii. Apud Nicephorum legitur etiam  
 προέκοψε δὲ εἰς ἐπιβουλήν.

(26) Λαβὼν δὲ μῆλον. Omnino scribendum est  
 λαβὼν δὲ μῆλον. Has enim particulas inter se con-  
 fundi frequenter observavimus.

consentit etiam supradictus historię scriptor, narrans qua ratione, tum ex Herodis patris testamento, tum iudicio Cæsaris Augusti Judææ regnum suscepit : utque, cum ipse post annos decem regno excidisset, fratres ejus Philippus et Herodes junior ac Lysanias tetrarchias suas rexerint. Idem in octavo decimo *Antiquitatum* libro, anno duodecimo principatus Tiberii (hic enim orbis imperium acceperat, cum Augustus septem et quinquaginta annis imperasset), Pontium Pilatum procuratorem Judææ accepisse auctor est, ibique decem annis usque ad Tiberii fere exitum permansisse. Ex quibus manifeste convincitur commentum eorum qui *Acta* adversus Servatorem nostrum nuperrime ediderunt. In quibus primum ipsa temporis ratio *Actis* prænotata, auctores mendacii coarguit. Quippe consulatū Tiberii Augusti quarto, qui incidit in septimum ejus imperii annum, ea quæ isti in salubri Domini nostri passione ausi sunt confingere gesta dicuntur. Quo quidem tempore nondum in Judæam advenisse Pilatum satis constat, si testimonio Josephi fides adhibenda est. Qui in libro jam supra laudato (26<sup>o</sup>) diserte indicat, anno principatus Tiberii duodecimo Pilatum Judææ procuratorem a Tiberio factum fuisse.

τῆς Τιβερίου βασιλείας, ἐπίτροπος τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ

#### CAPUT X.

*De pontificibus Judæorum sub quibus Christus Evangelium prædicavit.*

Horum temporibus cum Tiberius quidem quintum

(26<sup>o</sup>) Lib. xviii, 3.

(27) Ἄμα Λυσανία. Id de suo adjecit Eusebius, quem merito reprehendit Scaliger in animadversionibus ad *Chronicon* Eusebianum. Neque enim Josephus Lysaniam meminit in hujus rei narratione; constatque Herodis regnum in tres distinctas partes post ejus mortem divisum fuisse. Tacitus in lib. v *Historiarum*, de Judæis loquens : *Centem coercitam liberi Herodis tripartito rexere*. Idem testatur Philo in oratione *adversus Flaccum*, pag. 968, ubi dicit Caium dedisse Agrippæ, Magni Herodis nepoti, tertiam partem avitæ ditionis, quam Philippus tetrarcha obtinuerat : Γάτος Καίσαρ Ἀγρίππᾳ, τῷ Ἡρώδου βασιλέως υἱωνῶν, δίδωσι βασιλείαν, τῆς παππῆρας λήξεως τρίτην μοῖραν, τὴν Φίλιππος ὁ τετράρχης, θεῶν ἂν αὐτῶν πρὸς πατρὸς, ἐκαρπούτο.

(28) Τὰς ἐαυτῶν διεῖπον τετραρχίας. Scribendum est procul dubio διεῖπον, ut legitur in omnibus nostris codicibus, adeoque in Regio exemplari. Itaque nescio unde Rob. Stephanus vulgatam lectionem, διεῖλον, hauserit. Accedit etiam Josephi auctoritas, qui in lib. ii *De exæcidio*, cap. 8, emendationem nostram confirmat. Hoc cum non vidisset Scaliger, frustra Eusebium nostrum reprehendit in animadversionibus ad *Chronicon* Eusebianum, p. 164. Qui si manuscriptorum Eusebii codices consulisset, ut certe facere debuerat, animadvertisset profecto Eusebium nostrum hic quidem omni culpa vacuum esse.

(29) Τὰ ὑπομνήματα. Conflictata sunt hæc *Acta Pilati* a Christianæ religionis inimicis, in persecutione illa Maximini, ut testatur Eusebius in lib. ix, cap. 5. Quanquam ex *Actis* prædialibus sanctorum martyrum Tarachi, Probi et Andronici colligi potest, *Acta* illa jam antea ficta ac divulgata fuisse. Sic enim legitur in *Actis* illorum martyrum, cap. 9 : *Præses dixit : Inique, non scis, quem invocas Chri-*

λίω καταστάσει συνάδει καὶ ὁ προσηρημένος ἱστορικὸς, τὸν τρόπον τε ἀναγράφων καθ' ὅν ἐκ διαθηκῶν Ἡρώδου τοῦ πατρὸς, ἐπιχρίσθως τε Καίσαρος Αὔγουστου, τὴν κατὰ Ἰουδαίων βασιλείαν διεδέξατο, καὶ ὡς τῆς ἀρχῆς μετὰ δεκαετὴ χρόνον ἀποπεσόντος, οἱ ἀδελφοὶ Φίλιππος τε καὶ ὁ νέος Ἡρώδης ἅμα Λυσανίᾳ (27), τὰς ἐαυτῶν διεῖπον τετραρχίας (28). Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας, κατὰ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς Τιβερίου βασιλείας (τοῦτον γὰρ τὴν καθ' ὅλων ἀρχὴν διαδέξασθαι, ἔπειτ' ἐπὶ πενήκοντα ἔτεσι τὴν ἡγεμονίαν ἐπικρατήσαντος Αὔγουστου), Πόντιον Πιλάτον ἐπιτραπῆναι τὴν Ἰουδαίαν δηλοῖ, ἐναυθὰ τε ἐφ' ὅλοις ἔτεσι δέκα, σχεδὸν εἰς αὐτὴν παραμείναι τὴν Τιβερίου τελευταίην. Οὐκοῦν σαφῶς ἀπελήλεγκται τὸ πλάσμα τῶν κατὰ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν ὑπομνήματα (29) γῆδ' καὶ πρώτῳ διαδωκόντων· ἐν οἷς πρώτος αὐτὸς ὁ τῆς παρασημείωσης χρόνος (30) τῶν πεπλοκῶτων ἀπελέγγει τὸ ψεῦδος. Ἐπὶ τῆς τετάρτης γοῦν ὑπατείας Τιβερίου, ἡ γέγονεν ἔτους ἐβδόμου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὰ περὶ τὸ σωτήριον αὐτοῖς πάθος τολμηθέντα (31) περιέχει. Καθ' ὅν δεικνύται χρόνον, μὴδ' ἐπιστάς πω τῇ Ἰουδαίᾳ Πιλάτος, εἶγε τῷ Ἰωσήφῳ μάρτυρι χρῆσασθαι δέον, σαφῶς οὕτω σημαίνοντι κατὰ τὴν δηλωθεῖσαν αὐτοῦ γραφὴν, ὅτι δὴ δωδεκάτῳ ἐνιαυτῷ Τιβερίου καθίσταται Πιλάτος.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

*Περὶ τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἀρχιερέων, καθ' οἷς ὁ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο.* (Nic. II. E. 1, 18, 29.)

Ἐπὶ τούτων δὲ οὖν κατὰ τὸν Εὐαγγελιστὴν ἔτος

*stum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati et punitum; cujus exstant Acta passionis.* Inducti sunt autem in iudicium supradicti martyres Diocletiano iv et Maximiano iii cons., ut docet titulus *Actorum*. Ex quo sequitur, *Acta Pilati* jam ante persecutionem Maximini concinnata fuisse. Verum Maximinus, cum paucis adhuc nota essent, ea latius publicavit, et in scholis legi et ubique cantari ad Christianorum opprobrium jussit. Male autem Musculus et Christophorus *ὑπομνήματα Commentarios* verterunt, cum *Acta* vertere debuissent, ut recte interpretatus est Rufinus. Græci enim ὑπομνήματα vocant quæ Latini *acta*, tam senatus quam magistratum. Exemplar passim occurrunt in Dionis Cassii *Historia*, et apud alios, ubi tamen fere labuntur interpretes.

(30) Ὁ τῆς παρασημείωσης χρόνος. Hoc loco παρασημείωσις est titulus seu notatio temporis, quæ *Actis* præligi solebat. Sic enim *acta* judiciaria concipiebantur : *Consulatu Tiberii Augusti septimo, inducto in iudicium Jesu*, etc. Ita apud Ammianum Marcellinum in lib. xxi : *Et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium* : « *Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro*. » Eodem modo in gestis purgationis Cæciliani. Sed et in *actis* conciliorum idem observari consueverat. Nec consulatus modo, verum etiam dies ac mensis præscribebantur. Videtur autem in his Eusebii verbis esse enallage, ὁ τῆς παρασημείωσης χρόνος, pro eo quod alii dicerent ἡ τοῦ χρόνου παρασημείωσις. Utitur porro Socrates eadem voce in lib. i, cap. 15, ubi scribit de tempore concilii Nicæni : *Καὶ ὁ χρόνος δὲ τῆς συνόδου, ὡς ἐν παρασημείωσει ἐβρομεν, etc.*

(31) Τὰ περὶ τὸ σωτήριον αὐτοῖς πάθος τολμηθέντα. De Judæis id dici outavit Rufinus. quæ i



πενταεκάτον Τιβερίου Καίσαρος ἀγοντος, τέταρτον δὲ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου, τῆς τε λοιπῆς Ἰουδαίας τετραρχούντων Ἡρώδου καὶ Λυσανίου (32) καὶ Φιλίππου, ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἐπὶ τῷ Ἰωάννου βάπτισμα παραγίνεται, καταρχὴν τε ποιεῖ (33) τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύγματος. Φησὶ δὲ αὐτὸν ἢ θεία Γραφή τὸν πάντα τῆς διδασκαλίας διατελέσαι χρόνον ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα (34), δηλοῦσα ὅτι δὴ ἐν τοῖς μεταξὺ τῆς τούτων ἔτεσι λειτουργίας, ὁ πᾶς τῆς διδασκαλίας αὐτῶ συνεπεράνεθ' χρόνος· ἀρξαμένου μὲν κατὰ τὴν τοῦ Ἄννα ἀρχιερωσύνην, μέχρι δὲ τῆς

A decimum imperii annum ageret, ut scribit Evangelista, Pilatus vero procuratoris Judææ quartum : Herode, Lysania ac Philippo tetrarchis reliquam Judæam obtinentibus, Servator ac Dominus noster Jesus Christus anno ætatis circiter tricesimo ad Joannis lavacrum accessit : tuncque primum Evangelium prædicare instituit. Refert porro divina Scriptura totum prædicationis suæ tempus sub 28 Anna et Caïpha pontificibus illum exegisse, id scilicet significans, temporis spatium quo illi sacerdotium administrarunt, universam Christi prædicationem terminatam fuisse ; cum ergo ab Annæ pontificatu exorsus ad Caïphæ pontificatum docere per-

secuti sunt Musculus et Christophorsonus ; sed cum nullum de Judæis verbum præcesserit, de falsariis illis id intelligere malui, qui *Pilati Acta* conflaxerant. Vox igitur αὐτοῦς referenda est ad ea verba quæ præcesserunt, τῶν πεπλασθέντων. Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. hic locus ita legitur : τὰ περὶ τὸ σωτήριον πάθος αὐτοῦς τολμηθέντα.

(32) Ἡρώδου καὶ Λυσανίου. Nescio cur Eusebius inter Herodem ac Philippum, Magni Herodis liberos, Lysaniam medium collocaverit. Lucas enim, cuius hic verba sequi se proflitetur Eusebius, in celeberrimo illo loco de baptismo Christi, post Herodem ac Philippum, tertio loco Lysaniam nominavit. Quare debuerat etiam Eusebius eundem ordinem observare, maxime cum Lysaniam non fuerit ex liberis aut successoribus Herodis. Illud etiam in Eusebio hoc loco reprehendendum videtur, quod postquam dixit Pilatum Judææ procuratorem tunc fuisse, addit reliquam Judæam paruisse tetrarchis Herodi, Philippo ac Lysaniæ. Atqui Lysaniam nullam Judææ portionem unquam obtinuit. Neque enim Abila Judææ urbs fuit, sed Syriæ Cœles, seu Decapoliitanæ. Excusari tamen potest Eusebius, si dicamus Judææ nomine eum intellexisse totam ditionem Herodis Magni. Constat enim Herodem Magnum tetrarchiam Lysaniæ possedisse, donatam ipsi ab Augusto. Solebant quippe imperatores Romani has tetrarchias dono dare regibus fœderatis atque amicis populi Romani, quo illos sibi magis devincerent. Cujus rei exempla suppetunt apud Josephum. Id ipsum significat Plinius in lib. v, cap. 18, his verbis : *Intercursant cinguntque has urbes tetrarchie, regionum instar singulæ, et in regna contributantur*, etc. ; et cap. 25 ejusdem libri : *præter tetrarchias in regna ascriptas*. Porro de hoc Lysania cuius meminit Lucas, mirum est nullam exstare mentionem apud Josephum, nec apud Dionem et reliquos. Quod si apud B. Lucam ita legeretur, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχούντος ; τῆς Ἰουδαίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ τῆς Λυσανίου Ἀβιληνῆς, expuncta voce τετραρχούντος, quæ sequitur, res esset planissima. Nam Philippus tetrarchiam Lysaniæ, quæ Zenodoro ante tradita fuerat, ab Augusto donatam accepit, ut testatur Josephus.

(33) Καταρχὴν τε ποιεῖ. In codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. scriptum est ποιεῖται.

(34) Ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα. Ita legitur in omnibus nostris codicibus. Apud Lucam in cap. iii scriptum est ἐπὶ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα. Cæterum hæc verba B. Lucæ nullatenus id significant, quod sibi persuasit Eusebius, Christum scilicet prædicare cœpisse ab eo anno quo sacerdos Judæorum fuit Annas, usque ad pontificatum Caïphæ. Nam primo quidem Lucas ibi loquitur non de prædicatione Christi, sed de prædicatione Joannis, quæ prædicationem Christi antecessit. Deinde eam Joannis prædicationem cœpisse dicit sub pontifici-

B bus Anna et Caïpha : non quod anno illo quo prædicare cœpit Joannes, duo simul pontifices fuerint apud Judæos, ut putavit Scaliger in lib. vi *De emendatione temporum*, cap. 1 ; id enim absurdum est et inaudium. Nec verior est Theodori Bezzæ interpretatio, quam postea amplexus est Scaliger in Prolegomenis ad *Chronicon* Eusebii, et Casaubonus in *Exercitationibus*, Annam videlicet fuisse vicarium Caïphæ summi pontificis, seu δεύτερον ἀρχιερέα, atque idcirco una cum Caïpha nominari. Nam si Anna vicem gessit Caïphæ, cur priore loco nominatur, non solum in Evangelio, verum etiam in Actibus apostolorum ? cum simpliciter et absolute pontifex dicitur a B. Luca perinde ac Caïphas. Tria nobis probent oportet illius sententiæ fautores. Primum est, pontifices Judæorum habuisse vicarios perpetuos atque ordinarios ; secundum, vicarios illos in actis publicis una cum pontificibus nominatos fuisse ad temporum notationem. Postremo illos dictos esse simpliciter ἀρχιερεῖς seu pontifices.

C Sed profecto nunquam hæc probantur. Certe Josephus, qui in *Antiquitatum* libris universos Judæorum pontifices accurate percensuit, nunquam perpetuos illos vicarios commemoravit. Unius duntaxat meminit in lib. xvii, Josephi scilicet, qui in spatium unius diei creatus est pontifex, ut vice Matthiæ pontificis sacra faceret. Ex quo apparet, perpetuos vicarios summi pontificis nullos tunc fuisse. Nam si Matthias pontifex hujusmodi vicarium habuisset, nil opus erat ob nocturnam illam pollutionem subito vicarium illi constituere. Existimo igitur B. Lucam his verbis nihil aliud significare voluisse, quam anno quinto decimo Tiberii Cæsaris Caïpham summum fuisse pontificem, Annam vero ex pontifice. Nam cum Annas socer esset Caïphæ, et paulo antea pontificatum gessisset, summamque inter Judæos auctoritatem obtineret, merito cum Caïpha conjungitur a Luca, non in Evangelio solum, sed in cap. iv Actuum apostolorum. Quippe hic Annas vir fuit sui temporis celeberrimus ac potentissimus, et quasi quidam perpetuus pontifex. Ex quo enim summus sacerdos factus est a Quirinio, ipse deinceps reliquo vitæ tempore aut per filios, aut per generos suos sacerdotium administravit, ut testatur Josephus, qui illum semper *Ananum* nominat. Cum igitur tunc temporis tota sacerdotii auctoritas penes Annam resideret, mirum non est, si cum Caïpha pontifex nominatur a B. Luca. Cæterum Caïpham anno xv Tiberii pontificem Judæorum fuisse docet Josephus in lib. xviii. Factus enim est pontifex a Valerio Grato, qui ex Judæa decessit anno circiter Tiberii Cæsaris xvii ineunte. Quem pontificatum plus quam x annis obtinuit, toto scilicet tempore administrationis Pilati. Rempto deinde Pilato, Vitellius legatus Syriæ sacerdotium ademit Caïphæ, et Jonathan in ejus locum substituit, ut scribit Josephus in cap. 6.



stiterit, vix hoc temporis intervallo quadriennium integrum continetur. Quippe cum jam inde ab illis quibus dixi temporibus aboliti prope essent ritus legesque sacrorum, simul sacerdotium perpetuum et hereditarium esse desiderat: nec quæ ad cultum Dei pertinent rite agebantur. Sed a præsidibus Romanis alii subinde atque alii sacerdotes constituti, non plus quam anni spatio munus illud gerebant. Certe Josephus ab Anna ad Caipham quatuor continuo ordine sacerdotes fuisse in dicto *Antiquitatum* libro narrat his verbis: « Valerius Gratus cum Annæ sacerdotium ademisset, Ismaelem Baphi filium in ejus locum promovit. Quo non inulto post remoto, Eleazarum supradicti Annæ filium sacerdotem designavit. Interjecto deinceps anni spatio cum huic honorem abrogasset, Simonii Camithi filio sacerdotium tradidit. Qui eo munere non ultra annum perfunctus, mox Josephum, cui etiam Caiphæ nomen fuit, successorem accepit. » Proinde universum prædicationis Dominicæ tempus non totos quatuor annos complecti manifestum est, quorum spatio totidem sacerdotes ab Anna usque ad promotionem Caiphæ annum singuli sacerdotium administrarunt. Itaque illo anno quo salutaris Christi

Ἀρχῆς τοῦ Καίφα (35) παραμείναντος, οὐδ' ὅλος ὁ μεταξὺ τετραέτης παρίσταται χρόνος. Τῶν γὰρ τοι κατὰ τὸν νόμον ἤδη πως καθηρημένων ἐξ ἐκείνου θεσμῶν, λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχὴ (36), οὕτε τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν· ὑπὸ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων ἄλλοι· ἄλλοι τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιτερόμενοι, οὐ πλέον ἔτους ἐνδὸς ἐπὶ ταύτης διετέλουν. Ἰστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος (37) τέσσαρας κατὰ διαδοχὴν ἐπὶ Καίφῃ ἀρχιερεῖς μετὰ τὸν Ἄναν διαγενέσθαι, κατὰ τὴν αὐτῆς τῆς Ἀρχαιολογίας γραφῆν (38), ὡδὲ πως λέγων· « Οὐαλέριος Γράτος παύσας ἱεράσθαι Ἄνανον, Ἰσμάηλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν τοῦ Βαφί (39). Καὶ τοῦτον δὲ μετοὐ πολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν Ἄνανου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ Καμίου τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. Οὐ πλέον δὲ καὶ τῆς ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διαγίνεται χρόνος (40), καὶ Ἰώσηπος ὁ καὶ Καίφῃ (41) διάδοχος ἦν αὐτῷ. Οὐκ οὖν ὁ σύμπαξ οὐδ' ὅλος τετραέτης ἀποδείκνυται τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας χρόνος, τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν (42) ἔτεσιν ἀρχιερέων ἀπὸ τοῦ Ἄνα καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Καίφα κατάστασιν ἐνιαύσιον λειτουργίαν ἐκτετελεκότων. Τὸν γέ τοι Καίφῃ ἀρ-

(35) Μέχρι δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Καίφα. Rufinus initium vertit; Langus vero administrationem, quod magis probo. Nam apud Judæos magistratus fuit sacerdotium, cum sacerdos seu ἀρχιερεύς jurisdictionem haberet. Præerat enim publico gentis concilio, quod συνέδριον vocabant. Paulo post in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. ita legitur: οὐδ' ὅλος ὁ μεταξὺ παρίσταται τετραέτης χρόνος.

(36) Λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχὴ. Hujus loci insignis emendatio debetur codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. Nam Rob. quidem Stephanus Regii codicis lectionem expresse rat, quæ meo quidem judicio ferri non potest. Quid enim sibi volunt illa verba, οὕτε τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν? Quanto planior est scriptura codicum nostrorum, λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχὴ τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν. Confirmat hanc lectionem Nicephorus, qui in cap. 29, lib. 1 locum Eusebii sic expressit: λέλυτο πρὸς τοὺς ἄλλοις καὶ ἡ διὰ βίου καὶ τῶν προγόνων διαδοχὴς διέφερον ἡ τοῦ Θεοῦ θεραπεία καὶ λειτουργία. Nulla potest afferri melior interpretatio Eusebii loci, quam hoc Nicephori scholium. Illud tantum monendum est, singularem numerum hic positum esse pro plurali. Item enim est ac si dixisset λέλυτο μὲν οἷς διὰ βίου, etc. Quid sit διὰ βίου nec Rufinus nec Langus intellexerunt. Nos pluribus exponemus in adnotationibus ad librum decimum.

(37) Ἰστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος. Longe hic fallitur Eusebius. Nam Josephus non loquitur de iisdem temporibus de quibus Lucas. Josephus quidem loquitur de primo Tiberii Cæsaris decennio, quo tempore procurator Judææ fuit Valerius Gratus. At Lucas loquitur de secundo Tiberii decennio, quando præses fuit Pilatus. Hunc Eusebii errorem jamdudum notavit Scaliger in lib. vi *De emendatione temporum*, cap. 4, et multo ante Scaligerum Langus in notis ad cap. 29 lib. 1 Nicephori.

(38) Κατὰ τὴν αὐτῆς Ἀρχαιολογίας γραφῆν. Melius nostri codices Maz. Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent κατὰ τὴν αὐτὴν τῆς ἱστορίας γραφῆν.

(39) Τὸν τοῦ Βαφί. Ita quidem codex Reginus, cui ascribitur Rufinus his verbis: Valerius Gratus,

Anna sacerdotio deturbato, Ismarlem pontificem designavit filium Baffi. Ita enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ. Reliqui vero Eusebii codices Maz., Med., cum Fuk. et Savil., scriptum habent τὸν τῷ Βαφί. Quibus consentit etiam Nicephorus.

(40) Διαγίνεται χρόνος. In nostris codicibus Maz., Med. Fuk. et Savilii scriptum est διεγένετο. Sic etiam legit Nicephorus in cap. 29 lib. 1.

(41) Ἰώσηπος ὁ καὶ Καίφῃ. Rufinus vertit Josephum cui et Caiaphas nomen fuit, accepit successorem. Sic enim scriptum est in optimo et vetustissimo exemplari Parisiensis Ecclesiæ, non ut in vulgatis Josephum. Sed et Josephi historiographi nomen in eodem codice ita perpetuo scriptum invenit, quemadmodum etiam in vetustissimis Rufini editionibus scriptum habetur. Quod certe mutare non debuerant editores. Nam et apud Cassiodorum et Jordanem in indice scriptorum ex quibus decerpta est *Historia Gothica*, Josephus nominatur: et apud Suetonium in *Vespasiano*, antiquissimus codex bibliothecæ Memmiæ scriptum habet Josephus. Denique Apollonius Collatius *Josipum* semper vocat secunda syllaba brevi.

(42) Τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν. Josephi verba sic interpretatur Eusebius, quasi dixerit Josephus quatuor illos pontifices, Ananum, Ismaelem, Eleazarum ac Simonem, singulos anni spatio sacerdotium administrasse. Sed Josephus de duobus quidem postremis id discrete dicit, de prioribus non item. Nam Ismaelem quidem paulo postquam pontifex factus fuisset a Valerio, exutum fuisse narrat. Anano vero tantum abest, ut annum unum sacerdotii tribuat Josephus, quinimo ex Josephi verbis planè conficitur, Ananum tribus minimum annis sacerdotium tenuisse. Etenim Ananum in locum Joazari substitutum esse dicit a Quirinto post peractum censum, anno circiter 37 ab Actiaca victoria, cum Coponius procurator esset Judææ; eumdemque in sacerdotio permansisse usque ad procuratorem Valerii Grati, qui a Tiberio sub initium imperii missus est in Judæam. Ita necesse est, ut Anani pontificatus satis diuturnus fuerit, quippe qui sub quatuor Judææ procuratoribus Coponio, M. Ambivio, Annio Rufo et Valerio Grato eam digni-

χηρέα εικότως τοῦ ἑνιαυτοῦ καθ' ἕν (43) τὰ τοῦ σω-  
τηρίου πάθους ἐπετελεῖτο, ἢ τοῦ Εὐαγγελίου παρε-  
(78) Ὅσα τε ἐπὶ Ἰουδαίων ἔπαθεν. Hæc verba absunt ab omnibus nostris codicibus. Regio scilicet, Mazar., Med. ac Fuk., nec habentur in interpretatione Rufini. Solus codex Med. ea ascripta habet in margine. In textu vero perinde ac reliqui codices scripturam exhibet ἐσμίχρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα καὶ ἐσταυρώθη.

(79) Καὶ ἀνέστη καὶ συνήγειρε νεκροὺς, etc. Ita quidem ex codice Regio emittit Stephanus. Sed in tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., longe aliter scribitur hic locus : καὶ ἀνήγαγεν νεκροὺς· καταβάς γὰρ μόνος, συνήγειρε πολλοὺς· εἰθ' οὕτως ἀνέβη πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ. Ἐκέλευσεν οὖν

κεκοιμημένους, καὶ πῶς κατέθη μόνος, ἀνέθη δὲ ἅμα μετὰ πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ· καὶ πῶς κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μετὰ δόξης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πῶς ἐλεύσεσθαι μέλλει πάλιν μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. » Ἐκέλευσεν οὖν ὁ Ἄγθαρος, τῇ ἔωθεν συνάξει τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι τὴν κήρυξιν Θαδδαίου, καὶ μετὰ ταῦτα προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρυσὸν καὶ ἄσημον. Ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν· « Εἰ τὰ ἡμέτερα καταλελοιπάμεν, πῶς τὰ ἀλλότρια ληψόμεθα; » Ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει (80). » Ἄ καὶ οὐκ εἰς ἄχρηστον πρὸς λέξιν ἐκ τῆς Σύρων μεταβληθέντα φωνῆς, ἐνταυθὰ μοι κατὰ καιρὸν κείσθω.

Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγου πρώτου τέλος.

nostra dimiserimus, cur aliena capiemus? » Acta sunt hæc anno quadagesimo ac trecentesimo. Quæ non sine fructu, ut opinor, ex Syrorum lingua translata, ad verbum hic opportunè collocata sunt.

*Finis libri primi Historiæ ecclesiasticæ.*

## ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Β'.

EUSEBII PAMPHILI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER SECUNDUS.

### 36 ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΔΕΥΤΕΡΑ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α' Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ δια-  
τρητῆς τῶν ἀποστόλων.

β' Ὅπως Τιβέριος ὑπὸ Πιλάτου τὰ περὶ τοῦ Χρι-  
στοῦ διδαχθεὶς ἐκινήθη.

γ' Ὅπως εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐν βραχεῖ χρόνῳ  
διέδραμεν ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγος.

δ' Ὡς μετὰ Τιβέριον Γάϊος Ἰουδαίων βασιλεὺς καθ-  
ίστησιν Ἀγρίππαν, τὸν Ἡρώδην ἀδελφὸν ἡμιώ-  
σας φωνῆ.

ε' Ὡς Φίλων ὑπὲρ Ἰουδαίων πρεσβεύων ἐστει-  
λάτο πρὸς Γάϊον.

Ἄγθαρος, etc. Quæ quidem scriptura ut brevior est, ita etiam sincerior ac verior. Rufinus certe eandem lectionem in suis exemplaribus repererat. Sic enim vertit : *Et mortuos suscitaret. Qui descendit eundem solus, ascendit autem cum grandi multitudine ad Patrem suum.*

(80) Τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ ἔτει. Hujus loci

β' Ὅσα Ἰουδαίους συνέρβη μετὰ τὴν κατὰ τοῦ  
Χριστοῦ τόλιαν.

γ' Ὡς καὶ Πιλάτος ἑαυτὸν διεκρήσατο.

η' Περὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ.

θ' Μαρτύριον Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου.

ι' Ὡς Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρώδης, τοὺς ἀποστό-  
λους διώξας, τῆς θαλασσοπορευτικῆς δίκης  
ἤσθετο.

ια' Περὶ Θεοδῶ τοῦ ἰσραήλ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ιβ' Περὶ Ἑλένης τῆς τῶν Ὑσσηνῶν βασιλίδος.

ιγ' Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου, καὶ Ἑλένης ἄλλης.

vitium nobis primum aperuit Regius codex, de quo antea ne suspicabamur quidem. cum præsertim Rufinus vulgatam lectionem confirmaret. Sed cum in codice Regio primum, postea vero in vetustissime exemplari Mazarino et in Fuk. scriptum invenissem τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει, veram hujus loci sententiam statim sum odoratus. Ait igitur

ιδ' Περὶ τοῦ κατὰ Ῥώμην κηρύγματος Πέτρου τοῦ ἀποστόλου.  
 ιε' Περὶ τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου.  
 ις' Ὡς πρῶτος ὁ Μάρκος τοῖς κατ' Αἴγυπτον τῆρ εἰς τὸν Χριστὸν γῶσιρ ἐκήρυσεν.  
 ιζ' Ὅλα περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον Ἀσκητῶν ὁ Φίλων ἱστορεῖ.  
 ιη' Ὅσα τοῦ Φίλωνος εἰς ἡμᾶς περιῆλθε συγγράμματα.  
 ιθ' Ὅλα τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους συμφορὰ μετῆλθεν ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ.  
 κ' Ὅλα καὶ κατὰ Νέρωνα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπράχθη.  
 κα' Περὶ τοῦ Αἰγυπτίου, οὗ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις ἐμνημόνευσαν.

κβ' Ὡς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην δέσμιος ἀναπεμφθεὶς Παῦλος ἀπολορησόμενος, πάσης ἀπελύθη αἰτίας.  
 κγ' Ὡς ἐμαρτύρησεν Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου χρηματίας ἀδελφός.  
 κδ' Ὡς μετὰ Μάρκον πρῶτος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, Ἀρριανὸς κατέστη.  
 κε' Περὶ τοῦ κατὰ Νέρωνα διωγμοῦ, καθ' ὃν ἐπὶ Ῥώμης Παῦλος καὶ Πέτρος τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας μαρτυροῖς κατεχοσμήθησαν.  
 κς' Ὡς μυροῖς κακοῖς περιελάθησαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὡς τὸν ὕστατον πρὸς Ῥωμαίους ἤραντο πόλεμον.  
 Σημειῶσαι ὅτι συνήκται ἡμῖν ἡ βίβλος, ἀπὸ τῶν Κλήμεντος, Τερτυλιανοῦ, Ἰωσήπου καὶ Φίλωνος.

## SECUNDUS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER HÆC CONTINET.

I. De his quæ apostoli constituerunt post ascensum Christi.  
 II. Quomodo affectus sit Tiberius cum res a Christo gestas Pilatus ei retulisset.  
 III. Quomodo Christi doctrina in universum orbem brevi dispersa sit.  
 IV. Quomodo post mortem Tiberii Caius Agrippam Judæorum regem constituit, et Herodem perpetuo damnarit exilio.  
 V. Quomodo Philo legationem ad Caium pro Judæis suscepit.  
 VI. Quot mala Judæis obvenerint post Christi necem.  
 VII. Qualiter Pilatus violentas sibi manus intulerit.  
 37 VIII. De fame quæ Claudio imperante accidit.  
 IX. Martyrium Jacobi apostoli.  
 X. Quomodo Herodes, qui et Agrippa dictus est, apostolos persecutus, divinam statim ultionem est expertus.  
 XI. De Theuda præratigatore, ejusque asseclis.  
 XII. De Helena Osroenorum regina.  
 XIII. De Simone Mago, et de altera Helena.  
 XIV. De prædicatione Petri apostoli in urbe Roma.  
 XV. De Evangelio secundum Marcum.

XVI. Quomodo Marcus notitiam Dei primus Ægyptiis prædicaverit.  
 XVII. Quæ Philo de Ascetis in Ægypto commemorat  
 XVIII. Qui Philonis libri ad nos pervenerint.  
 XIX. Cujusmodi calamitas Judæos Hierosolymis inno Paschæ die oppresserit.  
 XX. Quæ acta sint Hierosolymis principatu Neronis.  
 XXI. De Ægyptio illo, cujus mentio fit in Actibus apostolorum.  
 XXII. Qualiter Paulus e Judæa Romam in vinculis missus ad causam dicendam, judicium scæntia absolutus est.  
 XXIII. Quomodo Jacobus, qui frater Domini dictus est, martyrium subit.  
 XXIV. Ut post Marcum primus Alexandrinorum episcopus ordinatus est Annianus.  
 XXV. De Neronis persecutione in qua Petrus et Paulus pro religione martyrium subierunt.  
 XXVI. Quomodo Judæi innumeris malis vexati sunt, tandemque adversus Romanos bellum susceperunt.  
 Nota hunc librum a nobis collectum esse ex Clementis, Tertulliani, Josephi ac Philonis scriptis.

## PROŒMIUM.

Quæcumque a nobis ecclesiasticam Historiam scribere aggredientibus, tanquam in proœmio præ-

Eusebius Actorum illorum quæ in archivis Edessæ repererat, hujusmodi fuisse subscriptionem: Ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῶ καὶ τριακοσιοστῶ ἔτει. Id est, Acta sunt hæc anno quadragesimo ac trecentesimo. Annus hic trecentesimus et quadragesimus juxta Edessenos, cedit in annum primum olympiadis ccc. Etenim Edesseni annos suos numerabant ab olympiadis cxvii anno primo, quo Seleucus regnare orsus est in Asia, ut scribit Eusebius in Chronico, a quo tempore usque ad initium olympiadis secundæ ac ducentesimæ anni sunt recenti ac quadraginta. Porro initium olympiadis ccc. incidit in annum xv Tiberii Cæsaris, qui duobus Geninīs consulibus est insignitus. Quo quidem anno et passionem et ascensionem Domini contigisse, plerique veterum crediderunt. Inter quos est Tertullianus, Augustinus atque Victorius. Vides quanto perē necessaria fuerit hujus loci emendatio, quam ex codicibus nostris protulimus. Jam enim cuncta egregie conveniunt, cum Thaddæi adventus in urbem Edessam, et Abgari regis sanatio in eum annum conferatur, quo Christus et passus est et a mortuis resurrexit. At Baronius qui vitiosam vulgarium editionum scripturam secutus est, adven-

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἅσα μὲν τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας ἐχρῆν ὧς ἐν προοίμῳ διαστειλασθαι, τῆς τε θεολογίας πέρη

tum hunc Thaddæi retulit anno Christi tertio ac quadragesimo, in quo tum ab Edessenorum publicis actis, tum ab Eusebio longe discedit. Quippe in Actis illis diserte scribitur, statim post ascensionem Christi hæc gesta esse, μετὰ δὲ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Ἰησοῦν, etc. Id ipsum repetit Eusebius in lib. ii, cap. 1, ubi etiam docet hæc gesta esse principatu Tiberii Augusti. Quod profecto stare non posset, si hæc in annum Christi tertium et quadragesimum conferrentur. Quod si quis de nostra emendatione adhuc dubitat, sciat in vetustissimo codice Vaticano, perinde ac in nostris codicibus scriptum esse, ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῶ καὶ τριακοσιοστῶ ἔτει. Denique in antiquissimo ac fidelissimo codice Rufini, quem mihi commodavit Claudius Joly, canonicus Parisiensis Ecclesiæ, vir eximia probitate ac doctrina præditus, plane scriptum habetur: *Gesta sunt autem ista quadragesimo et trecentesimo anno*, ut jam de istius lectionis veritate dubitare nemo possit. Solus ex nostris codicibus Medicæus scriptum habet, τεσσαρακοστῶ καὶ τριακοσιοστῶ ἔτει: et alia manu ad marginem pro τριακοστῶ emendatur τρίτῳ, quam corruptissimam lectionem nollemus a Kob. Stephano pro recta ac legitima admissam.

τοῦ σωτηρίου Λόγου (81), καὶ τῆς ἀρχαιολογίας τῶν τῆς ἡμετέρας διδασκαλίας δογμάτων, ἀρχαιοτήτος τε τῆς κατὰ Χριστιανούς εὐαγγελικῆς πολιτείας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς γενομένης ἑναγχοῦς ἐπιφανείας αὐτοῦ, τὰ τε περὶ τοῦ πάθους καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς ἐν τῷ πρὸ τούτου, συντεμόντες τὰς ἀποδείξεις, διειλήφραμεν. Φέρε δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἤδη καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ διασκευώμεθα, τὰ μὲν ἐκ τῶν θείων παρασημαίνονται Γραμμάτων, τὰ δ' ἐξωθεν προσιστοροῦντες ἐξ ὧν κατὰ καιρὸν μνημονεύομεν (82) ὑπομνημάτων.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ διαγωγῆς τῶν ἀποστόλων. (Nic. H. E. II. 1-6.)

Πρῶτος τοιγαροῦν (83) εἰς τὴν ἀποστολὴν ἀντὶ τοῦ προδότου Ἰούδα κληροῦται Μαθθίας, εἰς καὶ αὐτὸς, ὡς δεδῆλωται, τῶν τοῦ Κυρίου γενόμενος μαθητῶν. Καθίστανται δὲ δι' εὐχῆς καὶ χειρῶν ἐπιθέσεως τῶν ἀποστόλων εἰς διακονίαν, ὑπηρεσίας ἕνεκα τοῦ κοινού. ἄνδρες δεδοκιμασμένοι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ οἱ ἀμφὶ τὸν Στέφανον· ὃς καὶ πρῶτος μετὰ τὸν Κύριον, ἕμα τῇ χειροτονίᾳ (84), ὡσπερ εἰς αὐτὸ τοῦτο προαθελίς, λίθοις εἰς θάνατον πρὸς τῶν Κυριοκτόνων βάλλεται. Καὶ ταύτῃ πρῶτος τὸν αὐτῷ φερύνομον τὸν ἀξιονόκων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων ἀποφέρεται στέφανον. Τότε δῆτα καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Κυρίου λεγόμενον ἀδελφόν, ὅτι διη καὶ οὗτος τοῦ Ἰωσήφ ὀνόμαστο παῖς· τοῦ δὲ Χριστοῦ πατὴρ ὁ Ἰωσήφ (85),

finisse. Cæterum hujus epochæ Edessenorum meminit Eusebius in *Chronico*, ad annum i Olympiadis cccxv : *Secundo anno Probi juxta Antiochenos 325, anno, juxta Edessenos, 588, insana Manichæorum hæresis, in commune humani generis malum exorta.* Hi autem anni Edessenorum ab autumnali æquinoctio sumebant exordium, ut mos fuit Syrorum et omnium fere Orientalium.

(81) *Τῆς τε θεολογίας περὶ τοῦ σωτηρίου Λόγου.* Sic scribendum, præeunte Henrico Savilio, qui et ipse accentum præpositionis περὶ in primam syllabam rejecit, uti fieri solet quoties præpositio, quæ præire debuerat, postponitur vocabulo. Sic igitur construenda est oratio : περὶ τε τῆς θεολογίας τοῦ σωτηρίου Λόγου. Nam præpositio περὶ refertur ad vocem θεολογίας, non autem ad σωτηρίου Λόγου. Idque manifestissime apparet ex sequentibus Eusebii verbis. Sequitur enim in hac ipsa periodo, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς γενομένης ἑναγχοῦς ἐπιφανείας αὐτοῦ. Nec aliter construxit Nicephorus, ut patet ex initio libri secundi.

(82) *Μνημονεύομεν.* Jam pridem conjeceram scribendum esse μνημονεύομεν, pro eo quod antea legebatur, ἐμνημονεύομεν, meam vero conjecturam confirmant Regius codex et Mazarinus, in quibus ita diserte scriptum inveni. In Med. autem et Fuk. legitur μνημονεύομεν, quemadmodum etiam in Mazarino emendatum est recentiore manu. Non dissimulabo tamen, vulgatam lectionem in codice Regio superscriptam esse eadem manu.

(83) *Πρῶτος τοιγαροῦν.* Ab his verbis primum caput exorsi sumus, partim Rufini, partim Regii codicis et Maz. et Fuk. auctoritatem sequentes. Nam quæ præcedunt, proœmii locum obtinent. Quippe Eusebius singulis historiæ suæ libris brevia quædam proœmia solet præfigere, quibus tum ea quæ superiori libro dicta sunt summatione recenset, tum ea quæ dicturus est insinuat. Quod tamen a Christophorus minime est observatum. Porro in

A notari oportuit, tum de divinitate Verbi; et de vetustate doctrinæ nostræ atque evangelicæ vivendi formæ : tum de recenti ejusdem Servatoris adventu, de passione et de apostolorum electione, superiore libro complexi sumus, adjectis quanta fieri potuit brevitate probationibus. Nunc vero quæ post ejus ascensionem subsecuta sunt, in hoc libro dispiciamus, partim ex sacris Litteris petita, partim etiam ex aliis monumentis, quorum suo loco ac tempore mentionem facturī sumus.

#### 38 CAPUT I.

De his quæ apostoli constituerunt post ascensum Christi.

B Primum igitur in locum proditoris Judæ apostolatum sortitus est Matthias, qui, ut superius dictum est, unus ex Domini discipulis fuit. Mox septem spectatæ virtutis viri per precationem manusque impositionem diaconi ab apostolis constituti sunt, qui Ecclesiæ ministerium exhiberent. Quorum ex numero fuit Stephanus, qui statim post ordinationem, quasi ad hoc tantummodo ordinatus fuisset diaconus, primus omnium post mortem Domini, ab ipsis qui Dominum occiderant Judæis, lapidibus est obrutus; atque ita primus inter nobilissimos Christi martyres respondentem nomini suo coronam retulit. Tunc etiam Jacobum qui frater Domini dicebatur, eo quod esset Josephi filius;

C hujus capituli titulo emendavi διαγωγῆς τῶν ἀποστόλων, suffragantibus quatuor codicibus Maz., Med., Fuk. ac Savil., quibus consentit etiam Rufinus; sic enim vertit : *De vita et institutione apostolorum post ascensionem Christi.* Solus codex Regius scriptum habet διαταγῆς.

(84) *Ἄμα τῇ χειροτονίᾳ.* Quo anno Stephanus martyrii coronam adeptus sit, non convenit inter omnes. Alii eodem anno quo passus est Christus, lapidatum illum esse volunt, vii Calendas Januariæ. Ita diserte scribitur in Excerptis chronologicis quæ cum Eusebii *Chronico* edidit Scaliger, pag. 68. Et hæc fuisse videtur Eusebii sententia, ut ex hoc loco apparet. Alii vero triennio post Christi mortem martyrium Stephani retulerunt, anno Tiberii ultimo. Ita scribit in *Chronico* Georgius Syncellus. Multi etiam ulterius processerunt, et Stephanum anno ab ordinatione sua septimo passum esse scripserunt. Inter quos est Evodius apud Nicephorum, et Hippolytus Thebanus, et auctor *Chronici Alexandrini*, qui anno Claudii primo martyrium Stephani assignat. Quæ sententia hinc, ut opinor, manavit. Pro certo scilicet habebant, Paulum paucis diebus post cædem Stephani ad Christi fidem fuisse conversum. Eundem vero anno conversionis suæ tertio Hierosolyma advenisse, ipsius testimonio didicerant. Id potero accidisse anno Claudii tertio, paulo ante obitum Herodis Agrippæ, ex Lucæ historia optime concludebant.

(85) *Οὗτος τοῦ Ἰωσήφ ὀνόμαστο παῖς· τοῦ δὲ Χριστοῦ πατὴρ ὁ Ἰωσήφ.* Horum verborum locum in Fuketiano et Saviliano codice ita scriptum habetur : Οὗτος υἱὸς ἦν τοῦ Ἰωσήφ τοῦ νομιζομένου οἰοῦναι πατὸς τοῦ Χριστοῦ, levi discrimine, cum idem sit utrobique sensus. Ait igitur Eusebius Jacobum, qui in Evangelio et in Epistolis Pauli frater Domini dicitur, filium fuisse Josephi ex alia conjugē, quam Josephus ante Mariam sibi

siquidem Josephus Christi pater fuit, cui Maria Virgo desponsa, priusquam nubere, ex Spiritu sancto prægnans reperta est, ut sacrosancta Evangeliorum docet historia: hunc, inquam, Jacobum qui ob eximiam virtutem Justus ab antiquis cognominatus est, Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopatum primum accepisse perhibent. Clemens certe in sexto *Institutionum* libro ita tradit. Ait enim, « post Servatoris ascensum Petrum, Jacobum et Joannem quamvis Dominus ipsos cæteris prætulisset, non idcirco de primo honoris gradu inter se contendisse, sed Jacobum cognomine Justum Hierosolymorum episcopum elegisse. » Item in septimo ejusdem operis libro hæc de illo etiam dicit: « Jacobo, inquit, Justo et Joanni et Petro Dominus post resurrectionem scientiæ donum impertivit. Quod illi cæteris apostolis, hi vero septuaginta discipulis, quorum unus fuit Barnabas, tradiderunt. Cæterum duo fuere Jacobi; alter cognomine Justus, qui ex templi fastigio præcipitatus et a fullone fuste percussus interit; alter qui capite truncatus est. » Porro Jacobi illius Justum meminit etiam Paulus, ita scribens<sup>85</sup>: « Alium autem ex apostolis vidi neminem præter Jacobum fratrem Domini. » Iisdem temporibus quæcunque Servator noster Osroenorum regi promiserat, ad effectum perducta sunt. Thomas enim divino **39** quodam motu afflatu Thaddæum Christianæ doctrinæ præconem et nuntium Edessam misit, ut ex monumentis ibidem repperitis paulo superius ostendimus. Hic cum ad ea loca pervenisset et Agbarum in Christi sanavit nomine, et omnes ejus regionis incolas miraculorum novitate percudit. Cumque illos hujusmodi admirandis operibus satis præparasset, et ad cultum venerationemque divinæ Christi potentiae perduxis-

<sup>85</sup> Gal. 1, 19.

sociaverat. Cum Eusebio consentit Epiphanius in hæresibus Nazaræorum et Antidicomarianitarum, Gregorius Nyssenus in oratione secunda de *Christi resurrectione*, et Hippolytus apud Nicephorum in lib. II, cap. 3, nisi tamen titulus mentiur auctorem. Sed Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, Jacobum hunc idcirco fratrem Domini appellatum esse existimat, quod filius esset Mariæ, sororis matris Domini. Cum Hieronymo consentit Chrysostomus et Theodoretus in *Epistolam ad Galatas*, aliique plures. Multa quidem de hoc argumento disseruit Baronius in *Annalibus*. Mihi tamen verior videtur opinio eorum qui Jacobum et reliquos Domini fratres, Josephi ex prioris matrimonio filios esse dicunt. Hæc enim sententia magis congruit verbis Evangelii. Josephus quoque in libro *xx Antiquitatum*, et in libris *De excidio Hierosolymitano*, hunc Jacobum diserte appellat fratrem Jesu Christi.

(86) *Εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα*. In tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., scriptum est ἡὐρητο, quod magis placet. Et paulo post ubi legitur τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν τὸν Ἰάκωβον, etc., quibus etiam consentit codex Savillii.

(87) *Πέτρον γὰρ φησὶ*. Adrianus Turnebus in suo codice emendaverat φασί, quam emendationem reperi etiam in libro Renati Moræi, medici Parisiensis. Nostri tamen codices omnes cum Rufino ac Ni-

φω ἡμνησευθεῖσα ἡ Παρθένος, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα (86) ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ὡς ἡ ἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων διδάσκει Γραφῆ· τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν Ἰάκωβον, ὃν καὶ Δίκαιον ἐπέκληθη οἱ πάλοι δι' ἀρετῆς ἐκάλουν προτερήματα, πρῶτον ἱστοροῦσι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρισθῆναι θρόνον. Κλήμης δὲ ἐν ἔκτῳ τῶν Ἱστορικῶν γράφων ὧδε παρίστησι· « Πέτρον γὰρ φησὶ (87) καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἐλέσθαι. » Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ἑβδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ἔτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ φησιν· « Ἰακώβῳ τῷ Δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γῶσιν ὁ Κύριος (88). Οὗτοι τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἐβδομήκοντα, ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρνάβας. Δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβος, εἷς ὁ Δίκαιος, ὁ κατὰ τοῦ πετρῶν βληθεὶς, καὶ ὑπὸ κναφέως ξύλων πληγεὶς εἰς θάνατον· ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθεὶς. » Αὐτοῦ δὲ τοῦ Δικαίου καὶ ὁ Παῦλος μνημονεῖ γράφων· « Ἐτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. » Ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τὸν τῶν Ὑσροηνῶν βασιλεῖα τέλος ἐλάβανεν ὑποσχέσεως. Ὁ γοῦν Θωμᾶς τὸν Θαδδαῖον κινήσει θειοτέρῳ, ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν (89) κήρυκα καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκπέμπει, ὡς ἀπὸ τῆς εὐρεθείσης αὐτοῦ γραφῆς μικρῷ πρόσθεν ἐδηλώσαμεν. Ὁ δὲ τοῖς τόποις ἐπιστάς, τὸν τε Ἀγβαρον ἵσται τῷ Χριστοῦ λόγῳ, καὶ τοὺς αὐτοῦ πάντας τοῖς τῶν θαυμάτων παραδόξοις ἐκπλήττει· ἱκανῶς τε αὐτοὺς τοῖς ἔργοις διαθείς, καὶ ἐπὶ σέβας ἀγαγὼν τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, μαθητὰς τῆς σωτηρίου διδασκαλίας κατ-

cephoro vulgatam lectionem tuentur. Mox in iisdem Turnebi ac Moræi libris pro ἐπιδικάζεσθαι emendatum est ἐπιδικάσασθαι, quod certe rectius videtur.

(88) *Παρέδωκε τὴν γῶσιν ὁ Κύριος*. Donum scientiæ interpretatus sum. Erant tum in Ecclesia multa ejusmodi dona seu charismata, quæ non solum apostolis, sed etiam aliis e populo fidelibus Deus interdum communicabat, ut testatur Paulus. Inter hæc dona præcipuum fuit γῶσις, quam Clemens in libro vi *Stromatum* definit scientiam et comprehensionem præsentium, præteritorum ac futurorum; atque Christum cum in terris versaretur, eam apostolis tradidisse, ab apostolis vero continua deinceps successione ad paucissimos pervenisse. Σοφία ἂν εἴη ἡ γῶσις, ἐπιστήμη οὐσα καὶ κατάληψις τῶν δυνατῶν τε καὶ ἐσομένων καὶ παραρηχόντων, βεβαία καὶ ἀσφαλής, ὡς ἂν παρὰ Υἱοῦ Θεοῦ παραδοθεῖσα καὶ ἀποκαλυφθεῖσα. Et paulo post: Ἡ γῶσις δὲ αὐτῆ ἢ κατὰ διαδοχὰς εἰς ὀλίγους ἐκ τῶν ἀποστόλων ἀγράφως παραδοθεῖσα κατελήλυθεν. Et Ecclesia quidem hoc scientiæ donum perpetuo retinet. Hæretici vero quamvis eam sibi vindicent et Gnosticorum nomen usurpent, eam tamen habere non possunt, cum alieni sint ab Ecclesia Dei. Porro vetus interpret Irenæi γῶσιν semper vertit *agnitionem*.

(89) *Ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν*. In codd. Maz., Med., Fuk. ac Saviliano legitur ἐπὶ τὰ Ἔδεσσα.



σῆσατο· εἰσέτε· τε νῦν ἐξ ἐκείνου ἢ πᾶσα τῶν Ἐδессηνῶν πόλις, τῇ τοῦ Χριστοῦ προσανακείται προσηγορίᾳ, οὐ τὸ τυχὸν ἐπιφερομένη δείγμα τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας. Καὶ τὰ μὲν ὡς ἐξ ἀρχαίων ἱστορίας εἰρήσθω. Μετῴθεν δ' αὐθις ἐπὶ τὴν θείαν Γραφήν. Γενομένου δὲ τὰ ἐπὶ τῇ τοῦ Στεφάνου μαρτυρίᾳ πρώτου καὶ μεγίστου πρὸς αὐτῶν Ἰουδαίων κατὰ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας διωγμοῦ, πάντων τε τῶν μαθητῶν, πληρὸν ὅτι τῶν δώδεκα μόνων, ἀνὰ τὴν Ἰουδαίαν τε καὶ Σαμάρειαν διασπαρέντων· τινὲς, ὡς φησὶν ἡ θεία Γραφή, διελθόντες ἕως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας, οὕτω μὲν ἔθνησιν οἷοί τε ἦσαν τοῦ τῆς πίστεως μεταδιδόναι λόγου τολμῶν, μόνοις δὲ τοῦτον Ἰουδαίως κατήγγελλον. Τηνικαῦτα καὶ Παῦλος ἐλυμαίνετο εἰσέτι τότε τὴν Ἐκκλησίαν, κατ' οἴκους τῶν πιστῶν εἰσπορευόμενος, οὖρων τε ἀνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ εἰς φυλακὴν παραδιδούς. Ἄλλὰ καὶ Φίλιππος, εἷς τῶν ἅμα Στεφάνῳ προχειρισθέντων εἰς τὴν διακονίαν, ἐν τοῖς διασπαρῆται γενόμενος, κάτεισεν εἰς τὴν Σαμάρειαν, θείας τε ἐμπλεως ὢν δυνάμει, κηρύττει πρῶτος τοῖς αὐτοῖσι τὸν λόγον. Τοσαύτη δ' αὐτῷ θεία συνήργει χάρις, ὡς καὶ Σίμωνα τὸν Μάγον μετὰ πλείστων ἐτέρων ἀνδρῶν (90), τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἐλχθῆναι. Ἐπὶ τοσοῦτον δ' ὁ Σίμων βεβημένος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ἡπατημένων ἐκράται γοητεία, ὡς τὴν μεγάλην αὐτὸν ἡγεῖσθαι εἶναι δυνάμιν τοῦ Θεοῦ. Τότε δ' οὖν καὶ οὗτος τὰς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου δυνάμει θείᾳ τελουμένας καταπλαγεῖς παραδόξουσι, παραδύεται, καὶ μέχρι λουτροῦ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καθυποκρίνεται. Ὁ καὶ θαυμάζειν ἄξιον εἰς δεῦρο γινόμενον πρὸς τῶν ἑταίρων καὶ νῦν τὴν ἀπ' ἐκείνου μιαιωτάτην μετιόντων αἴρεσιν· οἱ τῇ τοῦ σφῶν προπάτορος μεθόδῳ, τὴν Ἐκκλησίαν λοιμώδους καὶ ψωραλέας νόσου δίκην ὑποδύμενοι, τὰ μέγιστα λυμαίνονται τοὺς, οἷς ἐναπομάξασθαι οἷοί τε ἂν εἴεν τὸν ἐν αὐτοῖς ἀποκεκρυμμένον δυσασθῆ καὶ χυλεπὸν ἰόν. Ἦδη γέ τοι πλείους τούτων ἀπεώσθησαν, ὅποιοι τινες εἴεν (91) τὴν μοχθηρίαν ἀλόντες· ὡπερ οὖν καὶ ὁ Σίμων αὐτὸς πρὸς τοῦ Πέτρου καταφωραθεὶς ὅς ἦν, τὴν προσήκουσαν ἔτισε τιμωρίαν. Ἄλλὰ γὰρ εἰς αὐξήσιν ὁσημέραι προτόντος τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, οἰκονομία τις ἤγεν καὶ ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίων γῆς τῆς αὐτοῖσι βασιλίδος (κατὰ τι πάτριον ἔθος ὑπὸ γυναικὸς τοῦ ἔθνους εἰσέτι νῦν βασιλευμένου) δυνάστην· ὃν πρῶτον ἐξ ἔθνῶν πρὸς τοῦ Φιλίππου δεῖ ἐπιφανείας τὰ τοῦ θεοῦ λόγου ἔργα μετασθέντα, τῶν τε ἀνὰ τὴν οἰκουμένην πιστῶν ἀπαρχὴν γενόμενον, πρῶτον κατέχει λόγος ἐπὶ τὴν πάτριον παλινοστήσαντα γῆν, εὐαγγελίσασθαι τὴν τοῦ πᾶν ὄλων Θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν ζωοποιὸν εἰς ἀνθρώπους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίαν, ἔργῳ πληρωθείσης δι' αὐτοῦ τῆς, « Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ, » περιεχούσης προφητείας. Ἐπὶ τούτοις Παῦλος τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων

<sup>90</sup> Psal. LXXVII.

(90) Μετὰ πλείστων ἐτέρων ἀνδρῶν. Magis placet lectio codicum nostrorum, Mazarini scilicet, Med., Fuk. ac Savilianii, μετὰ πλείστων ἀνδρῶν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἐλχθῆναι.

PATROL. GR. XX.

A set, tandem salutaris doctrinæ auditores reddidit. Abhinc universa Edessenorum civitas, quippe quæ non vulgare Servatoris nostri erga se benevolentia indicium possideat, ejus nomini hactenus dicata permansit. Et hæc quidem ex veterum monumentis desumpta sunt. Nunc ad divinam Scripturam trans-eamus. Post martyrium Stephani, cum prima eademque gravissima Judæorum persecutio adversus Hierosolymitanam Ecclesiam coorta esset, cunctis Christi discipulis præter duodecim apostolos per Judæam Samariamque dispersis; nonnulli eorum usque ad Phœnicem et Cyprum et Antiochiam progressi (ut sacra testatur Scriptura) fidei Christianæ sermonem gentibus quidem nondum communicare audebant, sed solis Judæis illum prædicabant. Quæ tempestate Paulus etiamnum Ecclesiam infestabat, in ædes fidelium irrumpens, et viros cum mulieribus inde abstractos custodias mancipans. Tunc etiam Philippus, unus ex iis qui cum Stephano ad diacognatus officium fuerant electi, fugiens cum cæteris Samariam descendit, et divina plenus virtute, verbum Dei primus incolis nuntiavit. Tanta porro vis divinæ gratiæ ipsi aderat, ut Simonem Magum aliosque innumerabiles prædicationibus suis ad se pertraxerit. Hic Simon tunc temporis celeberrimus, tantam auctoritatem adeptus erat apud eos quos præstigiis suis deceperat, ut magnam Dei Virtutem ipsum esse existimarent. Idem tamen obstupefactus miraculis quæ Philippus divina virtute perpetrabat, callide irrepsit, fidemque in Christum hactenus simulavit, ut baptisumque susciperet. Quod quidem etiamnum fieri ab his qui tetricissimam ejus sectam profitentur non sine admiratione cernimus; qui more parentis sui in Ecclesiam tanquam pestis aut lepra quædam irrepentes, gravissimum damnum inferunt iis quibus pessimum illud et immedicabile venenum quod mentibus occultant instillare potuerint. Ac plerique jam eorum ab Ecclesia ejecti sunt, cum fraus ipsorum detecta esset: quemadmodum Simon quoque ipse a Petro tandem deprehensus debitas pœnas dedit. Porro cum salutaris Evangelii prædicatio novis quotidie incrementis augeretur, divina providentia quemdam ex proceribus Æthiopum reginæ in Judæam adduxit: quiperio gubernari. Qui cum a Philippo celesti visione admonito primus ex gentibus divini Verbi mysteria percepisset, totius orbis fidelium primitiæ factus; inde in patriam reversus, Dei notitiam et Servatoris nostri salutarem in terras adventum primus prædicasse fertur. Atque ita per ipsum completa est prophetæ prædictio quæ sic habet: « Æthiopia præveniet manum ejus Deo »<sup>91</sup>. Interea Paulus, vas illud electionis, non ex hominibus nec per homines, sed per revelationem Jesu Christi, et Dei Pa-

(91) Ὅποιοι τινες εἴεν. Quatuor nostri codices, Mazarinus, Med., Fuk. ac Savil. scriptum habent ὅποιοι τινες ἦσαν, quod rectius videtur. Sic enim paulo post dicit, καταφωραθεὶς ὅς ἦν.

5



tris qui illum suscitavit a mortuis, apostolus constituitur, cœlesti visione ac voce quæ tempore illius revelationis ad ipsum delata est, ad hunc honorem vocatus.

## CAPUT II.

*Quomodo Tiberius affectus sit, cum res a Christo gestas Pilatus ei retulisset.*

Cum admiranda Servatoris nostri resurrectio ejusdemque in cœlum ascensio omnium pene sermonibus jam pervulgata esset, quoniam vetus hæc erat consuetudo provinciarum rectoribus, ut quidquid novi apud ipsos contigisset, imperatori nuntiarent, ne quid ipsum lateret, Pilatus de resurrectione Servatoris nostri Jesu Christi, cujus per universam Palæstinam celebris erat fama, ad Tiberium principem retulit: multa quoque alia ejusdem miracula se auditu accepisse significans, et qualiter ad vitam denuo revocatus, a plerisque jam Deus haberetur. Ac Tiberium quidem rem ad senatum detulisse perhibent, sed senatum hujusmodi relationem aspernatum esse: specie quidem eo quod senatus auctoritas ad id non expectata videbatur, cum tamen vetus lex esset apud **41** Romanos ne quis absque decreto senatus pro deo haberetur: re autem ipsa eo quod salutaris divinæ doctrinæ prædicatio auctoritate et auxilio hominum minime indigeret. Cum igitur senatus relationem de Servatore nostro ita ut dictum est repudiasset, Tiberius tamen, in pristina sententia perseverans, nihil adversus doctrinam Christi durius molitus esse dicitur. Hæc Tertullianus, vir legum Romanarum peritissimus et inter Latinos scriptores celeberrimus in *Apologia* ab ipso quidem Latine conscripta, postea vero in Græcum sermonem translata prodit his verbis: « Ut, inquit, de origine ali-

(92) Παλαιῦν κερρατηκότος ἔθους. Queret hic fortasse aliquis cur hunc morem, ut scilicet rectores provinciarum, si quid apud se novi contigisset, referrent ad principem, antiquum vocet Eusebius. Neque enim mos ille tunc quidem temporis valde vetustus erat, cum recens adhuc esset imperium Romanum, et nuperrime ab Augusto constitutum. Aut igitur dicendum est, Eusebium de suis temporibus intellexisse, cum morem illum antiquum vocavit, aut certe prisca illa tempora designasse, quibus respublica Romana populari imperio regebatur. Tunc enim proconsules et prætores qui in provinciis erant, missis ad senatum litteris, quidquid novi contigerat, renuntiabant.

(93) Ὡς τὰς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατίας. Nostri codices, Regius, Maz., Med., cum Fuk. ac Savil., omnes uno consensu scriptum habent ὡς τὰς τε ἄλλας, absque sensu. Recte igitur Rob. Stephanus emendavit, ὡς τὰς τε ἄλλας, etc. Quod autem sequitur καὶ ὡς ὅτι pleonasmus est Eusebio familiaris, ut μη οὐχί et similia. Mallet tamen posterius istud ὡς expungere, ne molesta sit ejusdem particula repetitio.

(93\*) Forte legendum δὲ pro τε. Edit.

(94) Vulg. ταύτης δ' οὖν ἀπωσαμένης. Procul dubio scribendum est ταύτη δ' οὖν, quam emendationem confirmat Nicephorus in lib. II, cap. 8; sic enim ait: Οὕτω δὲ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀπο-

Α πων οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, δι' ἀποκαλύψεως δ' αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ἀπόστολος ἀναδείκνυται, δι' ὅπτασις καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν οὐρανόου φωνῆς, ἀξιωθεὶς τῆς κλήσεως.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

*Ὅπως Τιβερίος ὑπὸ Πιλάτου τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκινήθη* (Nic. II. E. II, 8).

Καὶ δὴ τῆς παραδόξου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως τε καὶ εἰς οὐρανόου ἀναλήψεως, τοῖς πλείστοις ἤδη περιθώρου κατεστῶτος, παλαιῦν κερρατηκότος ἔθους (92) τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῶ τὴν βασιλείου ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτῶν διαδιδράσκου τῶν γινόμενων, τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας ἤδη καὶ ἄλλας Παλαιστίνης βεβοημένα, Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται, ὡς τὰς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατίας (93), καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἤδη Θεὸς εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπεπίστευτο. Τὸν δὲ Τιβερίον ἀνενεγκεῖν μὲν τῇ συγκλήτῳ, ἐκείνην τ' (93\*) ἀπόσασθαι φασὶ τὸν λόγον, τῶ μὲν δοκεῖν, ὅτι μὴ πρότερον αὐτῇ τοῦτο δοκιμάσασα τὴν (παλαιῶν νόμου κερρατηκότος, μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ Ῥωμαίους θεοποιεῖσθαι, μὴ οὐχί ψήφῳ καὶ δόγματι συγκλήτου), τῇ δ' ἀληθεῖα, ὅτι μηδὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικρασίας τε καὶ συστάσεως, ἡ σωτήριος τοῦ Θεοῦ κηρύγματος ἐδεῖτο διδασκαλία. Ταύτη δ' οὖν ἀπωσαμένης (94) τὸν προσαγγελθέντα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγον τῆς Ῥωμαίων βουλῆς, τὸν Τιβερίον, ἦν καὶ πρότερον εἶχε γνώμην τηρήσαντα, μηδὲν ἀποπον κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπινοῆσαι. Ταῦτα Τερτυλλιανὸς, τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἡκριθῶκως (95) ἀνῆρ, τὰ τε ἄλλα ἐνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν (96), ἐν τῇ γραφείῳ μὲν αὐτῶ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ, μεταβληθείῳ δὲ καὶ ἐπὶ τῆν

βαλομένης τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος λόγον, etc.

(95) Τερτυλλιανὸς, τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἡκριθῶκως. Ex hoc loco quidam suspicati sunt, Tertullianum illum qui inter ecclesiasticos scriptores celebris habetur, jurisconsultum fuisse. Certe in indice Pandectarum, inter juris auctores ex quibus opus illud collectum est, recensetur Tertullianus qui libros octo quaestionum scripsit, et de castrensi peculio librum singularem. Sed non dubito quin hic diversus sit ab illo presbytero Carthaginensi. Neque vero Eusebius illum jurisconsultum fuisse dicit, sed tantum ait eum leges Romanas accuratissime calluisse. Quod quidem vel ex uno ejus *Apologetico* licet cognoscere, in quo legum Romanarum sapissime meminit. Ac mihi quidem videtur Eusebium hunc unum Tertullianum librum legisse, cum solus hic ex Tertulliani libris in Græcum sermonem conversus fuisset.

(96) Τῶν ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν. Ex his verbis colligere quis posset Tertullianum Romæ vixisse, et unum fuisse ex senatorio ordine. Id enim sonant hæc verba. Constat tamen ex Hieronymo in *Chronico* et in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, Tertullianum domo Carthaginensem fuisse, patre centurione, proconsularis officii. Quæ quidem militia non admodum fuit honorata, quippe cum ejusmodi milites nudum nomen militum haberent, re ipsa autem apparitores essent proconsulum et vilibus ma-

Ἑλλάδα γλώτταν, ὑπὲρ Χριστιανῶν Ἀπολογία, τίθηται κατὰ λέξιν τοῦτον ἱστορῶν τὸν τρόπον· « Ἴνα δὲ καὶ ἐκ τῆς γενέσεως διαλεχθῶμεν τῶν τοιούτων νόμων, παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ὑπὸ βασιλέως καθιερούσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι. Μάρκος Αἰμίλιος οὕτως περὶ τινος εἰδώλου πεποίηκεν Ἀλβούρνου (97). Καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν λόγου πεποιήται, ὅτι παρ' ἡμῶν ἀνθρωπεῖς δοκιμῆ ἢ θεότις δίδονται. Ἐὰν μὴ ἀνθρώπου θεὸς ἀρέσῃ, θεὸς οὐ γίνεται. Οὕτως κατὰ γε τοῦτο, ἀνθρώπων θεῶν ἔσθαι εἶναι προσήκει. Τιθέριος οὖν, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος (98) τοῦτου, ἐνθα πρῶτον ἤρξατο, τῆ συγκλήτῃ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκεῖνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκειται (99). Ἡ δὲ σύγκλητος ἐπεὶ οὐκ αὐτῆ δεδοκιμάκει, ἀπόσωτο· ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινε, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγοροῖς· ὅτι τῆς οὐρανόθεν Προνοίας κατ' οἰκονομίαν τοῦτ' αὐτῷ πρὸς τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, πανταχόσε γῆς διαδράμοι.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅπως εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐν βραχεῖ χρόνῳ ἐπέδραμεν ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγος (Nic. H. E. II, 8).

Ὅτω δὴτα οὐρανόθεν δυνάμει καὶ συνεργίᾳ, ἀθρόως οἷα τις ἥλιος βολῆ, τὴν σύμπασαν οἰκουμένην ὁ σωτήριος κατηύγαξε λόγος, αὐτίκα δὲ ταῖς θείαις ἐπομένως Γραφαῖς (1), ἐπὶ πᾶσαν προήει τὴν γῆν ὁ φοβόγος τῶν θεοσεβῶν εὐαγγελιστῶν τε αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων. καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ βήματα αὐτῶν. Καὶ

nisteriis fungerentur. De patria quidem sua ipsemet scribit in *Apologetico*, cap. 9, ubi agit de Tiberio proconsule Africae, qui sacerdotes Saturni in crucem egerat. *Teste militia patriæ nostræ, quæ id ipsum munus illi proconsuli juncta est.* Id est, testes sunt officiales seu apparatus Carthaginenses proconsulum Africae. Quare hæc Eusebii verba, τῶν μάλιστα ἐπὶ Πρώμης λαμπρῶν, malim interpretari de scriptoribus Latinis. Solet enim Eusebius Romanorum vocabulo designare, non ipsos Romanæ urbis indigenas ac cives, sed Latinos et Occidentales, ut inferius notabitur. Recte ergo Rufinus hunc Eusebii locum ita vertit : *Hæc Tertullianus, vir et legum et institutionum Romanorum peritissimus, et inter nostros scriptores admodum clarus.*

(97) Ἀλβούρνου. Hujus dei nomen in codice Maz. et Fuk. circumflexam habet ultimam syllabam. Codex autem Medicæus duplicem habet accentum. Quod quidem in illo codice non semel factum esse observavi : exempli gratia in voce Σολόμενος. Hoc enim nomen duplici accentu semper notare solet codex Medicæus : acuto scilicet in antepenultima syllaba, in penultima autem circumflexo.

(98) Ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος. Quisquis hunc Tertulliani locum Græce vertit (neque enim ab Eusebio conversum existimo), mentem illius non satis assecutus videtur. Verba Tertulliani apud Rufinum sic leguntur : *Annuntiata sibi ex Syria Palæstina quæ illic veritatem istius divinitatis revelaverunt, detulit ad senatum.* Quam lectionem amplexus est Nicolaus Rigaltius in editione Operum Tertulliani : merito certe. Nam altera quæ in vulgatis legitur scriptura, ferri non potest. Sic igitur vertendum erat hic locus : Ἀγγελθέντων αὐτῷ τῶν θαυμάτων ἐκ τῆς Συρίας τῆς Παλαιστίνης, ἅπερ ἐκεῖ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐκείνου θεο-

A quid retractemus ejusmodi legum : vetus erat decretum ne quis Deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu probatus. Sic Marcus Æmilius de deo suo Alburno. Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit. Homo jam deo propitius esse debet. Tiberius ergo, cujus tempore nomen Christianum in sæculum introivit, annuntiatum sibi ex Syria Palæstina quæ veritatem illius divinitatis revelarat, detulit ad senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus quia non ipse probaverat respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. » Hactenus Tertullianus. Quam quidem sententiam cœlestis Providentia Tiberii Cæsaris mentidicirco infuderat, ut Evangelii sermo, qui tunc primum nasci cœperat, absque ullo impedimento per universum orbem spargeretur.

νοῦν βαλλομένης, ὡς ἂν ἀπαραιοδίστως ἀρχὰς ἔχων

### CAPUT III.

*Quomodo Christi doctrina per universum orbem brevi dispersa sit.*

Ita opitulante cœlesti virtute, salutaris Dei sermo tanquam solis radius universum terrarum orbem subito illustravit, et prout in sacris litteris prædictum fuerat, in omnem terram exivit sonus evangelistarum simul et apostolorum, et usque ad fines terræ verba eorum. Per omnes igitur civitates et

C τῆτος κατάδηλον ἐπεποιήκει, etc. Certe vel hic unus locus manifeste indicat, Eusebium hujus Græcæ interpretationis auctorem non fuisse, quod tamen Scaliger alique sibi persuaserunt. Nam si Eusebius ipse hunc Tertulliani locum Græce vertisset, non omisurus utique fuisset id quod ad institutum ipsius maxime faciebat, mentionem scilicet miraculorum Christi, quæ Pilatus ad Tiberium retulerat. Id enim ipse superius dixit initio hujus capituli : *Τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ... Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινούται,* etc. Atqui in Tertulliani loco, prout in Græce conversus hic refertur, nulla fit mentio admirabilium Christi operum, sed tantum dogmatis Christiani. Certum est igitur, Eusebium hujus versionis auctorem non fuisse. Porro quod Tertullianus dicit annuntiatum Tiberio ex Syria Palæstina, id Eusebius de relatione ad ipsum missa intellexit. Et tamen Latina vox hunc sensum vix admittit. Annuntiarum enim proprie dicuntur, quæ fama et rumoribus innotescunt.

(99) *Δῆλος ὢν ἐκεῖνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκειται.* Recte expressit sensum verborum Tertulliani, cum *prærogativa suffragii sui*, nisi quod de dogmate perperam adjecit. Neque enim Tertullianus loquitur de dogmate Christianorum, sed de divinitate Christi. Igitur cum *prærogativa suffragii sui*, idem valet ac *cum suffragatione sua*, quæ maximam habebat auctoritatem.

(1) Vulg. αὐτίκα ταῖς θείαις ἐπομένως Γραφαῖς. Nicephorus, qui totum hunc Eusebii locum ad verbum descripsit, habet, αὐτίκα δὲ ταῖς θείαις ἐπομένως Γραφαῖς. Quæ particula non mediocrem addit elegantiam. Paulo post scribendum est εὐαγγελιστῶν τε αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, ex eodem Nicephoro, cui suffragantur libri nostri Maz. Med. ac Fuk.

vicos ecclesie infinita hominum multitudine abundantes, velut aræ quædam frugibus 42 refertæ, brevi congregatæ sunt. Et qui propagato a majoribus errore, superstitioso dæmonum cultu quasi vestusto quodam morbo constricti tenebantur, hi Christi virtute per prædicationem simul et miracula discipulorum ipsius, tanquam a sævissimis dominis liberati et gravissimis vinculis soluti, deorum quidem turbam a dæmonibus invectam respuebant, unum autem Deum esse omnium rerum opificem confitebantur. Quem quidem sacris veræ pietatis ritibus, per divinam modestamque religionem quam Servator noster in humanum genus invexerat, colebant. Cum ergo Dei gratia jam in reliquis quoque nationes sese diffunderet, primusque in urbe Palæstinæ Cæsarea Cornelius cum universa familia visione quadam divina Petricæ ministerio fidem in Christum esset amplexus, et complures alii ex gentilibus Antiochiæ idem fecissent, quibus dispersi in illa Stephani persecutione discipuli verbum Dei prædicaverant: florente tum et vigente Antiochenorum Ecclesia, in qua plurimi simul congregati aderant, tum ab Hierosolymis propheta quibuscum Paulus fuit et Barnabas, tum alii fratres numero haud pauci, Christianorum nomen ibi tunc primum tanquam ex amæno ac secundo cespite exortum est. Sub id tempus Agabus quidem unus ex prophetis qui illic aderant, famem futuram prædixit: Paulus vero et Barnabas Hierosolymam destinati sunt, ut fratrum penuriam suo ministerio sublevarent.

(2) *Ειργμῶν τε χαλεπωτάτων.* Ειργμῶν legitur apud Nicephorum, qui Eusebium nostrum exscripsit, ut solet. In omnibus tamen nostris codicibus, Regio scilicet, Maz., Med. ac Fuk. scriptum invenitur *εἰργμῶν*, quæ lectio sine dubio præferenda est.

(3) Vulg. *κατὰ τὴν τῶν Παλαιστίνων Καισάρειαν.* Nostri codices, Maz., Med. ac Fuk., scriptum exhibent *κατὰ τὴν Παλαιστίνων Καισάρειαν*, rectius meo quidem iudicio. Dicebatur enim ἡ Παλαιστίνων Καισάρεια, ut alibi occurrit apud Eusebium nostrum, ad discrimen Cæsareæ Philippi quæ in Phœnice sita erat. Leve quidem id nonnullis fortasse videbitur. Sed nos in hac nostra editione, nihil eorum quæ in manuscriptis codicibus occurrit præterire constituimus, quo lectori diligentiam nostram approbemus.

(4) Vulg. *ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γόνιμου γῆς.* Ita quidem legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. Sed reliqui codices, Maz. scilicet, ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent *γόνιμου πηγῆς*. Nec aliter in exemplari suo legerat Rufinus, ut ex ejus interpretatione colligimus. Sic enim verit: *Ibi primum discipuli veluti perenni fonte sumpto vocabulo appellati sunt Christiani.* Ubi tamen libentius legerim *velut e perenni fonte sumpto vocabulo.* Nam in Græco est *ὡςπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γόνιμου πηγῆς.* Mutarunt autem hanc scripturam, ii qui sibi persuaserant *εὐθαλῆ* et *γόνιμου* dici non posse de fonte. Ceterum Christianorum vocabulum principatu Tiberii primum orbi innotuisse testatur etiam Tertullianus in *Apologetico*, ejus locum in superiori capite adduxit Eusebius.

(5) *Ἡαῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας.* Nullo modo in Tiberii tempora cadere potest hæc Pauli Hierosolymitana profectio. Nam Lucas in Actibus diserte

A δῆτα ἀνὰ πάσας πόλεις τε καὶ κώμας, πληθυσούσης ἄλλωνος δίκην, μυρίαῖνοι καὶ παμπληθεῖς ἀθρόως ἐκκλησῆσαι συνεστῆκεισαν. Οἱ τε ἐκ προγόνων διαδοχῆς καὶ τῆς ἀνεκάθεν πλάνης, παλαιῆ νόσφ δεισιδαίμονίας εἰδώλων τὰς ψυχὰς πεπεδημένοι, πρὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως διὰ τῆς τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ διδασκαλίας τε ἰσοῦ καὶ παραδοξοποιίας, ὡςπερ δεινῶν δεσποτῶν ἀπῆλλαγμένοι, εἰργμῶν τε χαλεπωτάτων (2) λύσιν εὐράμενοι, πάσης μὲν δαιμονικῆς κατέπτυνον πολυθείας, ἕνα δὲ μόνον εἶναι Θεὸν ὠμολόγουν τὸν τῶν συμπάντων δημιουργόν, τοῦτόν τε αὐτὸν θεσμοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας δι' ἐνθέου καὶ σώφρονος θρησκείας τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων βίῃ κατασπαρείσης ἐγέροιον. Ἀλλὰ γὰρ τῆς χάριτος ἦδη τῆς θείας καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ χρομένην B ἔθνη, καὶ πρώτου μὲν κατὰ τὴν τῶν Παλαιστίνων Καισάρειαν (3) Κορινθίῳ σὺν ὅλῳ τῶ ὄκω δι' ἐπιφανείας θειοτάτης ὑποργίας τε Πέτρον, τῆν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν καταδεξαμένον, πλείστον τε καὶ ἄλλων ἐπ' Ἀντιοχείας Ἑλλήνων, οἷς οἱ κατὰ τὸν τοῦ Σεφάνου διωγμῶν διασπαρέντες ἐκφύρασαν, ἀνθούσης ἄρτι καὶ πληθυσούσης τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας, ἐν ταύτῃ τε ἐπιπαρόντων πλείστον ὄσων τῶν τε ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφητῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς Βαρνάβα καὶ Παύλου, ἐτέρου τε πλήθους ἐπὶ τούτοις ἀδελφῶν, ἡ Χριστιανῶν προσήγορία τότε πρώτον αὐτόθι ὡςπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γόνιμου πηγῆς (4) ἀναδίδεται. Καὶ Ἄγαθος μὲν, εἷς τῶν συνόντων αὐτοῖς προφητῶν, περὶ τοῦ μέλλειν ἔσεσθαι λιμὸν προθεσπίσει. C Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας (5), ἐξυπηρετησόμενοι τῇ τῶν ἀδελφῶν παραπέμπονται διακονίᾳ.

scribit, eam contigisse quo tempore Herodes Agrippa inflictæ cœlitus plaga interiit. Quod quidem temporibus Claudii accidisse inter omnes constat. Prudenter itaque fecit Nicephorus, qui cum totum hoc Eusebii caput ad verbum describeret, postremam hanc partem de industria prætermisit, ne in eumdem cum Eusebio errorem incideret. Eusebium vero nostrum in eam opinionem induxit Pauli locus ad Galatas, ubi de suis ad urbem Hierosolymam profectionibus loquitur. Quem locum ut clarius intelligere possimus, de universis Pauli profectionibus in sacram urbem post ejus ad Christum conversionem, diligentius inquirendum est. Lucas quidem quater omnino eum Hierosolyma profectum esse scribit. Primum paulo post ejus baptismum cap. ix Actuum. Iterum deinde profectus est Paulus Hierosolyma ad deferendas fratrum eleemosynas, ut refertur in cap. xi et xii. Postea ascendit Paulus Hierosolyma ob controversiam de circumcissione et Judaicis ritibus, ut habetur in capite xv. Postremo venit Hierosolyma sub finem principatus Claudii, ibique diutissime victus permansit. Ipse vero Paulus in Epistola ad Galatas, bis post suam ad Christum conversionem venisse se dicit Hierosolyma; et utramque profectionem his temporum intervallis distinguit. Cum autem, inquit, placuit ei qui me segregavit, et vocavit per gratium suam, ut revelaret Filium suum in me, continuo non acquievi carni et sanguini. Neque veni Hierosolyma ad antecessores meos apostolos: sed ubi in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolyma videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim, etc. De secunda autem profectione sua ita loquitur: Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὡς μετὰ Τιβέριον Γάϊος Ἰουδαίων βασιλεὺς καθίστηται Ἀγρίππας, τὸν Ἡρώδη ἀδιδῶ ζημιώσας φυγῆ (Nic. II. E. II, 9).

Τιβέριος μὲν οὖν ἀμφὶ τὰ δύο καὶ εἰκοσι βασιλεύσας ἔτη, τελευταῖα· μετὰ δὲ τοῦτον Γάϊος τὴν ἡγεμονίαν παραλαβὼν, αὐτίκα τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς Ἀγρίππαι τὸ διάδημα (6) περιτίθεισιν, βασιλεῖα καταστήσας αὐτὸν τῆς τε Φιλιππου καὶ τῆς Λυσανίου τετραρχίας. Πρὸς αἷς μετ' οὐ πολὺν χρόνον αὐτῷ καὶ τὴν Ἡρώδου τετραρχίαν παραδίδωσιν, ἀδιδῶ φυγῆ τὸν Ἡρώδη (ὁὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος) οὖν καὶ τῆ γυναικὶ Ἡρωδιადί (7), πλείστων ἕνεκα ζη-

## A

## CAPUT IV.

Quomodo post mortem Tiberii Caius Agrippam Judæorum regem constituit, et Herodem perpetuo exsilio damnavit.

Interea Tiberius, cum duobus circiter ac viginti annis imperasset, extremum diem obiit. Cui succedens Caius Judææ regnum statim tradidit Agrippæ, regemque illum tum in Philippi, tum in Lysaniæ tetrarchia constituit. Nec multo post Herodis quoque tetrarchiam eidem donavit, cum Herodem perpetuo exsilio damnasset, una cum uxore ipsius Herodiade ob varia scelera debito supplicio affectum, ut testatur etiam Josephus. Hic est Herodes qui

cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem: et contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus, etc. Quis non videt hæc inter se prorsus discrepare, cum Paulus quidem neget se venisse Hierosolyma statim post baptismum: Lucas vero post baptismum a Paulo susceptum, et aliquot prædicationes Damasci habitas, illum Damasco clam aufugisse, et recta Hierosolyma venisse testetur? Hanc Lucæ et Pauli dissonantiam fateri compulsus est Hieronymus in expositione Epistolæ ad Galatas. Quam ut conciliarent quidam veterum, teste Hieronymo ita censuerunt: Paulum professionis illius suæ Hierosolyma statim post baptismum quæ memoratur a Luca in dicto capite IX nullam habuisse rationem, eo quod fuga potius quam profectio fuisset. Verum hæc solutio levis est admodum. Etenim Lucas scribit Paulum tunc a Barnaba fuisse deductum ad apostolos, et satis diu mansisse Hierosolymis, et adversus Græcos disputasse. Alii, inter quos Beda et Baronius, primam illam professionem cujus meminit Paulus, asserunt eam ipsam esse quæ refertur a Luca in cap. IX Actuum: sed Lucam itineris Arabici ideo prætermisisse mentionem, quod nihil memoria dignum illic a Paulo gestum fuisset. Quorum sententiæ libenter æquidem accedo. Nam de adventu illo Pauli Hierosolyma planissime ibi loquitur Lucas; quippe qui colloctum eum cum apostolis tunc esse dicit, et multa alia singillatim refert, additque: *Et erat cum illis intrans et eiciens in Jerusalem.* Nunc de secunda illa professione quam Paulus post XIV annos instituisse se dicit, inquirendum est. Theodoretus, et ante illum quidam veteres, referente Hieronymo, hanc ipsam esse existimant, cujus mentio fit in Actibus, cap. XV, quando Paulus una cum Barnaba ob exortam de circumcissione controversiam profectus est Hierosolyma. Hanc sententiam secutus est Baronius. Et Pauli verba id omnino suadere videntur. Subjicit enim Paulus, se Evangelium quod gentibus prædicabat detulisse ad apostolos, eisque dijudicandum obtulisse. Hoc enim sibi volunt ea verba ἀναθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον. Tum subjungit de falsis fratribus, qui veritatem Evangelii opprimere tentabant, et Christianos in servitutem legis redigere. Quæ quidem omnia pertinent sine dubio ad controversiam illam de circumcissione. Verum quid opus est pluribus, cum ea res certissimo argumento ita demonstrari possit? Profectio illa quam post XIV annos se instituisse ait Paulus, non potest esse ea quam secundo loco numerat Lucas. Nec rursus eadem est cum illa quam quarto loco recenset idem Lucas. Eadem est igitur cum illa quam tertiam Lucas commemorat. Quod non possit esse illa quæ secundo loco numeratur a Luca, hinc apparet: Paulus tunc ad deferendas fratrum elemosinas tantum missus est; nec cum apostolis colloctus est, quippe cum Ecclesiam Judæorum tunc maxime persequeretur Herodes, et Petrus in vinculis esset. Quamobrem

B Paulus in Epistola ad Galatas, hujus professionis suæ mentionem merito prætermisit, utpote quæ nihil ad institutum suum faceret; Nec vox illa, *rursus ascendi*, secundam professionem necessariam designat, sed etiam de tertia dici potest. Quod vero non possit esse illa quam quarto loco recenset Lucas, ut videtur sensisse Chrysostomus, ex eo convincitur, quod Paulus scribit se ascendisse cum Barnaba. At in quarta professione Paulus non fuit cum Barnaba. Jampridem enim ab eo sese abruperat. Verum ut ad Eusebium nostrum redeamus, videtur is secundam Pauli Hierosolymitanam professionem confudisse cum prima, et ex duabus unam fecisse.

(6) Τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς Ἀγρίππαι τὸ διάδημα. Falsum est Agrippam regem Judææ a Caio factum esse. Agrippa enim a Caio Cæsare sub initia imperii factus est rex, primum quidem Trachonitidis, quæ tetrarchia Philippi fuerat, ut scribit Philo in Flaccum et Josephus lib. XVIII. Mox vero cum Herodes tetrarcha Galilææ, Herodiadis uxoris impulsu Romam navigasset, ut regiam dignitatem a Caio impetraret: Caius ademptam Herodi tetrarchiam, Galilæam scilicet donavit Agrippæ, quem admodum tradit Josephus in libro supradicto, et Philo in *Legatione ad Caium* sub finem. Tandem vero post necem Caii, Claudius regnum Agrippæ a Caio datum confirmavit, adjectis Judææ ac Samaria quas Herodes avus obtinuerat. Atque ita totum Herodis Magni regnum ad Agrippam pervenit. Qui mox Hierosolymis suo arbitratu pontificem creare cœpit, quippe qui tum Judææ rex esset, cuius caput erat urbs Hierosolyma. Recte ergo Scaliger in animadversionibus reprehendit Eusebium, quod Agrippam regem Judææ a Caio factum esse dixerit. Sed fallitur ipse quoque Scaliger, cum scribit Agrippam Romam venisse, ut Herodem patruum accusaret. Neque enim Agrippa Romanus profectus est, sed Fortunatum libertum cum litteris ad Caium misit, ut tradit Josephus. Porro jamdudum ante Scaligerum scholiastes quidam in margine codicis Mazarini hunc Eusebii errorem notaverat. Nam adjilla verba, τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς τὸ διάδημα, hoc scholion ascriptum est, non quidem eadem manu, sed nihilominus vetusta: Οὐχ' οὗτος, ἀλλ' ὁ Κλαύδιος. Excusari tamen commode potest Eusebius. Non enim dixit Agrippam Judææ regem a Caio factum fuisse, sed Judæorum, eorum scilicet qui in Trachonitide et in Lysaniæ tetrarchia degebant. Sane Philo in *oratione adversus Flaccum*, Agrippam hunc, qui tum adhuc solius Trachonitidis rex erat, nihilominus vocat regem Judæorum. Loquens enim de Alexandrimis, sic ait: Ἡσαχλλον ἐπὶ τῷ γεγενησθαι τινα βασιλεῖα Ἰουδαίων.

(7) Ἐν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιადί. Male hunc locum accepit Christophorus, quasi dicat Eusebius Herodem hunc una cum uxore suæ Herodiade interfuisse passioni Christi. Atqui non hoc dicit Eusebius, sed Herodiadem simul cum viro relega-

Servatoris nostri passioni interfuit. **43** Hujus porro imperatoris temporibus floruit Philo, vir a plurimis non modo nostrorum, verum etiam gentilium maximo in pretio habitus. Erat hic Hebræus quidem origine, splendore generis ac dignitate nulli apud Alexandriam concedens. In divinis vero et patriis disciplinis quantopere elaboraverit, res ipsa declarat. Ad hæc in philosophia et humanioribus litteris quantus fuerit, nihil attinet dicere : quippe cum in Platonica ac Pythagorica philosophia quam præcipue sectatus est, omnes sui temporis superasse memoretur.

## CAPUT V.

*Quomodo Philo legationem pro Judæis suscepit ad Caium.*

Hic quot et quantæ calamitates imperante Caio Judæis contigerint, quinque libris complexus est. In quibus tum insaniam Caii commemorat, qui se deum ipse renuntiasset, et subditos infinitis contumeliis affecisset : tum miserias Judæorum sub illius imperio prosequitur, et quam ipse pro suis popularibus Alexandriæ degentibus in urbe Roma obiit legationem, et quomodo cum apud Caium pro patriis legibus et institutis disseruisset, nil præter risum et ludibrium retulit, parumque abfuit quin capitis discrimen subiret. Cujus rei Josephus etiam mentionem facit in octavo decimo *Antiquitatum* libro scribens his verbis : « Orta, inquit, Alexandriae seditione inter Judæos qui illic habitabant et Græcos, terni ex utraque parte legati ad Caium imperatorem missi sunt. Unus ex legatis Alexandrinorum erat Apion quidam, qui plurima adversus Judæos convicia fundere consueverat, tum alia eis obijciens, tum quod Cæsaris cultum aspernarentur. Nam cum omnes, qui Romano imperio subditi erant, aras ac templa Caio statuerent, prorsusque illi tanquam deo honorem haberent, soli, aiebat, Judæi turpe existimant statuas illi dedicare ac per nomen ejus jurare. Hæc et alia gravissima Apion cum dixisset, quibus Caium exasperatum iri sperabat, Philo princeps legationis Judæorum, vir undecunque cla-

tam bonisque muictatam fuisse. — Monet præterea Valesius, se, expuncta voce κατακρίνας, hunc locum correxisse, qui antea sic legebatur : τὴν Ἡρώδου τετραρχίαν παραδίδωσιν, ἀδίδω φυγῆ τὸν Ἡρώδη (ὁὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτήρος) κατακρίνας σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι, πλείστον ἕνεκα ζημιώσας αἰτιῶν. Quam correctionem, inquit, confirmat Nicephorus optimusque codex Mazarinus. EDIT. PATROL.

(8) Πέντε βιβλίοις παραδίδωσι. Hodie duo duntaxat Philonis libri hujus argumenti supersunt; alter in *Flaccum* inscriptus, alter *De legatione ad Caium*, adeo ut necesse sit Eusebium falli memoria, aut eos libros aliter olim divisos fuisse in quinque volumina. Nec est quod quis suspicetur, reliquos hujus argumenti libros hodie desiderari. Nam in his duobus qui nunc supersunt, quæcunque Judæis regnante Caio contigerint, scripta habentur. In fine quidem *Legationis ad Caium* aperte indicat Philo, alium hujus argumenti librum subsequi debere. Sic enim dicit : Εἰσράται μὲν κεφαλαιώδεστερον ἢ αἰτία τῆς πρὸς ἅπαν τὰ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας Γαίου.

μιώσας αἰτιῶν. Μάρτυς Ἰώσηπος καὶ τούτων. Κατὰ δὴ τοῦτον Φίλων ἐγχαίριζετο, πλείστοις ἀνὴρ οὐ μόνον τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἐξωθεν ὀρμωμένων παιδείας ἐπισημότατος. Τὸ μὲν οὖν γένος ἀνέκαθεν Ἑβραῖος ἦν, τῶν δ' ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐν τέλει διαφανῶν, οὐδενὸς χείρων. Περὶ μὲν οὖν τὰ θεὰ καὶ πάτρια μαθήματα, ὅσον τε καὶ πηλίκον εἰσενήνεκται πόνον, ἐργῶ πασι δῆλος· καὶ περὶ τὰ φιλόσοφα δὲ καὶ ἐλευθέρια τῆς ἐξωθεν παιδείας οἶδός τις ἦν, οὐδὲν δεῖ λέγειν· ὅτε καὶ μάλιστα τὴν κατὰ Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν ἐξῆλκως ἀγωγῆν, διενεγκεῖν ἅπαντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἱστορεῖται.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

*Ὡς Φίλων ὑπὲρ Ἰουδαίων πρεσβείαν ἐστειλάτο πρὸς Γάϊον* (Nic. H. E. II, 9).

Καὶ δὴ τὰ κατὰ Γάϊον οὗτος Ἰουδαίους συμβάνα πέντε βιβλίοις παραδίδωσι (8), ὁμοῦ τὴν Γαίου διεξιῶν φρενοθλάθειαν, ὡς θεὸν ἑαυτὸν ἀναγορευσαντος, καὶ μυρία περὶ τὴν ἀρχὴν ἐνουθρίσαντος, τὰς τε κατ' αὐτὸν Ἰουδαίων ταρακταρίας, καὶ ἦν αὐτὸς ὁ Φίλων στείλαμενος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξανδρείαν ὁμοειδῶν ἐποιήσατο πρεσβείαν, ὅπως τε ἐπὶ τοῦ Γαίου καταστάς ὑπὲρ τῶν πατρῶν νόμων, οὐδὲν τι πλέον γέλωτος καὶ διασυρμῶν ἀπηνέγκατο, μικροῦ δεῖν καὶ τὸν περὶ τῆς ζωῆς ἀνατλάς κίνδυνον. Μέννηται δὲ καὶ τούτων ὁ Ἰώσηπος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας, κατὰ λέξιν ταῦτα γράφων· « Καὶ δὴ στάσεως ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης Ἰουδαίων τε τοὺς ἐνοικοῦσι καὶ Ἑλλήνων, τρεῖς ἀφ' ἑκατέρων τῆς στάσεως (9) πρεσβευτὰ ἀπεσθέντες, παρήσαν ὡς τὸν Γάϊον. Καὶ ἦν γὰρ τῶν Ἀλεξανδρέων πρῆσβευον εἰς Ἀπίων, ὃς πολλὰ εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἐβλασφήμησεν, ἄλλα τε λέγων, καὶ ὡς τῶν Καίσαρος τιμῶν περιορῶν· πάντων γοῦν, ὅσοι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ὑποτελεῖς εἶεν, βωμοὺς τῷ Γαίῳ καὶ ναοὺς ἰδρυμένων, τὰ τε ἄλλα ἐν πάσιν αὐτὸν ὡσπερ τοὺς θεοὺς δεχομένων, μόνους τούσδε ἀδοξον ἡγεῖσθαι ἀνδρίαισι τιμᾶν, καὶ ὄρκιον αὐτοῦ τὸ δογμα ποιεῖσθαι. Πολλὰ δὲ καὶ χαλεπὰ Ἀπίωνος εἰρηκότας, ὑφ' ὧν ἀρθῆναι ἤλπισε τὸν Γάϊον, καὶ εἰκὸς ἦν, Φίλων ὁ πρεσβυτῶν τῶν Ἰουδαίων τῆς πρεσβείας, ἀνὴρ

## D

λεκτέον δὲ καὶ τὴν παλινοδίαν πρὸς Γάϊον. *Dictæ sunt summatis causæ odii quo Caius Judæorum gentem prosequeretur. Nunc dicenda est etiam palinodia in Caium.* Verum hæc palinodia nihil est aliud quam liber Philonis in *Flaccum*. Qui liber proxime sequi debet *Legationem ad Caium*, ut docet Photius in *Bibliotheca*.

(9) Τρεῖς ἀφ' ἑκατέρων τῆς στάσεως. Ac Philo non tres sed quinque legatos ab Alexandrinis Judæis Romam missos fuisse testatur. Sic enim scribit in *Legatione ad Caium*, sub finem : Ἐν ἡμῖν δὲ πέντε πρεσβευτὰς σαλεύειν τὰ τῶν πανταχοῦ πάντων Ἰουδαίων οὐ χαλεπὸν ; Id est : *Annon grave ac molestum erat, quod universæ generis Judaicæ fortuna in nobis quinque legatis posita esset ?* Missi autem fuerant legati duas ob causas. Primum enim querebantur proseuchas suas ab Alexandrinis esse violatas, illatis in eas imperatoris status. Deinde acturi venerant de jure Alexandrinæ civitatis, quod Alexandrini Judæis adimere volebant ut scribit Philo pag. 1019 et 1020.

εἰ πάντα ἔνδοξος, Ἀλεξάνδρου τε τοῦ ἀλαβάρχου (10) ἀδελφὸς ὢν, καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος, οἷός τε ἦν ἐπ' ἀπολογίᾳ χωρεῖν τῶν κατηγορημένων. Διακλεῖται δ' αὐτὸν Γάτος, κελεύσας ἐκποδῶν ἀπελθεῖν, περιτορῆς τε ὢν, φανερός ἦν ἐργασόμενος τι δεινὸν αὐτοῦς (11). Ὁ δὲ Φίλων ἔξεισι περιυβρισμένος, καὶ φησι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους οἱ περὶ αὐτὸν ἦσαν, ὡς χρῆθ' ἀρῆσαι, Γάτου μὲν αὐτοῖς (12) ὠργισμένου, ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος. Ταῦτα ὁ Ἰώσηπος. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Φίλων ἐν ἡ συνέγραψε *Προσθεῖται*, τὰ κατὰ μέρος ἀκριβῶς τῶν τότε πραχθέντων αὐτῷ δηλοῦν τὰ πλείστα παρῆς, ἕκείνα μόνον παραθήσεται, δι' ὧν τοῖς ἐντυγχάνουσι προφανῆς γενήσεται δῆλωσις τῶν ἅμα τε καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τετολημένων ἔνεκεν Ἰουδαίους συμβεβηκότων. Πρῶτον δὲ οὖν κατὰ Τιβερίον, ἐπὶ μὲν τῆς Ῥωμαίων πόλεως Ἰστροπέ Σηιανόν, τῶν τότε παρὰ βασιλεῖ τὰ μέγιστα δυνάμενον (13), ἄρδην τὸ πᾶν ἔθνος ἀπολέσει πεποιῆσθαι σπουδῆ· ἐπὶ δὲ τῆς Ἰουδαίας Πιλᾶτον, καθ' ἃν τὰ περὶ τὸν Σωτῆρα τετόληται, περὶ τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπι τῆς συνεστῶς ἱερῶν, ἐπιχειρήσαντά τι παρὰ τὸ Ἰουδαίους ἐξῆν, τὰ μέγιστα αὐτοῦς ἀναταράξει. *valorem nostrum commissum est, dum in templo*

*rissimus, Alexandri alabarchæ frater, haudquaquam imperitus philosophiæ, ad respondendum ejus criminationibus se parabat. Verum prohibitus est a Caio, jussusque ut ab ipsius conspectu abscederet. Tantaque erat Cæsaris iracundia, ut nemo dubitaret quin Judæos gravissime esset tulciaturus. At Philo contumelia affectus cum discederet, circumstantibus Judæis dixisse fertur, bono ipsos animo esse oportere, cum Caius quidem ipsis succenseat, re ipsa vero Deum sibi hostem constituerit.* Hæc Josephus. Sed et idem Philo in eo libro quem *De legatione* sua conscripsit, quæ tunc temporis gesta sunt, singula accurate refert. Ex quibus, omissis quamplurimis, ea duntaxat apponam, quæ legentibus evidenter ostendant, has calamitates ob facinus illud quod in Christum admiserant, confestim nulla mora interposita Judæis contigisse. Primum igitur narrat principatu Tiberii Augusti Sejanum quemdam in urbe Roma, qui tunc apud imperatorem plurimum poterat, omni studio laborasse, ut gentem illam funditus perderet: in Judæa vero Pilatum, cujus temporibus piaculum illud adversus Hierosolymorum, quod etiam tum stabat, præter

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

## CAPUT VI.

Ἔσα Ἰουδαίους συνεβόη μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν (Nic. II. E. II, 10).

Μετὰ δὲ τὴν Τιβερίου τελευτήν, Γάτιον τὴν ἀρχὴν παρεληφότα, πολλὰ μὲν εἰς πολλοὺς καὶ ἄλλα ἐνυβρίζεται μυρία (14), πάντων δὲ μάλιστα τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος οὐ σμικρὰ καταβλάθει· ἃ καὶ ἐν βραχεῖ *παρῆσι* διὰ τῶν αὐτοῦ καταμαθεῖν φωνῶν, ἐν αἷς κατὰ λέξιν ταῦτα γράφει: Ἔσαυτη μὲν οὖν τις ἡ Γάτου (15) περὶ τὸ ἔθνος ἦν ἀνωμαλία πρὸς ἅπαντας, διαπερόντως δὲ πρὸς τὸ πᾶν Ἰουδαίων γένος· ὅψ χαλεπῶς ἀπεχθανόμενος, τὰς μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι

*Quot magna Judæis obvenerint post Christi necem.*

Narrat deinde quomodo post interitum Tiberii Caius cum imperio Romani administrationem suscepisset, et alios quamplurimos innumeris affectis injuriis, et omnium maxime Judæos graviter afflixit. Quæ quidem breviter collecta ex ipsius Philonis verbis licet cognoscere. Ejusmodi, inquit, Cæii fuit temeritas ac protervia, cum adversus omnes, tum præcipue adversus Judæos. Quibus infensus omnes eorum proseuchas ab Alexandrinorum urbe incipiente sibi vindicavit, et imaginibus ac statutis suis

(10) Ἀλεξάνδρου τε τοῦ ἀλαβάρχου. Judæi Alexandriæ jus civitatis habebant, et senatum qui *γερουσία* dicebatur, et peculiaries magistratus, ut testatur Philo in *Flaccum*. Summus autem inter eos magistratus dicebatur ἀλαβάρχεια, et qui eum gerebat, ἀλαβάρχης. Erat hic magistratus perpetuus, et, ut Græci vocant, διὰ βίου. In rescripto Claudii quod refert Josephus in lib. x, cap. 4, ἐθνάρχης dicitur. Quo in loco ait Claudius, permissum fuisse Judæis Alexandrinis ab Augusto, ut in locum eilabarchæ defuncti alium suffragiis suis constituerent. Eundem magistratum γενάρχην vocat Philo in *Flaccum*, pag. 975: Τῆς γὰρ ἡμετέρας γερουσίας, ἣν ὁ Σεβαστὸς ἐπιμελησομένην τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐλλετο μετὰ τὴν γενάρχη τελευτήν διὰ τῶν πρὸς Μάγνον Μάξιμον ἐντολῶν. Id est: *Nam ex senatu nostro, quem Augustus constituit, ut post mortem rectoris gentis nostræ, curam gereret rerum Judaicarum, ut scriptum est in mandatis quæ ad Magnum Maximum dedit.* Ex his apparet, alabarcham nihil aliud fuisse quam ἐθνάρχην seu γενάρχην Judæorum qui Alexandriæ et per totam Ægyptium debebant. Ac mihi quidem videtur, alabarchæ nomen per risum et contumeliam confectum fuisse.

(11) Ἐργασόμενος τι δεινὸν αὐτοῦς. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum habent αὐτῷ, quod non placet.

(12) Γάτου μὲν αὐτοῖς. Apud Josephum et Nicephorum legitur Γάτου λόγῳ, etc., quod majorem habet elegantiam. Sequitur enim ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος. Quæ clausula satis obscura est. Itaque Rufinus circumlocutione quadam, ut solet, hujus sententiæ versionem elusit. Nicephorus etiam, cum hanc locutionem non intelligeret, emendavit τοῦ θεοῦ ἀντιπαρεξάγοντος. Sed nihil necesse erat. Ait enim Philo, Caium specie quidem ac verbis tenus Judæis infensus esse, re autem ipsa Deum adversus semetipsam instruere et armare. Quippe Caius cum deum se dici vellet, divini Numinis vindictam adversus se provocabat. Ἀντιπαρεξάγειν vox est tactica.

(13) Vulg. τῶν τότε παρὰ βασιλεῖ πολλὰ δυνάμενον. Rectius in codicibus nostris Maz. et Fuk. scriptum est, τῶν τότε παρὰ βασιλεῖ τὰ μέγιστα δυνάμενον. Codex quoque Med. et Savil. scriptum habent τὰ μέγιστα.

(14) Πολλὰ μὲν εἰς πολλοὺς καὶ ἄλλα ἐνυβρίζεται μυρία. Postrema vox abest a codice Maz., Med. ac Fuk., ac meo quidem judicio prorsus superflua est. Habetur tamen in codice Regio et apud Nicephorum.

(15) Ἔσαυτη μὲν οὖν τις ἡ Γάτου. Locus hic Philonis exstat in *Legatione ad Caium*, sub finem.



complevit. Nam cum alios statuas sibi dedicare sineret, ipse quodammodo eas sibi dedicare videbatur. Denique templum illud quod Hierosolymis intactum adhuc permanserat, et omni asyloꝝum prærogativa donatum fuerat, in templum sui nominis commutavit, ut deinceps Jovis præsentis junioris 45 Caii sanum diceretur. Sed et alias innumerabiles calamitates quas vix quisquam possit oratione recensere, idem scriptor in altero libro quem *De*

*προσευχᾶς* (16), ἀπὸ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀρξάμενος σφτερίζεται, καταπλήσας εἰκότων καὶ ἀνδριάντων τῆς Ἰδίας μορφῆς. Ὁ γὰρ ἐτέρων ἀνατιθέντων ἐφείλες, αὐτὸς ἰδρύετο δυνάμει. Τὸν δ' ἐν τῇ ἱερᾷ πόλει νεὸν, ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυτος (17), ἀσυλλας ἤξιωμένος τῆς πάσης, μεθρημόζετο καὶ μετεσχημάτιζεν εἰς οἰκεῖον ἱερὸν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς (18) νεὸς χρηματίζῃ Γαζου (19). Muria μὲν οὖν ἄλλα δεῖνὰ καὶ πέρα πᾶσης διηγήσεως ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν Ἀλε-

(16) *Τὰς μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι προσευχᾶς.* Christophorus *synagoga*s vertit. Sed cum Latini *proseuchas* etiam dixerint, ut est apud Juvenalem, malui sic interpretari. Nec sane mihi liquido constat, an idem sint *proseuchæ* et *synagoga*. Nam *proseuchæ* quidem erant modica oratoria, in quibus Judæi, præcipue Sabbatis convenire et patrio more philosophari consueverant. Philo in *Legatione*: Ἦπίστατο οὖν καὶ προσευχᾶς ἔχοντα; καὶ συνιόντα εἰς αὐτά; καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἐβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πατριὸν παιδεύονται φιλοσοφίαν. Id est: Sciebat enim illos *proseuchas* habere, et in eas convenire solitos, præcipue Sabbatis, quo die patrias leges ac philosophiam publice condiscunt. Quo in loco non otiosa est vox illa *δημοσίᾳ*. Judæi enim palam admissis omnibus, etiam externæ religionis viris, libros legis Mosaicæ interpretabantur, ut docet Tertullianus in *Apologetico*, cap. 48. Sed et *Judæi palam lectitant. Vectigalis libertas vulgo aditur Sabbatis omnibus.* Idem Philo lib. iii. *De vita Moysis* scribit Judæos præcipue Sabba'o frequentasse *proseuchas*. Hinc intelligendus est locus B. Lucæ in cap. xvi. Actuum apostolorum: Τῆ τε ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως πρὸς ποταμὸν, οὗ ἐνομιζέμετο προσευχὴ εἶναι. Die autem *Sabbatorum egressi sumus extra civitatem juxta fluvium, in locum ubi solebat esse proseucha.* De *proseucha* enim Judæa hunc locum intelligendum esse, multa argumenta convincunt. Nam ante Pauli adventum in urbem Philippis, nulli adhuc illis in locis erant Christiani. Quare de Christianorum oratione locus ille intelligi non potest. Præterea mulieres illæ quæ eo loci convenisse dicuntur, sine dubio Judææ erant, ut apparet tum ex eo quod supra dixi, tum quod Lydia illa purpuraria quæ una ex illarum numero fuit, Deum coluisse dicitur, cum tamen nondum esset Christiana. Postremo undenam domini illius dæmoniæ cognoscere poterant, Paulum atque Silam Judæos esse, nisi ex eo quod illos in *proseucham* Judaicam venientes sæpius viderant? Et hæc quidem de *proseucharum* significatione. *Synagoga* vero vocabulum latius patet. Et interdum quidem pro universa Judæorum Ecclesia ponitur, interdum pro tota Ecclesia unius loci. Denique nonnisi majores et illustriores *proseuchæ* dicebantur *synagoga*. Unde beatus Lucas *synagoga* quidem Judæorum ait fuisse Thessalonica: Philippis autem tantum *proseucham*, propterea quod pauculi ibi essent Judæi. De majoribus et illustrioribus *proseuchis* locus est apud Philonem in *Legatione ad Caium*. Non negaverim tamen *proseuchas* posse etiam dici *synagoga*s. Hoc enim testatur idem Philo in libro *Quod omnis probus sit liber*, ubi de Essenis ita loquitur: Τούτους τοὺς νόμους ἀναδιδάσκοντες μὲν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων χρόνον, ἐν δὲ ταῖς ἐβδόμαις μάλιστα διαφερόντως, εἰς ἱεροῦς ἀφικνούμενοι τόπους οἱ καλοῦνται συναγωγῶν, καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν. Εἰθ' ὁ μὲν πρεσβύτερος τὰς βιβλούς ἀναγινώσκει λαέων, etc. *Et has quidem leges assidue condiscunt, præcipue tamen Sabbatis: quo die in sacra quædam loca conveniunt quæ synagoga appellatur, per ætates ordine distributi. Deinde senior libros accipiens legit, etc.* Porro locum illum B. Lucæ quem paulo ante laudavi, longe ante nos Epiphanius in hæresi

Massalianorum interpretatus est de *proseucha* Judaica. Quo loco illud quoque observat, *proseuchas* tam Judæorum quam Samaritanorum, fuisse loca pura sub divo, instar fori aut theatri, plerumque extra urbes. Quibus consentit Apion in lib. iii. *Ægyptiacorum*, ubi ait Moysen, utpote Heliopolitanum, subdivales *proseuchas* construxisse, instar templorum quæ erant Heliopoli, easque omnes ad ventum subolanum obvertisse, prout erat sita Heliopolis. Apionis verba refert Josephus initio libri secundi *adversus Apionem*. Idem in libro *De vita sua*, pag. 1020, meminit *proseuchæ* Tiberiensium, ædis maximæ, in quam conveniebant die Sabbati, et ubi conciones ad populum fiebant de republica.

(17) Ὁς λοιπὸς ἦν ἄψαυτος. Sic legitur etiam apud Phitonen. Sed in Mediceo codice et Fuk. et Savil. λοιπὸν scriptum inveni. In vetustissimo autem codice Mazarino λοιπὸς legitur, et v superscriptum est eadem manu.

(18) Διὸς ἐπιφανοῦς. Non intellexerunt interpretes vim Græci vocabuli. Neque enim *ἐπιφανῆς* nobilissimum hic significat, ut vertit Rufinus, neque *illustrem*, ut reliqui omnes interpretati sunt; præsentem potius vertere debuerant. Sic enim Latini vocant, quoties de diis loquuntur. Ovidius in libro ii *Tristium*:

*Per te præsentem conspicuumque deum.*  
Livius lib. xxix, pag. 529, *Quæ non augenda religionis causa, sed præsentis deæ numine sæpe comperta.* Et paulo post: *At Hercules in ducibus ipsis nullum deum numen apparuit, imo ibi præsens maxime fuit.* Recte ergo in veteribus glossis scribitur: *Præsens, ἐπιφανῆς.* Hinc Antiochus ille rex Syria, appellatus est *Ἐπιφανῆς* ab assentatoribus Græcis, id est *præsens et conspicuus deus*. Præsentis item deorum vocant Latini, quæ Græci *ἐπιφανείας*, quoties dii aut seipso hominibus videndos exhibuerant, aut præsentiam suam aliquo illustri miraculo declaraverant, ut docuit Casaubonus ad librum xii Athenæi. Occurrit ea vox apud Plutarchum in *Vita Marcelli*, et apud Athenæum lib. xv, ubi de Admetæ sacerdote Junonis Argivæ, θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφανείαν, et apud Proclum in *Hesiodum* pag. 155. De his deorum præsentis libros olim scriperant Anticlidus et Ister, teste Plutarcho in libro *De Musica*.

(19) *Νέου... Γαζου.* Novum deum verterunt interpretes post Rufinum, quod non probo. Nam si Jovem se dici volebat Caius, non erat profecto novus deus. Adde quod non dixit Philo νεὸν Διὸς. Quod si ita scriptum esset, libenter verterem *novum Jovem*. Sic Ptolemæus Ægypti rex Νέος Διόνυσος cognominatus est, id est Junior Bacchus. Nam ex diis gentium alii seniores, juniores alii dicebantur: Οἱ μὲν γὰρ παλαιότεροι, οἱ δὲ νεότεροι λέγονται τῶν θεῶν, ut scribit Menander *Rhetor.* pag. 612 editionis Aldinæ, seu potius Alexander. Nam ex duobus opusculis, Menandri scilicet et Alexandri, unicus liber perperam confatus est in editione Aldina, ut a filio osten-uri sumus. Igitur Νέου Γαζου vertendum est *junioris Caii*. Ita dictus est Caligula ad discrimen Julii Cæsaris, qui et ipse Caius dictus fuerat et pro deo habitus.

ἐνδρείαν συμβεβηκότα Ἰουδαίοις, ἐπὶ τοῦ δηλουμένου, ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ἧ ἐπέγραψε *Περὶ ἀρετῶν* (20), ἱστορεῖ. Συνάδει δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἰώσηπος, ὁμοίως ἀπὸ τῶν Πιλάτου χρόνων καὶ τῶν κατὰ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν τετολημμένων, τὰς κατὰ παντὸς τοῦ ἔθνους ἐνάρξασθαι σημάτων συμφορὰς. Ἄκουε δ' οὖν οἰακαὶ οὗτος ἐν δευτέρῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πολέμου αὐταῖς συλλαβαῖς δηλοῖ λέγων· « Περμφθεις δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς Καίσαρος εἰκόνας· σημαῖαι καλοῦνται. Τοῦτο μεθ' ἡμέραν, μεγίστην ταραχὴν ἤγειρε τοῖς Ἰουδαίοις. Οἱ γὰρ ἕλγος, πρὸς τὴν ὕβιν ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. Οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δεικλῶνα τίθεσθαι. » Ταῦτα δὲ συγκρίνας τῇ τῶν Εὐαγγελίων γραφῇ, εἶση ὡς οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν (21), ἦν ἐβόησαν ἐπ' αὐτοῦ Πιλάτου φωνῆν, ἐ' ἧς οὐκ ἄλλον ἢ μόνον ἔχειν ἐπεδῶν Καίσαρα βασιλέα. Εἶτα δὲ καὶ ἄλλην ἐξῆς ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ἱστορεῖ μετελθεῖν αὐτοὺς συμφορὰν ἐν τοῖσι· « Μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἐτέραν ἔκινει, τὴν ἱερὸν θησαυρὸν (καλεῖται δὲ κορθονᾶς) εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξανάλισκων. Κατῆει δὲ ἀπὸ τριακοσίων σταδίων. Πρὸς τοῦτο τοῦ πλῆθους ἀγανάκτησις ἦν. Καὶ τοῦ Πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα, περιστάντες τὸ βῆμα (22), κατεβῶν. Ὁ δὲ, προῆει γὰρ αὐτῶν τὴν ταραχὴν, τῷ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόηλους (23) ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας, καὶ

A *virtutibus* inscripsit, Judæis Alexandriam incolentibus supradicti Caii principatu contigisse refert. Cui astipulatur etiam Josephus, qui ærumnas illas quibus Judæorum gens conflictata est, jam inde ab ipsis Pilati temporibus, et a scelere illo adversus Servatorem nostrum: admissio ortas esse significat. Audiamus, si placet, quæ ille in secundo *Belli Judaici* libro refert his verbis: « Pilatus, inquit, qui a Tiberio procurator in Judæam missus fuerat, velatas Cæsaris imagines quæ signa appellantur, noctu intulit Hierosolyma. Ea res simul atque dies illuxit, maximum tumultum excitavit Judæorum. Nam qui in proximo erant, novo spectaculo attoniti obstupere, prorsus quasi patriæ leges conculcatæ violatæque essent. Nefas quippe illis est simulacrum ullum in urbe statuere. » Quæ quidem si cum evangelica historia conferre volueris, intelliges profecto acclamationem illam, qua Pilato testati sunt, non alium sibi regem esse quam Cæsarem, brevi in ipsorum exitum vertisse. Aliam deinde calamitatem divina ultione ipsis illatam idem scriptor memorat his verbis: « Post hæc, inquit, alium quoque tumultum idem Pilatus excitavit, cum pecuniam sacri ærarii quod carbonam patria lingua appellant, in constructionem aquæductus impenderet. Aberat autem aqua quam deducere in urbem Pilatus volebat, trecentis ab urbe stadiis. Id plebs ægre admodum ferebat. Itaque cum Pilatus venisset Hieroso-

(20) *Ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ἧ ἐπέγραψε Περὶ ἀρετῶν*. In superiori capite observavimus, librum Philonis in *Flaccum* collocandum esse post librum *De legatione ad Caium*, non autem præponendum, ut vulgo fit in editis et in manuscriptis exemplaribus, idque duobus argumentis demonstravimus, quæ hic repetere superfluum fuerit. Nunc vero hic Eusebii locus quem præ manibus habemus, sententiam nostram aperte confirmat. Postquam enim Eusebius mala quibus Judæi a Caio vexati sunt, ex Philonis libro *De legatione ad Caium* singillatim commemoravit, addit, multas quoque alias gravissimas calamitates Judæis Alexandrinis esse illatas ejusdem Caii principatu, quas refert Philo in secundo libro *De virtutibus*. Hic secundus liber non potest esse alius quam liber in *Flaccum*. Non enim dici potest eum ipsum esse librum qui *De legatione ad Caium* inscribitur, cum *Legationem ad Caium* discrete distinguat Eusebius ab hoc secundo *De virtutibus* libro. Restat ergo ut secundus hic liber sit ille ipse qui in *Flaccum* inscribitur. Adde quod non in alio quam in illo *adversus Flaccum* libro, gravissimas illas calamitates Judæis Alexandrinis illatas retulit Philo. Ex quo necessario conficitur, secundum illum *De virtutibus* Philonis librum, non alium esse quam librum in *Flaccum*. Qui quidem liber inscriptus fuerat a Philone *Περὶ ἀρετῶν*, perinde ac prior ille qui *Legationem ad Caium* continet. Docuit id nos hic Eusebii locus; cui jungendus est alter ex capite 18 hujus libri, ubi testatur Eusebius plures libros de sceleribus Caii a Philone conscriptos esse quos ille figurate *De virtutibus* inscripsit. Quare hoc loco malim legere, ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ὧν ἐπέγραψε *Περὶ ἀρετῶν*.

(21) *Εἶση ὡς οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν*. Hoc loco perspicue hallucinatur Eusebius, qui putavit ea quæ Josephus refert de imaginibus Tiberii a Pilato importatis in urbem Hierosolyman, post

C Christi mortem contigisse. Atqui Josephus ipse testatur, id accidisse initio administrationis Pilati. Sic enim scribit in libro *De bello Judaico*: Περμφθεις δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, etc. Idem quoque apertius testatur in libro *xviii Antiquitatum*. Missus est autem in Judæam Pilatus anno Tiberii duodecimo, id est triennio ante baptismum Christi. Absurdum igitur est dicere, ea quæ Judæis acciderunt diu ante passionem Christi, non ob aliam causam quam ob scelus illud in Christum admissum, ipsis contigisse. Est et aliud quiddam, quod in Eusebio fortasse quis possit reprehendere. Existimavit enim Eusebius, unum idemque Pilati facinus tum a Philone, tum a Josepho commemorari; cum tamen si quis diligentius intenderit, duæ illæ ac diversæ res esse videantur. Josephus enim loquitur de signis seu de imaginibus imperatoris, Philo vero de clypeis auratis, qui nullam imaginem haberent, sed nomen dumtaxat Tiberii Cæsaris cui dedicabantur, cum nomine Pilati qui eos dedicabat. Præterea id quod narrat Josephus, accidit anno primo administrationis Pilati, tunc cum Pilatus urbem Hierosolymitanam primum ingressus est. Illud autem quod refert Philo, seu potius rex Agrippa apud Philonem, tunc contigit cum Pilatus jam plures annos administrationis suæ complexset, ut ibidem testatur Philo.

(22) *Περιστάντες τὸ βῆμα*. Sic apud Josephum et Nicephorum legitur. In nostris tamen codicibus Maz. scilicet Med. et Fuk. scriptum est *περιστάντες τὸ λυαν*, haud dubio pro τὸ βῆμα.

(23) *Vulg. ἐνόηλους ἰσθησιν*. Postrema vox deest in codice Regio et apud Josephum; ac meo quidem judicio expungenda est tanquam superflua. Mox in tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., scriptum inveni ἐσθῆσων ἰδιωτικαῖς, atque ita legitur apud Josephum ac Nicephorum, mendose pro ἐσθῆσιν.

lyma, circumfusi inclamare adversus eum cœperunt. At ille (præviderat enim tumultum illorum futurum : atque idcirco armatos milites plebeio habitum multitudini immiscuerat, dato eis præcepto ut tumultuantes non gladiis sed fustibus fererent) signum e tribunali dedit. Statimque Judei a militibus cæsi, partim vulneribus, partim fugientium constipatione obtriti periere. Ita plebs, peremptorum calamitate deterrita, clamoribus abstinuit. Sed et multos alios motus in eadem Hierosolymorum civitate concitatos idem refert scriptor, ostenditque ab illo deinceps tempore et urbem et universam simul Judæam seditionibus, bellis, ærumnisque continuis vicissim sibi succedentibus vexatam fuisse, **46** donec ultima illos imperante Vespasiano clades obsidionis oppressit. Hoc igitur modo divina justitia Judæos ob commissum adversus Christum piaculum insecuta est.

## CAPUT VII.

*Qualiter Pilatus violentas sibi manus intulerit.*

Neque vero illud prætereundum est, Pilatum ipsum qui Servatorem nostrum morti addixit, postmodum imperante Caio, cujus nunc tempora prosequimur, in tantas incidisse calamitates, ut mortem sibi consciscere, suorumque ipse scelerum vindex esse coactus fuerit : divina scilicet justitia in illum, ut par erat, sæviante. Idque a Græcis scriptoribus proditum est, qui olympiadum seriem et quæ quibusque temporibus gesta sunt, conscripsere.

## CAPUT VIII.

*De fame quæ Claudio imperante accidit.*

Interea Caio, qui vix quatuor annis imperium tenuerat, Claudius imperator succedit. Cujus temporibus universum prope orbem terrarum fames oppressit, quam quidem scriptores a nostra religione alienissimi in suis etiam historiis commemorarunt. Atque ita Agabi prophetæ prædictio de imminente fame, cujus in Actibus apostolorum fit mentio, exitum sortita est. Cæterum Lucas postquam de fame illa quæ principatu Claudii Augusti contigit narravit in Actibus, fratresque Antiochiæ degentes stipem viritim collatam Christianis in Judæa commemorantibus per Paulum et Barnabam misisse retulit, hæc deinceps adjungit :

(24) *Κακῶν ἐπάλληλοι μηχαναί.* In codice Regio scriptum inveni κακῶν ἀλλεπάλληλοι μηχαναί. Quæ scriptura nonnullis fortasse placitura est. Eam tamen vocem alibi legere non memini; nec scio utrum Græce dici possit ἀλλεπάλληλοι pro ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις. Nicephorus vero pro illis Eusebianis quæ initio posuimus, maluit dicere ἐπάλληλοι προσβολαί, quod scholii instar esse potest ad explicationem verborum Eusebii.

(25) *Ὡς ἐξ ἀνάγκης.* Id est præ desperatione. Potest etiam alius esse sensus horum verborum, ut scilicet Pilatus jussu principis sibi mortem consciverit. Sic enim sævire tunc solebant principes Romani, ut de Macrone tradit Josephus. Sed prior explicatio præferenda est, quippe quæ præcedentibus Eusebii verbis magis congruit. Et præterea confirmatur ex Chronico. Sic enim ibi scribit : *Anno tertio Caii Caligulae Pontius Pilatus, in multis incidens calamitates, propria se manu interfecit. Scribunt Romanorum historiae.* Porro Pilati hujus

ἔριψε μὲν χρῆσασθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγόντας ἐγκλειυσάμενος, σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βήματος. Τυπτόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ἀπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο· πρὸς δὲ τὴν συμφορὰν τῶν ἀνηρημένων καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἐσιώπησεν. » Ἐπὶ τούτοις μυρίας ἄλλας ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις κεκινήσθαι νεωτεροποιίας ὁ αὐτὸς ἐμφαίνει, παριστάς, ὡς οὐδαμῶς ἐξ ἐκείνου διέλιπον τὴν τε πόλιν καὶ τὴν Ἰουδαίαν ἅπασαν στάσεις καὶ πόλεμοι, καὶ κακῶν ἐπάλληλοι μηχαναί (24), εἰσότε τὸ πανύστατον ἢ κατὰ Οὐσπασσιανὸν αὐτοὺς μετέτληε πολιορκία. Ἰουδαίους μὲν οὖν, ὡν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τετολμήκασι, ταύτην πη τὰ ἐκ τῆς θέλας μετῆει δίκης.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

*Ὡς καὶ Πιλάτος ἐαυτὸν διεκρήσατο* (Nic. II. E. II, 10; Jos. Ant. xviii, 11).

Οὐκ ἄγνοεῖν δὲ ἄξιον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνοι τὸν ἐπὶ τοῦ Σωτήρος Πιλάτου, κατὰ Γάϊον, οὐ τοὺς χρόνους διέξιμεν, τσαυταῖς περιπεσεῖν κατέχει λόγος συμφοραῖς, ὡς ἐξ ἀνάγκης (25) φονευτὴν ἐαυτοῦ καὶ τιμωρὸν αὐτόχειρα γενέσθαι, τῆς θέλας, ὡς ἔοικε, δίκης οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν μετελθούσης. Ἱστοροῦσιν Ἑλλήνων οἱ τὰς Ὀλυμπιάδας ἅμα τοῖς κατὰ χρόνους πεπραγμένοις ἀναγράφαντες.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η΄.

*Περὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ* (Nic. II. E. II, 11, 12).

Ἄλλὰ γὰρ Γάϊον οὐδ' ὄλοις τέταρσιν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν κατασχόντα (26), Κλαύδιος αὐτοκράτωρ διαδέχεται. Καθ' ὃν λιμοῦ τὴν οἰκουμένην πιέσαντος (τοῦτο δὲ καὶ οἱ πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγος συγγραφεῖς ταῖς αὐτῶν ἱστορίαις παρέδωκαν), ἢ κατὰ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων Ἀγάθου προφήτου περὶ τοῦ μέλειν ἔσεσθαι λιμὸν ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, πέρως ἐλάμβανε πρόρρησις. Τὸν δὲ κατὰ Κλαύδιον λιμὸν ἐπισημηνάμενος ἐν ταῖς Πράξεσιν ὁ Λουκᾶς, ἱστορήσας τε, ὡς ἄρα διὰ Παύλου καὶ Βαρνάβα οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐξ ὧν ἕκαστος τῷπότερ ἐδιαπεμφόμενοι ἦσαν, ἐπιφέρει λέγων·

**D** mores egregie describit Agrippa rex apud Philonem in *Legatione ad Caium* : Ἦν γὰρ τὴν φύσιν ἀκαμπῆς καὶ μετὰ τοῦ αὐθάδους ἀμελιχτός. Εἰ paulo post : Καταδείσαντα μὴ καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ἐπιτροπῆς ἐξελέγξωσι τὰς δωροδοκίας, τὰς ὑβρεῖς, τὰς ἀρπαγὰς, τὰς αἰκίας, τὰς ἐπιτρεῖας, τοὺς ἀκρίτους καὶ ἐπαλλήλους φόνους, τὴν ἀνήνυτον καὶ ἀργαλειωτάτην ὠμότητα διεξελθόντες. Ex quibus cognosci potest, quanta fuerit immanitas atque atrocitas Pilati. Est hoc certe illustre testimonium Agrippæ, qui flagitia ipsius Pilati oculis suis spectaverat. Talemi profecto decuit esse judicem illum, a quo damnatus est Christus. Innuat autem ibidem rex Agrippa, Pilatum jam tum mortuum fuisse, cum ipse epistolam illam pro Judæis ad Caium scriberet. Verba enim illa ἦν γὰρ ἀκαμπῆς, etc., non nisi de mortuo jam Pilato dici posse mihi videntur.

(26) *Τὴν ἀρχὴν κατασχόντα.* In tribus nostris codicibus scriptum inveni διακατασχόντα.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

A

## CAPUT IX.

*Μαρτύριον Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου.**Martyrium Jacobi apostoli.*

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν, δηλονότι τὸν ἐπὶ Κλαυδίου, ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαι τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας· ἀνέλε δὲ Ἰακώβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρα. Περὶ τούτου δ' ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν Ἰστοριῶν ἐβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ φάσκων· ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν (27) αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινήθεις ὠμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸν Χριστιανόν (28). Συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, σὺν τῷ Ἰωάννῳ, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἤξισεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ ἄλιγον σκεψάμενος, Εἰρήνη σοι, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ οὕτως ἄμφω τῶν ἁγίων ἐκαρτομήθησαν. Τοτηνικαῦτα δὲ, ὡς ἐφησιν ἡ θεία Γραφή, ἰδὼν Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου ἀναίρεσει, ὅτι δὴ πρὸς ἡδονῆς εἴη τὸ παραθῆναι τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπιτίθειται καὶ Πέτρω, δεσμοῖς τε αὐτὸν παραδούς, ὅσον οὕτω καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ φέρον ἐνέργησεν ἄν, εἰ μὴ διὰ θείας ἐπιφανείας ἐπιστάντος αὐτῷ νύκτωρ ἀγγέλου, παραδόξως τῶν εἰργμῶν ἀπαλλαγείς, ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος ἀφείται διακονίαν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πέτρον οὕτως εἶχεν οἰκονομία.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

## CAPUT X.

*Ὡς Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρώδης, ἀποστόλους διώξας, τῆς θείας παρατίκας δίκης ἤσθετο (Nic. H. E. II, 13).*

*Quomodo Herodes, qui et Agrippa dictus est, apostolos persecutus divinam statim ultionem est expertus.*

Τὰ δὲ γε τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως τοῦ βασιλέως οὐκέτ' ἀναβολῆς εἶχετο (29), ἀλλὰ γέ C  
τοι αὐτὸν ὁ τῆς θείας δίκης τιμωρὸς διάκονος μετρεῖ, παρατίκας μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων ἐπιβουλήν, ὡς καὶ ἡ τῶν Πράξεων ἱστορεῖ γραφῇ, ὁρμήσαντα μὲν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ἐν ἐπιστήμῳ δ' ἐνταῦθα ἑορτῆς ἡμέρᾳ λαμπρᾷ καὶ βασιλικῇ κοσμησάμενον ἐσθῆτι, ἐπὶ τὸν βῆμα (30) δημηγορήσαντα· τοῦ γὰρ δέξιον παντὸς ἐπευφημήσαντος τῇ δημηγορίᾳ (30'),

Regis vero ob commotam adversus apostolos persecutionem haudquaquam diu dilata vindicta est, sed continuo divinæ justitiæ minister angelus ab eo pœnas expetiit. Cum enim statim post commissum in apostolos facinus, ut traditur in Actibus apostolorum, Cæsaream profectus esset, ibique die festo candida ac regia veste indutus, populum e tribunali alloqueretur, omnisque ei multitudo acclamaret, non hominis vocem esse quam audirent, sed dei :

<sup>29</sup> Act. XII.

(27) Ὁ εἰσαγαγὼν αὐτόν. Militem seu apparitorum intelligit, qui Jacobum apostolum coram Herode Agrippa in judicium induxerat. Solebant enim rei a militibus deduci et sisti coram tribunali. Potest etiam intelligi accusator, a quo delatus fuerat Jacobus et in judicium adductus. Vox enim Græca ὁ εἰσαγαγὼν, tam de apparitore quam de accusatore accipi potest. Sic Lucas in Actuum cap. xvi de accusatoribus Pauli ac Silæ scribit : Ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἰλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας· καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς εἶπον. Malim tamen Eusebii verba de accusatore Jacobi intelligere. Nam quod sequitur, hominem illum qui Jacobum in judicium adduxerat, mox a Jacobo veniam petivisse, id magis convenit accusatori quam militi. Quippe accusator qui innocentem calumniatur, sciens ac volens peccat, atque idcirco veniam petere potest ab eo quem affecit injuria. Miles vero qui judici exhibet noxium, cum imperio judicis obsequatur, omni culpa videtur vacare.

(28) Ὁμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς αὐτὸν Χριστιανόν. Longe elegantior est lectio codicis Fuketiani, qui ita scriptum exhibet hunc locum, ὠμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς Χριστιανός. Reliqui tamen co-

dices nihil mutant. Totus porro hic locus in codice Mazarino ita distinguitur : Ὁ εἰσαγαγὼν αὐτόν εἰς δικαστήριον μαρτυρήσαντα· ἰδὼν αὐτόν· κινήθεις ὠμολόγησεν, etc. Eandem distinctionem reperi in codice Med. ac Fuketiano, sed in Fuketiano legitur μαρτυρήσαντα.

(29) Οὐκέτ' ἀναβολῆς εἶχετο. Pro his Eusebii verbis Nicephorus ista substituit, quæ quoniam scholii instar esse possunt hic apponam : Τὰ δὲ τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως Ἡρώδου, οὐκέτ' ἐν ἀναβολαῖς ἦσαν τῇ δίκῃ.

(30) Ἰψῆλόν τε πρὸ βήματος. Apud Nicephorum scriptum est, πρὸ τοῦ δικαστικοῦ βήματος, ubi Nicephorus vocem δικαστικοῦ addidit de suo, satis inconsulte. Neque enim juris dicendi causa illic considerat Agrippa sed ut concionem haberet ad populum, quemadmodum traditur in Actibus apostolorum, ubi etiam rectius legitur, ἐπὶ τῷ βήματι. Nam illud πρὸ βήματος, parum Græcum, ac prorsus Latinum est.

(30') Vulg. ἐπευφημήσαντος ἐπὶ τῇ δημηγορίᾳ. Rectius in tribus nostris codicibus Maz., Med., Fuk., omisa repositione, scribitur ἐπευφημήσαντος τῇ δημηγορίᾳ ὡς ἐπὶ Θεοῦ φωνῇ καὶ οὐκ ἀνθρώπου, quæ lectio longe est elegantior.

repente illum ab angelo Dei percussum esse sacræ litteræ testantur, et a vermibus consumptum interiisse. Cæteram mirari subit Josephi historiam, quippe quæ in hujus miraculi narratione cum divina Scriptura plane consentiat. In ea enim veritatem testimonio suo ac suffragio perspicue comprobatur, cum rem gestam in nono decimo *Antiquitatum* libro exponit his verbis: « Tertius, inquit, jam annus effluxerat, ex quo totius Judææ regno potiebatur, cum urbem Cæsaream ingressus est, quæ antea Stratonis turris vocabatur. Ibi in honorem Cæsaris spectacula exhibuit, pro illius salute hos festos dies institutos fuisse intelligens. Ad quam festivitatem frequens numerus eorum qui honore inter suos ac dignitate pollebant, 48 ex tota provincia confluxerat. Igitur secundo spectaculorum die, veste indutus tota ex argento admirabili opere contexta, processit in theatrum primo diluculo. Ubi solis orientis radiis illustrata vestis mirum in modum resplenduit, et spectantium oculis admirationem simul ac terrorem incussit. Mox adulatorem perniciosius vocibus alius aliter ei acclamare deum appellantes, et ut sibi propitius esset rogantes. Hactenus, aiebant, te velut hominem reveriti, nunc demum humana sorte majorem fatemur. At rex neque illos objurgavit, neque impiam eorum adulationem repudiavit. Et paulo post oculis in alium sublatis superstantem capiti suo angelum vidit, eumque exitii sui nuntium protinus esse intellexit, qui antea felicitatis nuntius fuerat. Hinc mœstitia animo ejus penitus insedit. Accesserunt deinde ventris dolores statim a principio vehementissimi. Conversis itaque ad amicos oculis: Ecce, inquit, deus ego vester cogor nunc e vita discedere, fati necessitate voces illas quas de me modo jactabatis, falsitatis et mendacii protinus coarguente; et qui immortalis appellabar a vobis, jam rapior ad mortem. Sed ferenda est fati condi-

ως ἐπὶ φωνῇ θεοῦ καὶ οὐκ ἀνθρώπου, παραγρῆμα τὸ λόγιον πατάζει αὐτὸν ἄγγελον Κυρίου ἱστορεῖ, γινόμενον τε σκοληκόβρωτον ἐκφύζει. Θαυμάσαι δ' ἄξιον τῆς περι τὴν θεϊαν Γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῷ παραδόξῳ συμφωνίας τὴν τοῦ Ἰωσηφοῦ ἱστορίαν. Καθ' ἣν ἐπιμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ δηλὸς ἐστὶν ἐν τόμῳ τῆς Ἀρχαιολογίας ἑνεακαιδεκάτῳ, ἔνθα αὐτοῖς γράμμασιν ἔδὲ πως τὸ θαῦμα διγίγεται· « Τρίτον δ' ἔτος αὐτῷ βασιλεύοντι τῆς ὅλης Ἰουδαίας πεπλήρωτο, καὶ παρῆν εἰς πόλιν Καισάρειαν, ἣ τὸ πρότερον Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο· συντέλει δ' ἐνταῦθα θεωρίας εἰς τὴν Καισάρως τιμὴν, ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἑορτὴν τινα ταύτην ἐπιστάμενος (31). Καὶ παρ' αὐτὴν ἡθροιστο τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν (32) ἐν τέλει καὶ προεδοηκότων εἰς ἄξιαν πλῆθους. Δευτέρᾳ δὲ τῶν θεωριῶν ἡμέρᾳ, στολήν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργύρου πεποιτημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιον ὕψην εἶναι, παρῆλθεν εἰς τὸ θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας. Ἐνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἀργυρος καταυγασθεὶς, θαυμασίως ἀπέστειλε, μαρμαίρων τι φοβερόν καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀπενίζουσι φρικώδες. Εὐθύς δὲ οἱ κόλακες τὰς οὐδ' ἐκείνῳ πρὸς ἀγαθοῦ ἄλλος ἄλλοθεν φωνὰς ἀνεθόων, θεὸν προσαγορεύοντες, Εὐμένης τε εἴης, ἐπιλέγοντες· εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἀνθρώπων ἐφοβήθημεν, ἀλλὰ γε τούντεῦθεν κρείττονα σε θνητῆς τῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ ἐπέληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν ἀπετρίψατο. Ἀνακύβας δὲ μετ' ὀλίγον, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενος εἶδεν ἄγγελον (33). Τοῦτον εὐθύς ἐνόησε κακῶν εἶναι αἴτιον, τὸν καὶ ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον, καὶ διακάρδιον ἔσχεν ἰδύνην. Ἀθρόον δ' αὐτῷ τῆς κοιλίας προσέψυσεν ἀλγῆμα, μετὰ σφοδρότητος ἀρξάμενον. Ἀναθεωρῶν οὖν πρὸς τοὺς φίλους, Ὁ θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶν, ἦδη καταστρέφειν ἐπιτάττομαι τὸν βίον, παραγρῆμα τῆς εἰμαρμένης τὰς ἄρτι μου κατεψευσμένας φωνὰς ἐλεγχοῦσης. Ὁ κληθεὶς ἀθάνατος ὅψ' ὑμῶν, ἦδη

(31) *Ἐορτὴν τινα ταύτην ἐπιστάμενος.* Turnebus in suo codice ad latus emendarat ἐνοστησάμενος. Quam emendationem etiam in libro Moræi ascriptam inveni. Sed hæc conjectura nullo modo placet. Neque enim Agrippa ludos illos primus instituerat: sed ab Herode ejus avo jam dudum instituti fuerant. Hic igitur sensus est hujus loci quem ex Josepho citat Eusebius: Sciebat Agrippa hanc festivitatem institutam fuisse pro salute Cæsaris ab avo suo Herode, qui primus quinquennale Cæsareorum certamen apud Cæsaream urbem in honorem Augusti instituerat, et Olympiade cxcii eos ludos primum ediderat, ut refert Josephus. Ad horum itaque ludorum editionem Agrippa Cæsaream profectus erat anno iv imp. Claudii, diebus æstivis, quibus olympias ccvi inchoari cœpit.

(32) *Ἰὼν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν.* Syriam intelligit, vel ejus partem Phœnicen quæ provincia dicebatur ad differentiam Judææ, in qua tunc regnabat Agrippa. Certe B. Lucas deserte testatur, primores tunc adfuisse Tyrriorum, quæ urbs caput erat Phœnicis. Porro in nostris codicibus Maz., Med. ac Fuketii scriptum inveni ἐπάρχιον, quæ vox alibi etiam occurrit in his libris. Næc illud omittendum est, in optimo codice Mazarinæo id nomen scribi cum diphthongo ἐπάργειον, simplex tamen et superscriptum est eadem manu. Sed recte scribi cum

diphthongo docet derivativa vox ἐπαρχεωτής, quæ non semel occurrit in his libris. Neque enim aliunde formari potest ἐπαρχεωτής quam ab ἐπάργειος.

(33) *Ἰαερκαθεζόμενον εἶδεν ἄγγελον.* Josephi verba interpolavit Eusebius malo more. Nam cum Josephus bubonem dixisset supra caput Agrippæ asitisse, Eusebius e Josephi verba bubonis nomen expunxit. Josephi verba sunt: Τὸν βουδῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἐπὶ σγοινίου τινός· ἄγγελον τοῦτον εὐθύς ἐνόησεν κακῶν εἶναι, τὸν καὶ ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον. Id est: *Bubonem supra caput suum astantem super extento fune vidit. Statimque intellexit hunc calamitatis nuntium esse, qui antea felicitatis nuntius fuisset;* sub Tiberio scilicet. Tunc enim jussus in vincula duci Agrippa, cum ad arborem quamdam inclinatus staret, bubonem viderat capiti superstantem. Quod Germanus quidam, hujusmodi auguriorum peritus, magnam felicitatem Agrippæ portendere prædixit, ut refert Josephus. Vides ergo ut, sublato bubonis nomine, sensus omnis hujus loci tollitur. Sed fortasse verebatur Eusebius, ne Josephum et Lucam parum inter se consentire lectores judicarent, si quem Lucas angelum dixerat, Josephus bubonem dicere videretur. Quasi vero non utrumque fieri potuerit, ut et bubo supra caput Agrippæ, et ex alia parte angelus eidem appareret.

βανειν ἀπάγομαι. Δεκτέον δὲ τὴν πεπρωμένην, ἣ θὲς βεβούληται. Καὶ γὰρ βεβούκαμεν οὐδαμῆ φάυ-  
 λως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς μακαριζομένης λαμπρότητος (34).  
 Ταῦτα δὲ λέγων, ἐπιτάσει τῆς οὐδύνης κατεπονείτο.  
 Μετὰ σπουδῆς οὖν εἰς τὸ βασιλεῖον ἐκομισθῆ, καὶ  
 διῆλθε λόγος εἰς πάντας, ὡς ἔχει τοῦ τεθνήαι (35)  
 παντάπασι μετ' ὀλίγον. Ἡ πληθὺς δ' αὐτίκα σὺν γυ-  
 ναιζὶ καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκον καθεσθείσα (36) τῷ πα-  
 τρὶ νόμῳ, τὸν Θεὸν ἰκέτευον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως,  
 οἰμωγῆς τε πάντ' ἦν ἀνάπλευ καὶ ὀρήνων. Ἐν ὑψη-  
 λῷ δ' ὁ βασιλεὺς δωματίῳ κατακείμενος, καὶ κάτω  
 βλέπων αὐτοὺς πρηγεῖς προσπίπτοντας, ἄδακρυς οὐδ'  
 αὐτὸς ἔμενε. Συνεχῶς δ' ἐφ' ἡμέρας πέντε τῷ τῆς  
 γαστρὸς ἀλγῆματι διεργασθεῖς, τὸν βίον κατέστρεψεν,  
 ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοστὸν ἔτος καὶ τέταρτον,  
 τῆς δὲ βασιλείας ἑβδόμον. Τέσσαρας μὲν οὖν ἐπὶ  
 Γαίου Καίσαρος ἐβασίλευσεν ἑνιαυτοὺς, τῆς Φιλίπ-  
 που μὲν τετραρχίας εἰς τριετιαν ἄρξας, τῷ τετάρτῳ  
 δὲ καὶ τὴν Ἡρώδου προσειληφῶς, τρεῖς δ' ἐπιλαβῶν  
 τῆς Κλαυδίου Καίσαρος αὐτοκρατορίας. Ταῦτα τὸν  
 Ἰωσήπον μετὰ τῶν ἄλλων ταῖς θείαις συναληθεύοντα  
 Γραφαῖς ἀποθαυμάζει. Εἰ δὲ περὶ τὴν τοῦ βασιλέως  
 προσηγορίαν δόξειέ τι διαφωνεῖν, ἀλλ' ὁ γε χρόνος  
 καὶ ἡ πρᾶξις τὸν αὐτὸν ὄντα δείκνυσιν, ἦτοι κατὰ τι  
 σφάλμα γραφικὸν ἐνηλλαγμένου τοῦ ὀνόματος, ἢ καὶ  
 διωνυμίας περὶ αὐτὸν, οἷα καὶ περὶ πολλοὺς γεγε-  
 νημένων.

duplici nomine appellatum fuisse, quod et pluribus aliis contigit.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ Θεοῦ τοῦ γόητος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ (Nic.  
 H. E. II, 11).

Ἐπει δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰσάγει  
 τὸν Γαμαλιήλ ἐν τῇ περὶ τῶν ἀποστόλων σκέψει λέ-  
 γοντα, ὡς ἄρα κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον (37) ἀν-  
 ἔστη Θεοῦ, λέγων ἑαυτὸν εἶναι τινα (ὅς κατελύθη,  
 καὶ πάντες ὅσοι ἐπέθοντο αὐτῷ διελύθησαν) φέρε  
 καὶ τὴν περὶ τούτου παραθώμεθα τοῦ Ἰωσήπου γρα-

(34) *Μακαριζομένης λαμπρότητος*. Ex Josepho  
 ac Nicephoro pro μακαριότητος, restituumus λαμ-  
 πρότης, atque ita scriptum habet codex Fuk.

(35) *ὡς ἔχει τοῦ τεθνήαι*. In vulgatis Josephi  
 editionibus deest articulus, quod magis probō. Ἐχοι  
 igitur positum est pro μέλλοι, quam locutionem  
 Galicæ linguæ etiamnum retinet. Quod si articulum  
 retinere malueris, ut in omnibus nostris exempla-  
 ribus et apud Nicephorum legitur, tunc scriben-  
 dum est ἔχοιτο, aut certe subaudiendum est ἀνάγ-  
 κην. In tribus nostris codicibus Maz., Med. ac  
 Fuk., scriptum est ὡς ἔχει, quod magis probō.

(36) *Ἐπὶ σάκκον καθεσθείσα*. Optime Rufinus  
 hunc locum vertit: *More patrio super cilicia strati,  
 omnipotentī Deo pro regis incoluntate supplicabant*.  
 Reliqui tamen interpretes uno consensu verterunt  
*saccis induti*. Quod etsi non damno, verbis tamen  
 Josephi nequaquam convenit. Scio moris fuisse non  
 solum apud Judæos, sed etiam apud A-syrios, ut  
 in luctu et in publicis supplicationibus sacco in-  
 dui, Deo invidiam facerent, quemadmodum legitur  
 in historia Ninivitarum, et apud Josephum in libro  
 x *Antiquitatum*, cap. 5. Verum et hic nos fuit  
 supplicantium, ut stratis ciliciis et cinere conspersi  
 insisterent. Sic in capite III Jonæ, rex Ninivitarum  
 περιβάλλετο σάκκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ σποδοῦ. Et  
 in Evangelio Lucæ, cap. x: *Si in Tyro et Sidone  
 factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim*

110, quandoquidem sic Deo visum est. Neque enim  
 male et abjecte viximus, sed in eo splendore quem  
 homines fortunatissimum existimant. Hæc cum di-  
 ceret, augescente interim vi doloris torquebatur.  
 Ocius ergo in palatium delatus cum esset, rumor  
 continuo per urbem sparsus est, regem in maximo  
 vitæ discrimine versari. Statimque plebs omnis cum  
 uxoribus et liberis, stratis ciliciis more patrio se-  
 dens Deum pro salute regis obsecravit. Tota urbs  
 ejulatu ac lamentis personabat. Rex vero in excelso  
 quodam solario decumbens, cum eos humi prostra-  
 tos ex alto prospiceret, ne ipse quidem temperare  
 potuit a lacrymis. Tandem continuis per quinque  
 dies ventris doloribus confectus vitam finiit, an-  
 num agens ætatis quartum et quinquagesimum,  
 regni vero septimum. Nam primo quidem sub Caio  
 Cæsare quatuor annis regnaverat, Philippi tetrar-  
 chia potitus per triennium. Inde anno quarto Herodis  
 quoque tetrarchiam regendam accepit. Postea vero  
 principatu Claudii Augusti tres ultimos regni sui exe-  
 git annos. 49 Hæc Josephus: in quibus perinde  
 ac in cæteris, fidem illius magnopere admiror, qui  
 cum sacris litteris in veritate narranda adeo consen-  
 tiat. Quod si in regis nomine discrepare quibusdam  
 videtur, temporis tamen ratio et res ipsa eundem  
 esse confirmat; adeo ut vel nomen vitio scripturæ  
 depravatum esse oporteat, vel certe regem hunc

#### C

#### CAPUT XI.

##### *De Theuda præstigiatore ejusque sociis.*

Sed quoniam Lucas præterea in Actibus aposto-  
 lorum 19 Gamalielem quemdam, cum in concilio Ju-  
 dæorum de apostolis deliberatio fieret, loquentem  
 inducit de Theuda quodam qui hisce temporibus  
 exstitit, et qui cum de seipso magna prædicaret,  
 tandem exstinctus est, omnesque qui ei fidem habue-

*in cilicio et cinere sedentes pœniterent*. Eoque re-  
 ferre soleo verba Rulini ex libro xi *Historiæ Ec-  
 clesiasticæ*, cap. 35, ubi de Theodosio imp. ita lo-  
 quitur: *Ante martyrum et apostolorum thecus jac-  
 bat cilicio prostratus, et auxilia sibi fida sanctorum  
 intercessione poscebat*. Quanquam in manuscripto  
 codice Claromontani collegii legitur *silici prostra-  
 tus*. Epiphanius in hæresi 50. Novatianorum, cap. 7,  
 αὐτοὶ ἐὰν ἐνδεζῶνται τελείαν τὴν μετάνοιαν, ἐν  
 σάκκῳ καὶ σποδῷ καθεσθέντες. Tertullianus in libro  
*De pudicitia*: *Pariter de penitentia officio sedent in  
 sacco, et cinere inhorrescunt*.

(37) *Κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον*. Locus Lucæ  
 exstat in cap. v Actuum apostolorum, ubi Lucas  
 non dicit Theudam Claudii imp. temporibus existi-  
 tisse, ut hic affirmat Eusebius. Imo ex Lucæ verbis  
 colligi potest, Theudam illum Augusti Cæsaris  
 principatu turbas in Judæa concitasse. Nam Gama-  
 liel apud Lucam diserte tradit, post tumultum  
 Theudæ exstitisse Judam Galilæum, qui in diebus  
 professionis censualis seditionem commovisset.  
 Atqui censualis hæc professio contigit post exsilium  
 Archelai, Quirinio Syriam administrante, sub ex-  
 tremo Augusti temporibus. Falsum proinde esse vi-  
 detur quod hic affirmat Eusebius, Lucam Theudæ  
 motum in Claudii tempora conjecisse. Eusebium  
 tamen nostrum recte sensisse, mox demonstra-  
 bimus.



rant, dissipati sunt : agedum de hoc ipso Josephi quoque testimonium proferamus. Illic igitur in libro superius memorato sic loquitur : « Fado, inquit,

(38) *Τῆρ περι τοῦτου παραθώμεθα τοῦ Ἰωσήφου γραφῆρ.* Scaliger in lib. vi *De emendatione temporum*, Eusebium graviter reprehendit, qui Theudam illum de quo loquitur Lucas, eundem esse putaverit cum altero Theuda cujus meminit Josephus in lib. xx, cap. 2, sub finem; cum tamen Theudas ille cujus a Luca fit mentio, paulo ante Christi mortem in Judæa res novas concitaverit, adeo ut inter hunc Theudam, et inter illum cujus meminit Josephus, duodecim annorum spatium ut minimum intersit. Nam Josephus Theudæ tumultum post obitum regis Agrippæ commemorat, quo tempore Cuspius Fadus Judæam administrabat. Hæc est Scaligeri sententia. At Casaubonus in *Exercitatione* II, cap. 18, in eo quidem consentit cum Scaligero, quod Theudam Lucæ a Theuda Josephi distinguit, sed in hoc dissentit ab eodem Scaligero quod Theudam illum cujus meminit Lucas, longe antiquiorem facit quam Scaliger. Ejus enim tumultum confert in extrema Herodis regis tempora, et ante ipsum natalem Christi. Idem ante illum sensit Origenes in lib. I *contra Celsum*. Et huic opinioni favere videntur verba ipsa B. Lucæ, qui postquam de Theuda locutus est, hæc addit : *Post hunc surrexit Judas Galilæus in diebus professionis*. Sed facillimum est huic objectioni respondere; nec longius, verum ex ipso Luca prometur responsio. Quippe Lucas seu potius Gamaliel apud Lucam discrete testatur Theudam nuper admodum, et his ipsis quibus hæc loquebatur diebus exstitisse. *Ante hos enim dies exstitit Theudas*, etc. Ἰπὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θεοῦδας, etc. Quæ verba rem nuper ac novissime factam demonstrant. Sic enim loqui solent tam Græci quam Latini de re adhuc recenti, ut plurimis exemplis probari potest. *Ante hos igitur dies*, idem valet ac *his diebus*, ut *ante diem tertium Kalendarum* Latini et Græci dicunt pro eo quod est die ut *Kalendarum*. Quare cum subjicit Lucas hæc verba, *Post hunc exstitit Judas*, his verbis nihil aliud significatur quam Theuda vetustiorē fuisse Judam Galilæum. Quæ quidem expositio, licet prima fronte durior videatur, tamen prorsus necessaria est ac verissima, nec exemplis destituitur. Nam quoties ab ultimo, utpote nobis propiore, numerare instituimus, tunc ex ultimo primus, et ex primo ultimus fiat necesse est. Quam ob causam *retro* fuisse dixit Tertullianus in *Apologetico*, pro olim et *antea* fuisse; et *retrosiorem* usurpat pro *antiquiore*. Et tamen *retro* idem est Latinis quod *post*. Sed quoniam Casaubonus negat Græcos unquam ita locutos fuisse, producendus est testis omni exceptione major. Is est Clemens Alexandrinus, qui in lib. vii *Synomatei*, sub finem, eodem prorsus modo locutus est quo B. Lucas. Postquam enim observavit hæreticos fere omnes circa tempora imp. Adriani erupisse, et usque ad principatum Antonini Pii pervenisse, ut Basilidem et Valentinum, hæc subjungit : *Nam Marcion iisdem quidem temporibus vixit quibus Basilides et Valentinus. Verum tanquam senior cum illis adhuc junioribus est versatus*. Addit deinde, *μεθ' ὃν Σίμων ἐπ' ὀλίγον κηρύσσοντος τοῦ Πέτρου ὑπέκρουσεν. Post quem Simon prædicantem Petrum audivit aliquantulum*. Quis non videt in hoc Clementis loco *post hunc* idem valere atque *ante hunc*? Neque enim Simon Magus posterior fuit Marcione; imo diu ante Marcionem vixit, ut inter omnes constat. Sed nimirum Clemens, cum a propinquiore incipiens, hæreticorum indicem texeret, primos numeravit qui erant ultimi, et postremum omnium posuit Simonem, qui revera erat omnium primus. Eodem quoque modo locutus est Synæon Metaphrastes in Acus manuscriptis passionis Petri Alexandrini episcopi. Illic enim Petrus in carcere positus Achillem et Alexan-

drum presbyteros ita affatur : *Παρακαλῶ γρηγορεῖν ὑμᾶς καὶ προσεύχεσθαι, μεμνημένους πρὸς τοῖς ἀλλοῖς καὶ τῶν κινδύνων, ὅσους ὑπομένειν ἡγαγκάζετο ὁ ἀναθροφάμενός με πατήρ μου ὁ ἐπίσκοπος Θεωνᾶς, etc.* Et paulo post : *Μεμνησθαι δὲ καλῶν καὶ τοῦ μεγάλου Διονυσίου, ὃς τῆδε κακείσε περιῶν, Σαβαλλίου μάλιστα ἐπιθεμένου, καὶ πολλὰ τοῦτον λυπούντος, οὕτω τὸν πάντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον διὰ Χριστὸν στενοσύμενος διετέλεσε καὶ μετ' αὐτὸν Ἰρακλᾶς καὶ Δημήτριος, etc.* Vides ut Metaphrastes, seu potius auctor ex quo Metaphrastes hæc Acta descripsit, Heraclam ac Demetrium episcopos ait fuisse post Dionysium, quos tamen constat prædecessores fuisse Dionysii. Sed et geographiæ scriptores, quoties terrarum situm et populorum nomina describunt, eodem loquuntur modo. Dicunt enim *μετὰ τούτους* εἶσιν ἐκεῖνοι, quod idem valet ac *supra hos siti sunt isti*. Et hæc quidem adversus opinionem Casauboni, qui Theudam illum cujus in Actibus fit mentio, Juda antiquiorem esse existimavit. Sed dicit fortasse quispiam, ex iis quæ a nobis disputata sunt, abunde demonstratum videri, Theudam non fuisse antiquiorem Juda Galilæo : nihilo tamen minus Theudam illum cujus meminit Lucas, distinguendum esse ab eo Theuda cujus meminit Josephus. Prior enim Theudas de quo loquitur Gamaliel in oratione illa quam habuit in concilio Judæorum, circa tempus passionis Christi tumultum in Judæa concitavit; alter vero de quo loquitur Josephus, post mortem Agrippæ regis, Fado Judæam administrante seditionem commovit, quarto circiter anno principatus Claudii Augusti. Cum ergo Gamaliel orationem illam habuerit paulo post resurrectionem Christi, et ante martyrium B. Stephani, id est circa extrema Tiberii tempora, de motu illo Theudæ qui regnante Claudio factus est, tunc omnino loqui non potuit. Huic objectioni aliter occurrere non possumus, nisi Josephum hallucinatū esse dicamus, qui Theudæ tumultum tardius quam debebat retulerit. Duos enim Theudas fuisse, qui se prophetas esse mentiti, alter post alterum Judæos ad spem rerum novarum concitaverit, nunquam adduci possum ut credam. Conferantur Luca ac Josephi loca, in quibus uterque illorum de Theuda locutus est; et unum eundemque Theudam ab illis esse memoratum manifestissime deprehendemus. Certe in utriusque narratione, cuncta ad amussim ita conveniunt, ut Josephus Lucam interpretatus esse videatur. Unum discrimen est in tempore, quod tamen tanti momenti non est, ut idcirco duos Theudas comminisci debeamus. Nam quotiescunque hujusmodi narrationis discrepantia apud veteres scriptores occurrit, si ob hanc causam statim negotia ac personas distinguere necesse est, cavendum nobis erit, ne ex uno eodemque homine duos inconsulte faciamus. Quanto satius est, ubi duos scriptores inter se dissentire viderimus, alterum illorum falli affirmare. Quod cum de sacris litteris nefas sit dicere, in Josephum culpa omnis conferenda est. Alia quoque conciliandi ratio excogitari potest, si dicamus B. Lucam in eo loco *κατὰ πρόληψιν* locutum esse. Quæ quidem figura occurrit interdum apud antiquos scriptores; exempli causa apud Virgilium cum dicit :

..... portusque require Velinos.

Atqui cum hæc dicerentur Æneæ, nondum condita erat Velia. Sic ergo B. Lucas tumultum Theudæ toto decennio anticipavit, Gamalielis orationi narrationem illam quasi ex sua persona interserens, eo quod præsentī argumenti aptissime congruebat. Certe Eusebius noster locum B. Lucæ ita interpretatus videtur, ut ex hoc capite apparet.

ἀνθρ, θευδᾶς τοῦνομα (39), πείθει τὸν πλείστον ὄχλον, ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις ἐπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, δίδον ἐφη παρ-  
 ἔξιν αὐτοῖς βράδιαν. Καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπά-  
 τησεν. Οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης δνασθαι  
 φάδος, ἀλλ' ἐξέπεμψεν λίγν ἰππέων ἐπ' αὐτοὺς· ἦτις  
 ἐπιπεσοῦσα ἀπροσδοκῆτως αὐτοῖς, πολλοὺς μὲν  
 ἀνέλε, πολλοὺς δὲ ζώντας ἔλαβεν, αὐτὸν τε τὸν  
 θευδᾶν ζωγρησαντες, ἀποτέμνουσιν αὐτοῦ τὴν κεφα-  
 λήν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. » Τούτοις ἐξῆς  
 καὶ τοῦ κατὰ Κλαυδίον γενομένου λιμοῦ μνημονεύει  
 ὡς πω·

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ΄.

Περὶ Ἑλένης τῆς τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδος B  
 (Nic. H. E. II, 41).

« Ἐπὶ τούτοις γε (40) καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ  
 τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, καὶ ὅν καὶ ἡ βασι-  
 λισσα Ἑλένη πολλῶν χρημάτων ὠνησαμένη σίτον  
 ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, διένειμε τοῖς ἀπορουμένοις. »  
 Σύμφωνα δ' ἂν εὖροις καὶ ταῦτα τῇ τῶν Πράξεων  
 τῶν ἀποστόλων γραφῇ, περιεχοῦσῃ ὡς ἄρα τῶν κατὰ  
 τὴν Ἀντιόχειαν μαθητῶν καθὼς ἠμπορεῖτό τις, ὤρι-  
 σαν ἕκαστος εἰς διακονίαν ἀποστεῖλαι τοῖς κατοικοῦ-  
 σιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ· ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστεύσαντες  
 πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ  
 Παύλου. Τῆς γέ τοι Ἑλένης ἦς δὴ καὶ ὁ συγγραφεὺς  
 ἐποίησται μνήμην, εἰσέτι νῦν στήλαι διαφανεῖς (41)  
 ἐν πραστείοις δέκνυνται τῆς νῦν Ἀλλίας (42). Τοῦ  
 δὲ Ἀδιαθηνῶν ἔθνους αὕτη βασιλεύσα ἐλέγετο.

#### Act. XI.

(39) *Θευδᾶς τοῦνομα*. In tribus nostris codicibus Mazarino, Med. et Fuk. scriptum est *Θευδᾶς ὄνοματι*.

(40) *Ἐπὶ τούτοις γε*. Locus Josephi est in lib. XI *Antiquitatum*, cap. 3, ubi postquam dixit Cuspio Fado procuratori Judææ successisse Tiberium Alexandrum, statim subiungit : Ἐπὶ τούτοις γε καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, id est horum procuratorum temporibus, ut recte interpretatus est Gelenius. Quibus verbis aperte indicat Josephus, famem illam pluribus annis durasse, quippe quæ sub duobus illis procuratoribus sævierit. Missus porro est in Judæam Fadus post obitum Agrippæ regis, id est anno quarto Claudii exeunte. Ita fa mes illa ab Agabo prædicta, anno v et vi Claudii contigit.

(41) *Στήλαι διαφανεῖς*. Tres erant pyramides tertio ab urbe Hierosolymitana stadio, in quibus condita erant ossa Helenæ, Adiabenenorum reginæ, scribit Josephus in lib. XX, cap. 2. Idem in libro vi *De bello Judaico*, Ἑλένης μνημεῖα his appellat, quas hoc loco στήλας vocat Eusebius. Rufinus *sepulcrum* vertit non male. *Mausoleum Helenæ* vocat Hieronymus in oratione de obitu B. Paulæ, idque adhuc sua ætate stetit testatur. Porro hoc Helenæ sepulcrum mirabili opere fabricatum fuisse testatur Pausanias in *Arcadicia*. Cum enim plura sepulcra memoratu digna a se visa esse affirmet, duo tamen præ cæteris admiratur : Mausoli scilicet in Caria, et Helenæ in Judæa : Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις, ἣν ἐξ ἔλαττος κατέβαλεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς. Cætera de miraculo januæ sepulcri illic vide apud Pausaniam, qui in eo fallitur, quod Helenam patriam Judæam fuisse existimavit. Fuit et palatium ejusdem Hele-

A Judæam procurante, præstigiator quidam nomine Theudas, collecta ingenti hominum multitudine, persuasit illis ut asportatis opibus ducem se ad Jordanem usque fluvium sequerentur. Quippe se prophetam esse aiebat, diremptisque imperio suo aquis fluminis, facilem se transitum ipsis præstiturum. Hujusmodi sermonibus plurimos decepit. Sed Fadus vesaniam illorum brevi compressit, immissis adversus eos equitum turmis ; qui ex improvviso illos adorti, partim occiderunt, partim vivos comprehenderunt. Ipse etiam Theudas ab iisdem captus est, cujus caput præcisum Hierosolyma retulerunt. » Post hæc idem scriptor famis illius quæ imperante Claudio contigit, mentionem facit his verbis :

#### CAPUT XII.

*De Helena Osroenorum regina.*

« Per idem tempus, inquit, gravissima fames universam Judæam affixit, quo quidem tempore Helena regina frumentum quod grandi pecunia ex Ægypto coemerat, egenis distribuit. » Quæ omnino consentiunt cum iis quæ 50 scripta sunt in Actibus apostolorum 29. Ubi etiam illud habetur, discipulos qui Antiochiæ morabantur, decrevisse pro suis singulos facultatibus stipem conferre, ad sublevandos fratres qui in Judæa degebant. Quod quidem illi etiam præstiterunt, missis ad seniores pecuniis per manus Pauli et Barnabæ. Cæterum Helenæ illius, cujus mentio fit a Josepho, illustres etiamnum exstant cippi in suburbis Hierosolymorum, quæ mutato nomine nunc Ælia appellatur : eamque C. Adiabenenorum reginam fuisse perhibent.

næ Hierosolymis, ut docet Josephus in libro vi *De bello Judaico*, pag. 920. — Joannes Langus, qui Nicephorum Latine interpretatus est, στήλαι *statuas* vertit, pessime omnino. Nam vox στήλη interdum quidem statuum significat, ut apud Suidam et recentiores Græcos sæpius occurrit. Sed ea significatio huic loco convenire non potest, cum nefas fuerit Judæis statuas ullas habere. Eundem errorem admisit Gelenius in interpretatione libri Philonis *De legatione ad Caium*. Cum enim Philo de proeuchis Judæorum Alexandriæ quas Græci concrenaverant, hæc dixisset : Καὶ σιωπῶ τὰς συγκαθαίρεθείσας καὶ συμψηθεῖσας τῶν αυτοκρατόρων τιμὰς ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἐπιχρῶσων καὶ στήλων καὶ ἐπιγραφῶν· Gelenius ita vertit : *Taceo deletos a furentibus eodem incendio honores Romanorum principum, clypeos, coronas statuasque auratas cum suis titulis* : cum potius ita vertere debuisset, *clypeos, coronas aureas, columnas cum inscriptionibus*. Sic etiam in hoc Eusebii loco στήλαι sunt columnæ, seu cippi sepulcrales in quibus humatorum nomina perscribentur. De his scholiastes Aristophanis in *Equitibus* et in *Avibus*. Earum usus etiam apud Romanos. Nam Dio in lib. LXVII defuneri cœna ait : Στήλην ταφοειδῆ ἐκάστην σῶν παρέστησε, τὸ τε ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσα. Idem in lib. LXIX de equi Boiysthenis sepulcro eandem vocem usurpat. In veteribus glossis στήλη *cippus* redditur. Cicero in lib. II *De legibus*, columnas dixit, ubi agit de sepulcris. Clemens Alexandrinus in hb. v *Stromat.* scribit Hipparchum Pythagoreum eo quod arcana magistri evulgasset, e collegio eiectionem fuisse, et cippum ei positum fuisse tanquam mortuo, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῶ.

(42) *Ἀλλίας*. Cf. infra IV, 6.

## CAPUT XIII.

De Simone Mago.

Interea cum jam fides Servatoris nostri Jesu Christi ubique diffusa esset, hostis generis humani regiam urbem sibi occupare satagens, Simonem illum de quo superius dictum est, eo destinat. Cujus nefariis artibus auxilium atque operam suam commodans, plurimos eorum qui Romæ degebant, in errorem inductos sibi mancipavit. Testatur id Justinus, qui non procul ab apostolorum temporibus inter religionis nostræ sectatores maxime floruit. De quo viro inferius suo in loco ea quæ virtus ipsius postulat, dicturi sumus. Hic igitur in priore *Apologetico* quem pro nostra doctrina ad imperatorem Antoninum conscripsit, sic ait : « Post Domini nostri in cælum ascensum, inquit, iussu sunt a dæmone homines quidam, qui se deos esse dicerent. Quos quidem homines tantum adest ut persecuti sitis, quin potius maximis honoribus affeceritis. Ex iis fuit Simon quidam Samaritanus, ortus e vico qui Gitton dicitur, qui principatu Claudii Augusti, cum per operationem dæmonum multa magicæ artis miracula in urbe vestra quæ imperii caput est, edidisset, deus a vobis est habitus, statuamque illi perinde ac deo posuistis in insula Tiberina inter duos pontes, cum hac inscriptione : SIMONI DEO SANCTO. Hunc Samaritani prope omnes, et ex aliis gentibus nonnulli, summum Deum esse confitentis, Helenam quoque venerantur, quæ initio quidem apud Tyrum urbem Phœnicæ 51 publice in lupanari prostiterat, postea vero ubique Simonem assectata est : eamque primam summi Dei notionem esse affirmant. » Hæc Justinus. Cui subscribit etiam Irenæus in primo *Contra hæreses* libro, in quo vitam hominis et impietatem et impurissimam doctrinam exponit. Quam quidem hoc loco referre superfluum fuerit, quippe cum non ipsius modo Simonis, sed et reliquorum

(45) Ἡδὴ διαδεδομένης πίστεως. In codice Maz., Med. ac Savil. legitur διαδιδόμενης, quod magis placet.

(44) Ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνίνον... Ἀπολογία. Hic Justinus locus non in priore, sed in secundo ejus *Apologetico* hodie exstat. Verum Eusebius in citandis Justinus *Apologeticis*, alium ordinem secutus est, quam vulgatæ editiones. Primum enim semper vocat eum qui in vulgatis editionibus est secundus; et secundum qui vulgo est primus. Qua de re pluribus infra disputabitur.

(45) Ἀπὸ κόμης... Γίττων. Clemens in lib. II *Recognit.* : Simon hic, inquit, patre Antonio, matre Rachel natus est : gente Samaritanus ex vico Gylthorum, arte magus, etc.

(46) Σίμωνι δὲν σάγκτω. Jam dudum viri docti observarunt, imperitia Latinæ linguæ lapsum esse Justinum qui statuam Semoni Sancto positam, Simonis Mago sacratam fuisse putaverit, vicinitate nominum deceptus. Certe statua illa quam in insula Tiberina viderat Justinus, non ita dudum effossa est cum ea inscriptione quam dixi SIMONI SANCTO DEO FIDIO. Sancus deus erat apud Sabinos qui pactis et fœderibus præerat, a *sanciendo* dictus. Unde etiam Deus Fidius vocabatur, a *fide*. Quin etiam per eum

## A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου (Nic. H. E. II, 14, 27; Eus. infra IV, 21).

Ἄλλὰ γὰρ τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους ἤδη διαδεδομένης πίστεως (43), ὁ τῆς ἀνθρώπων πολέμιος σωτηρίας, τὴν βασιλεύουσιν προαρπάσασθαι πόλιν μηχανώμενος, ἐνταῦθα Σίμονα τὸν πρόσθεν δεδηλωμένον ἀγει, καὶ δὴ ταῖς ἐντέχνους τάνδρος συναϊρόμενος γοητείαις, πλείους τῶν τὴν Ῥώμην οἰκούντων ἐπὶ τὴν πλάνην σφετερίζεται. Ἀγλοὶ δὲ τοῦτο μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀποστόλων ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς διαπρέλας λόγῳ Ἰουστίνου, περὶ οὗ τὰ προσήκοντα κατὰ καιρὸν παραθήσομαι. Καὶ μοι λαθὼν ἀνάγνωθι τοῦδε τὴν γραφὴν, ἣν ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνίνον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος Ἀπολογία (44) γράφων ὠδὲ φησιν : « Καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου εἰς οὐρανὸν, προσβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινάς, λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεοὺς· οἱ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἤξιώθησαν· Σίμονα μὲν τινα Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κόμης λεγομένης Γίττων (45), ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις μαγικὰς ποιήσας ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομήσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῖν ὡς θεὸς τετίμηται, ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκῆν ταύτην, ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΘ ΣΑΓΚΤΩ (46), ὅπερ ἐστὶ Σίμωνι θεῷ ἀγλω. Καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Σαμαρεῖς, ὄλγοι· δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρώτων Θεὸν ἐκείνων ὁμολογούντες προσκυνοῦσι. Καὶ Ἐλένην τινὰ (47) τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγγους σταθεῖσαν (48) ἐν Τύρω τῆς Φοινίκης, τὴν ἀπ' αὐτοῦ πρώτην ἔνοιαν λέγουσιν. » Ταῦτα μὲν οὗτος. Συνάδει δ' αὐτῷ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐν πρώτῳ τῶν *Πρὸς τὰς αἰρέσεις*, ὁμοῦ τὰ περὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν ἀνοσίαν καὶ μαρὰν αὐτοῦ διδασκαλίαν ὑπογράφων, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος περιττὸν ἀνεῖη καταλέγειν, παρὸν τοῖς βουλομένοις, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν κατὰ μέρος αἰρεσιάρχῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τοὺς

jurare soliti erant Romani. Fesellerunt Justinum Samaritanum quidam, qui statuam illam Simoni Samaritano positam fuisse ei persuaserunt; quasi vero Romani magum ac præstigiatorem adhuc viventem consecrassent, aut quasi deum adjecto epitheto sanctum vocaverint.

(47) Ἐλένην τινὰ. Rufinus Selenem vocat. Atque ita Clemens in lib. II *Recognitionum*, ubi multa de hac Selenæ seu Iana refert, satis recondita.

(48) Ἐπὶ τέγγους σταθεῖσαν. Nescio quo casu in editionem Kob. Stephani error irrepserat, ut pro τέγγους scriberetur τέλους. Quo scripturæ vitio deceptus Musculus, vir mediocris ingenii, hunc locum ita vertit : quæ primum in telonio steterat. Christophorus quoque ad eundem lapidem impedit. Sic enim interpretatus est : Quæ antea apud Tyrum Phœnicie meretricio quæstui seipsam prostituerat. Quasi ἐπὶ τέγγους idem esset ac ἐπὶ μισθῷ. Atqui τέγγους Græcis est πορνείον. Clemens Alexandrinus in lib. III *Stromateων* : Εἶεν δ' ἂν ἐν ταῖς μείζουσι παρ' αὐτοῖς ἐλπίσιν, αἱ προσετώσαι τοῦ τέγγους πάρναϊ, ἀνάδην εἰσδεχόμεναι τοὺς βουλομένους ἅπαντας. Chrysostomus in *oratione de sancto Babyta contra gentiles*, τὰς ἀπὸ τοῦ τέγγους γυναῖκας vocat meretrices.

βλους, καὶ τῶν ψευδῶν διδαγμάτων τὰς ὑποθέσεις, τὰ τε πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιτετηθευμένα διαγῶναι, οὐ κατὰ πάρεργον τῇ δεδηλωμένῃ τοῦ Εἰρηναίου παραδομένῃ βιβλίῳ. Πάσης μὲν οὖν ἀρχηγὸν αἰρέσεως πρῶτον γενέσθαι τὸν Σίμωνα παρελήφμεν. Ἐξ οὗ καὶ εἰς δεῦροί τὴν κατ' αὐτὸν μετιόντες αἵρεσιν, τὴν σώφρονα καὶ διὰ καθαρότητα βίου παρὰ πᾶσι βεβοημένην Χριστιανῶν φιλοσοφίαν ὑποκρινόμενοι, ἧς μὲν ἔδοξαν ἀπαλλάττεσθαι περὶ τὰ εἰδῶλα δεισιδαιμονίας οὐδὲν ἤττον αὐθις ἐπιλαμβάνονται, καταπίπτοντες ἐπὶ γραφᾶς καὶ εἰκόνας, αὐτοῦ τε τοῦ Σίμωτος καὶ τῆς ἐν αὐτῷ δηλωθείσης Ἑλένης, θυμιάμασι τε καὶ θυσίαις καὶ σπονδαῖς τούτους θρησκεύειν ἐπιχειροῦντες (49). Τὰ δὲ τούτων αὐτοῖς ἀποβῆτότερα, ὧν φασὶ τὸν πρῶτον ἐπακούσαντα ἐκπλαγῆσεσθαι, καὶ κατὰ τὴν παρ' αὐτοῖς λόγιον ἐγγραφον θαμβωθῆσεσθαι, θάμβους ὡς ἀληθῶς καὶ φρενῶν ἐκστάσεως καὶ μανίας ἐμπλεω τυγχάνει, τοιαῦτα ὄντα, ὡς μὴ μόνον μὴ δυνατόν εἶναι παραδοθῆναι γραφῇ, ἀλλ' οὐδὲ χεῖλαισιν αὐτὸ μόνον δι' ὑπερβολὴν αἰσχροργίας τε καὶ ἀρρητοπίας, ἀνδράσι σώφροσι λαληθῆναι. "Οὐ τι ποτὲ γὰρ ἀνείη ἢ ἐπισηοθεῖη παντὸς αἰσχροῦ μιαιώτερον, τοῦτο πᾶν ὑπερηχόντισεν ἢ τῶνδε μυσαρωτάτῃ αἵρεσις, ταῖς ἀθλίαις καὶ παντοίων ὡς ἀληθῶς κακῶν σεσωρευμέναις γυναιξίν ἐγκαταπαίζόντων.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

*Περὶ τοῦ κατὰ Ῥώμην κηρύγματος Πέτρου τοῦ ἀποστόλου (Nic. H. E. II, 14).*

Τοιούτων κακῶν πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν Σίμωνα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὡς περὶ μέγαν καὶ μεγάλων ἀντίπαλον τῶν θεσπεσίων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων, ἡ μισόκαλος καὶ τῆς ἀνθρώπων ἐπίβουλος σωτηρίας πονηρὰ δύναμις προύστησαστο. "Ομως δ' οὖν ἡ θεία καὶ ὑπερουράνιος χάρις, τοῖς αὐτῆς συναρμομένη διακόνους (50), δι' ἐπιφανείας αὐτῶν καὶ παρουσίας, ἀναπτομένην τοῦ πονηροῦ τὴν φλόγα ἢ τάχος ἐσθένυ, ταπεινοῦσα δι' αὐτῶν καὶ καθαιρούσα πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀπὸ δὲ οὗτε Σίμωτος οὐτ' ἄλλου τοῦ τῶν τότε φυέντων συγχρότημά τι κατ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἀποστολικούς ὑπέστη χρόνους. Ὑπερνεῖκα γὰρ καὶ ὑπερίσχυε τὰ πάντα τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος, ὃ τε λόγος αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔστυ θεοθεν ἀνθρώποις ἐπιλάμψας ἐπὶ γῆς τε ἀκμάζων, καὶ τοῖς ἰδίους ἀποστόλοις ἐμπαιτευόμενος. Αὐτίκα ὁ δηλωθεὶς γόγης ὡς περ ὑπὸ θείας καὶ παραδόξου μαρμαρυγῆς τὰ τῆς διανοίας πληγῆς ὄμματα, ὅτε πρότερον ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἐπ' αἷς ἐπονηρεύσαστο πρὸς τοῦ ἀποστόλου Πέτρου κατεφωρόθη, μεγίστην καὶ ὑπερπόντιον ἀπάρις πορείαν τὴν ἀπ' ἀνατολῶν, ἐπὶ δυσμᾶς ὤχετο φεύγων, μόνως αὐτῇ βιωτῶν αὐτῷ κατὰ γνώμην εἶναι οἰόμενος.

(49) *Θρησκεύειν ἐπιχειροῦντες.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni ἐπιχειροῦντας. Et paulo post, ubi legitur ἐμπλεω τυγχάνει, iidem codices scriptum exhibent ἐμπλεα. In optimo tamen exemplari j Mazariano adnotatum est ad platus eadem manu: Γρ. ἐπιχειροῦντες.

A hæreticæ pravitatis auctorum initia, vitam, falsorum dogmatum causas ac rationes, studia denique et instituta singulorum, ex supradictis Irenæi libris a quo hæc accurate tradita sunt, liceat volentibus cognoscere. Sane hunc Simonem hæreticæ pravitatis principem atque auctorem fuisse accepimus. Unde ad nostram usque ætatem quicumque ejus sectam profitentur, cum se Christianam religionem plenam modestiæ et sanctitatis amplecti simulaverint: tamen et ad superstitiosum dæmonum cultum quem abjicere visi fuerant, deinceps nihilominus relabuntur, dum ante Simonis et supradictæ illius Helenæ picturas atque imagines proni sese abjiciunt, eosque suffimentis et sacrificiis ac libationibus colere non verentur. Et quæ apud illos secretiora habentur, quibus auditis protinus animos audientium aiunt percelli, et ut verbis utar oraculi quod perscriptum habent, obstupescere: revera stuporis et dementiæ atque insaniciæ plenissima sunt: adeo ut non modo scriptis prodi, sed ne sermone quidem efferi possint a modestis hominibus, ob nimiam turpitudinem atque obscenitatem. Nihil enim tam impurum aut esse aut excogitari unquam potest, quod flagitiosissima illorum secta longo intervallo non superet, dum miseris atque omni scelere coopertis mulieribus illudunt.

#### CAPUT XIV.

*De prædicatione Petri apostoli in urbe Roma.*

Hunc igitur tantorum scelerum auctorem atque architectum Simonem dæmon virtutis inimicus, et hominum salutem infestissimus his temporibus in medium produxit, ut magnis et admirabilibus Servatoris nostri apostolis par adversarius consisteret. Verum 52 cœlestis Dei gratia quæ ministris suis semper auxilio est, per eorundem adventum ac præsentiam flammam illam a dæmone accensam subito restinxit, et superbiæ fastum ac tumorem qui se adversus Dei notitiam extulerat, dejecit ac depressit. Quocirca nec Simonis nec aliorum qui tunc temporis exorti sunt, conspiratio, apostolorum ætate quidquam valuit. Omnes enim machinas retundebat, cunctaque superabat splendor veritatis, Verbiq; ipsius divini potentia quod nuper hominibus affulserat, et tum maxime in terris vigeat, et in suorum apostolorum mentibus insidebat. Statim ergo præstigiator ille quem diximus, diviniæ lucis insperato quodam splendore percussus, simul atque in Judæa a Petro apostolo convictus est, omniaque ejus maleficia patefacta, longissime trans mare fugam arripuit, ab orientis partibus ad occidentem profectus; neque aliter se libere et ex ani-

(50) *Vulg. τοῖς αὐτοῖς συναρμομένη διακόνους.* Ita ex codice Med. editit Rob. Stephanus. Sed longe rectius in codice Regio, Mazar., Fuketiano et Savil. scribitur τοῖς αὐτῆς συναρμομένη, etc. Quin etiam Nicephorus hanc scripturam confirmat. Habet enim τοῖς ἐκείνης διακόνους.

mi sui sententia victurum esse speravit. Tandem ad urbem Romam delatus, ope atque adjumento subsidentis ibidem dæmonis, brevi conatus suos tantopere promovit, ut illius civitatis homines ei tanquam deo statuam collocarint. Sed hæc non diu ex voto illi fluxerunt. Confestim enim ipsis Claudii Augusti temporibus, benigna et clementissima Dei providentia fortissimum et maximum inter apostolos Petrum et virtutis merito reliquorum omnium principem ac patronum Romam adversus illam generis humani labem ac pestem perducit. Qui tanquam strenuus divinæ militiæ ductor cœlestibus armis munitus, pretiosam illam lucis intelligibilis mercem ab oriente ad eos qui versus occasum habitabant, detulit : lucem ipsam et salutarem mentibus doctrinam, regnum scilicet cœlorum eis annuntians.

## CAPUT XV.

*De Evangelio secundum Marcum.*

Igitur cum Dei doctrina Romanos adventu suo illustrasset, Simonis quidem vis ac potentia cum ipso simul auctore brevi extincta atque deleta est. Tantus autem veritatis fulgor emicuit in mentibus eorum qui Petrum audierant, ut parum haberent semel audisse, **53** nec contenti essent cœlestis verbi doctrinam viva voce, nullis traditam scriptis accepisse : sed Marcum Petri sectatorem cujus hodieque exstat Evangelium, enixe orarent ut doctrinæ illius quam auditu acceperant, scriptum aliquod monumentum apud se relinqueret. Nec prius destiterunt quam hominem expugnassent, auctoresque C scribendi illius quod secundum Marcum dicitur, Evangelii extitissent. Quod cum Petrus per revelationem sancti Spiritus cognovisset, delectatus ardenti hominum studio, librum illum auctoritate sua comprobasse dicitur, ut deinceps in ecclesiis legeretur. Refertur id a Clemente in sexto *Institutionum* libro. Cui testis etiam accedit Papias, Hierapolitanus episcopus. Porro Marci mentionem fieri aiunt a

(51) *Τῆς ἐφεδρευούσης.* Male hunc locum cepit Rufinus, sic enim vertit : *Is urbem Romam ingressus, utens adminiculo assistentis sibi et adherentis dæmoniacæ virtutis, quam paredrum vocant.* Verum Eusebius loquitur de dæmone, qui in urbe Roma quasi in capite totius mundi, sedem ac domicilium posnerat. In codice Fuketiano et Saviliano legitur *συνεδρευούσης.*

(52) *Ὦν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο.* Ex his Eusebii verbis perspicue colligitur, Simonis Magi interitum Romæ contigisse principatu Claudii Augusti. Nam Eusebius scribit Petrum regnante Claudio Romam venisse ; statimque Simonis magicas artes Petri adventu discussas, et cum auctore ipso destructas fuisse. Eusebium secutus Symeon Metaphrastes, Simonis interitum Claudii temporibus accidisse scribit. At Baronius in *Annalibus*, et Sigonius in librum secundum *Historiæ sacræ Sulpicii Severi*, id Neronis temporibus accidisse contendunt : ejus rei auctores habent Severum, Augustinum, Philastrium et Maximum Taurinensem. Ego vero Eusebii sententiam v-riorem puto. Cum enim constet ex Justino et Ireneo, Simonem sub Claudio Romam venisse et fraudulenta edidisse miracula ; cumque etiam constet, Petrum ejusdem Claudii ten-

Α *Ἐπιβάς δὲ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, συναιρομένης αὐτῷ τὰ μέγιστα τῆς ἐφεδρευούσης (51) ἐνταῦθα δυνάμει, ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως ἤνυστο, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει πρὸς τῶν τῆδε οἷα θεῶν τιμηθῆναι. Οὐ μὴν εἰς μακρὸν αὐτῷ ταῦτα προὔχρει. Παραπόδας γοῦν ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἡ πανάγαθος καὶ φιλοανθρωποτάτη τῶν ὄλων Πρόνοια, τὸν καρτερόν καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἀπάντων προήγορον, Πέτρον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὡς ἐπὶ τηλικούτον λυμεῖνα βίου χειραγωγεῖ, ὃς οἷα τις γενναῖος τοῦ θεοῦ στρατηγὸς τοῖς θεοῖς ὄπλοις φραζάμενος, τὴν πολυτίμητον ἐμπορεῖαν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐξ ἀνατολῶν τοῖς κατὰ δύσιν ἐκόμιζεν. φῶς αὐτὸ καὶ λόγον ψυχῶν σωτήριον, τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας B εὐαγγελίζόμενος.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

*Περὶ τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου (Nic. H. E. II, 15).*

Οὕτω δὴ σὺν ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς τοῦ θείου λόγου, ἡ μὲν τοῦ Σίμωνος ἀπέσθη καὶ παραχρήμα σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο (52) δύναμις, τοσοῦτο δ' ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκρατῶν τοῦ Πέτρου διανοαῖς εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰσάπαξ ἰκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μὴδὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ, παρακλήσει δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ Εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς καταλείψει διδασκαλίας, μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι, ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτη αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου γραφῆς. Γίνοντα δὲ τὸ πραχθῆν φασὶ τὸν ἀπόστολον ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ Πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαι τε τὴν γραφὴν εἰς ἑντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις. Κλήμηξ ἐν ἑκτῷ τῶν *Ἐπιτομῶσεων* (53) παρατέθειναι τὴν ἱστορίαν, συνεπιμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, ὀνόματι Παπίας. Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν (54) τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, ἣν

poribus Romam se contulisse ad Simonis fraudes confutandas, verisimile non est Simonem tam diu, præsentem atque astantem Petro insultasse fidei Christianæ. Sed qui Simonis exitum in Neronis conferunt tempora, id fecisse videntur, ut triumphum de Simone acti particeps esset Paulus. Norant enim Paulum apostolum Nerone demum regnante venisse Romam. Itaque ut certamini illi Petri cum Simone interesset, certamen illud in Neronis tempora contulerunt. Porro de certamine illo et de Simonis volatu, nullum hic verbum dixit Eusebius. Silent etiam Ireneus et Justinus. Certe Icarus ille Simonis interitus, quomodo consentire possit cum statua illa *Simonis Sancti Dei*, equidem non video.

(53) *Κλήμηξ ἐν ἑκτῷ τῶν Ἐπιτομῶσεων.* Locus Clementis quem hic designat Eusebius, refertur infra in libro vi *Historiæ ecclesiasticæ*, capite decimo quarto, ad quem locum, Deo juvante, plura dicturi sumus.

(54) *Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν.* Hæc verba sic accepit Rufinus, quasi id a Papiâ relatum fuisset. Sic enim vertit : *Cuique simile dat testimonium etiam Hierapolites episcopus Papias : qui et hoc dicit, quod Petrus in prima Epistola sua Marci meminere. Eundem sensum in interpretatione sua secutus est*

καὶ συντάξει φασιν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, σημαίνει τε τοῦτ' αὐτὸν τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλώνα (55) προσειπόντα διὰ τούτων· « Ἀσπάξεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή, καὶ Μάρκος ὁ υἱὸς μου. »

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὡς πρῶτος ὁ Μάρκος τοῖς κατ' Αἴγυπτον τὴν εἰς τὸν Χριστὸν γινώσκων ἐκήρυξεν (Nic. H. E. II, 15).

Τούτον δὲ Μάρκον πρῶτον φασιν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στείλαμενον (56), τὸ Εὐαγγέλιον ὁδὴ καὶ συνεγράψατο, κηρύξαι, ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι. Τοσαύτη δ' ἄρα τῶν αὐτόθι πεπιστευκότων πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς συνέστη, δι' ἀσκήσεως φιλοσοφίας τε καὶ σφοδρότατης, ὡς καὶ γραφῆς αὐτῶν ἀξιώσαι τὰς διατριβὰς καὶ τὰς συναλύσεις, τὰ τε συμπόσια, καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην τοῦ βίου ἀγωγὴν τὸν Φίλωνα.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ὡς περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἀσκητῶν ὁ Φίλων ἱστορεῖ (Nic. H. E. II, 16, 17).

Ὅν καὶ λόγος ἔχει κατὰ Κλαύδιον ἐπὶ τῆς Ῥώμης εἰς ὁμίλιαν ἐλθεῖν Πέτρω, τοῖς ἐκεῖσε τότε κηρύττοντι. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἀν εἶη τοῦτο γε, ἐπεὶ καὶ ὁ φημεν σύγγραμμα εἰς ὕστερον καὶ μετὰ χρόνους αὐτῷ πεποιημένον, σαφῶς τοὺς εἰς ἔτι νῦν καὶ εἰς ἡμᾶς

Musculus. Nos vero hæc verba a præcedentibus omnino sejunximus: quod etiam Hieronymus ante nos fecisse reprehenditur.

(55) *τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλώνα.* Romanam Petrus figurate Babylonem vocavit, vel ob magnitudinem ac potentiam, vel propter impietatem, eo quod dæmonium cultui dedita tunc esset Roma perinde ac olim Babylon. Potest etiam alia ratio hujus cognominis afferri, quod scilicet ut Babylonii Judæos in servitum redegerant, sic Romani tunc Judæos ditioni suæ subjecissent. Sunt qui in dicta Petri Epistola, Babylonis nomine non Romam, sed Babylonem ipsam quæ caput fuit Assyriorum, designari contendunt. Verum hi omnium veterum Patrum testimonio refelluntur. Certe qui Petrum Babylonem sedisse volunt, ostendant nobis oportet successionem episcoporum, qui Babylonis Ecclesiam post Petrum administrarunt. Proferant igitur fastos Ecclesiæ illius, sicut nos successiones episcoporum urbis Romæ qui post Petrum apostolum Romanæ Ecclesiæ præfuerunt, ex Irenæo aliisque proferimus. Quæ, malum, impudentia est, id quidem quod nemo veterum dixit, temere affirmare; Petrum scilicet sedem fixisse Babylonem: id vero quod veteres omnes ecclesiastici scriptores disertissime prodiderunt, adventum videlicet Petri in urbem Romam, pertinaciter negare. Atqui nihil in tota historia ecclesiastica illustrius, nihil certius atque testatius, quam adventus Petri apostoli in urbem Romanam. Nam præter Papiam et Clementem Alexandrinum quorum testimonia hic affert Eusebius, idem scribit Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem episcopum urbis Romæ, Irenæus, Caius presbyter in *Disputatione adversus Proclam*, Origenes in *tomio in Explanationum in Genesim*. Quorum omnium loca, id quod dixi affirmantiam, sparsim in hoc opere citata reperiet diligens lector.

(56) *Μάρκον ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στείλαμενον.* Quo anno Marcus in Ægyptum profectus sit ad prædicandum Evangelium, non satis constat inter antiquos scriptores. Auctor *Chronici Alexandrini* id

A Petro in priore Epistola, quam Romæ scriptam esse contempdunt, idque Petrum ipsum innuere, qui Romam figurate Babylonem appellat his verbis: « Salutatur vos Babylonis Ecclesia a Deo perinde ac vos electa, et Marcus filius meus. »

#### CAPUT XVI.

*Quomodo Marcus notitiam Dei primus Ægyptiis prædicaverit.*

Cæterum hunc Marcum in Ægyptum profectum, Evangelium quod ipse conscripserat, primum illic prædicasse perhibent, et in ipsa urbe Alexandria ecclesias constituisse. Tanta porro multitudo virorum simul ac mulierum qui fidem Christi illic amplexi fuerant, ab ipso statim initio tam severam tamque philosophicam institutionem professa est, ut studia illorum et cætus atque convivia, totamque vivendi rationem scriptis suis commemorare operæ pretium duxerit Philo.

#### CAPUT XVII.

*Quæ Philo de ascetis in Ægypto commemoret.*

Quem quidem Philonem fama est Claudii Augusti temporibus Romæ cum Petro qui verbum Dei illic prædicabat, familiarem congressum habuisse. Neque id certe a veritate abhorret. Nam et commentarius ille de quo loquimur, multis post annis ab

refert anno in Cæli Caligulæ. Georgius quoque Syn-cellus in eadem est sententia. Eusebius autem in *Chronico*, Marci profectionem confert in annum secundum imp. Claudii. Sed si verum est id, quod Clemens et Papias retulerunt, Marcum una cum Petro venisse Romam, ibique rogatum a Romanis Evangelium conscripsisse; priusquam de tempore profectionis Marci in Ægyptum dicamus, inquirendum est, quo anno Petrus in urbem Romam advenerit. Eusebius quidem in *Chronico*, Petri in urbem Romam adventum refert anno secundo Claudii Augusti, quam sententiam secuti sunt Baronius et Petavius, aliique plures. Sed hæc sententia refelli videtur ex Actibus apostolorum, ex quibus constat Petrum in Judæa ac Syria semper mansisse usque ad ultimum annum Agrippæ regis. Qui cum Hierosolymis Petrum in vincula conjecisset, paulo post, divina eum insequente justitia, extinctus est Cæsareæ, ut refert Lucas. Cum igitur anno quarto Claudii mortuus sit Agrippa, ut inter omnes convenit, Petrus ante hunc annum Romam proficisci non potuit. Hanc opinionem valde confirmat Apollonius vetus scriptor, qui adversus Montani hæresim luculentis voluminibus decertavit. Is scribit se ex traditione majorum ita accepisse, apostolos post duodecimum ab Ascensione Domini annum a se invicem discessisse, cum Christus ita ipsis præcepisset. Verba Apollonii habentur *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii nostri lib. v, cap. 18. Idem refert Beda in *cap. XIII Actuum apostolorum*. Sed auctor *Chronici Alexandrini* adventum Petri in urbem Romanam adhuc tardius refert. Scribit enim Paulum venisse Hierosolyma ob controversiam de circumcisione anno sexto Claudii; coque anno celebratum esse concilium Hierosolymitanum, apostolos nondum a se invicem disjunctis. Itaque ex ejus sententia, Petrus non ante annum VII Claudii Romam profectus est. Sed dolendum est, quod in eo *Chronico* viginti circiter annorum lacuna est. Ita Marcus anno Claudii nono Alexandriam profectus fuerit, quæ est sententia Eutychie patriarchæ Alexandrini.



eo elaboratus, omnes ecclesiasticas regulas quæ a nobis etiamnum servantur, 54 manifeste continet. Et cum philosophorum ascetarumque nostrorum vitam describit, satis superque indicat se non modo vidisse, sed etiam vehementer probare et mirari apostolicos viros qui ex Hebræis, ut credibile est, oriundi, ob eam causam Judaicos ritus atque instituta tunc temporis magna ex parte servabant. Primum igitur in eo libro quem *De vita contemplativa* seu *De supplicibus* inscripsit, postquam nihil a veritate alienum narrationi quam instituit de suo se attesturum esse professus est, viros quidem ipsos Therapeutas, feminas vero simul cum ipsis versantes Therapeutrias ait appellari, causamque istius appellationis subiungit, seu quod tanquam medici quidam, animos eorum qui ad ipsos accesserant, vitiosis affectibus liberatos curarent, seu quod ipsi divinum Numen caste ac sincere colerent. Porro utrum Philo ipse hanc illis appellationem indiderit, commentus vocabulum quod eorum hominum moribus institutisque congrueret; an revera

(57) *Τῶν παρ' ἡμῶν ἀσκητῶν*. Musculus et Christophorus *monachos* his verbis significari existimant; a quibus magnopere dissentio. Ἀσκητὰς enim priscis illis temporibus vocabant eos qui inter Christianos strictius quoddam ac durius vitæ genus profitebantur. Quam vocem a philosophis mutuaverant, qui exercitationem virtutis atque abstinentiæ ἀσκησιν vocabant. Est apud Arrianum in lib. III *Dissertationum*, caput *Περὶ ἀσκήσεως*. Sic apud Artemidorum in lib. IV, cap. 35, Alexander quidam philosophus Ἀσκητὴς vocatur. Et Philo in illud: *Excitatus est Noe*, pag. 280, ἀσκητὴν pietatis exercitium deditum vocat. Recte igitur Rufinus hæc Eusebii verba, tam de clericis quam de monachis interpretatus est: *Sed et abstinentium vitas, eorum duntaxat, qui nunc in ecclesiis vel monasteriis degunt, describit ad iquidum*. Hæc si animadvertisset Scaliger, non tam facile reprehendisset Eusebium. Neque enim Eusebii monachos a Marco institutos esse dicit Alexandriæ, sed ascetas. Hi autem multum distant a monachis, ut genus distat a specie. Et ascetæ quidem in Ecclesia fuerunt semper; monachorum vero nomen et institutum serius cœpit. Scio Cassianum in lib. II *Institutionum*, capite 5, Sozomenum et alios, hunc Eusebii locum de monachis accepisse. Verum hi ab Eusebii mente, meo quidem iudicio, long aberrant.

(58) *Vulg. προσθήσειν οἷς ἱστορήσειν ἐμελλεν*. Ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in tribus nostris codicibus Max., Med. et Fuk. aliter scribitur hic locus, οὐκ ὄθεν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ προσθήσειν, ἐν οἷς ἱστορήσειν ἐμελλεν ἀπισχυρισάμενος. Quæ quidem lectio rectori nihil videtur.

(59) *Περὶ βίου θεωρητικοῦ*. Exstat hodieque hic Philonis liber in quo disserit Philo de vita quorundam philosophorum, qui, relictis civitatibus, in agro et solitudine degentes, orationibus et contemplationi vacabant, quos θεραπευτὰς dictos fuisse ait, et mulieres θεραπευτριάς. Hos Eusebius noster vult fuisse Christianos, qui ex Hebræis conversi ab evangelista Marco, strictiorem quamdam vivendi disciplinam fuerant amplexi. At Scaliger in lib. VI *De emendatione temporum*, Essenos illos fuisse contendit: et Eusebium graviter reprehendit, qui Christianos illos fuisse affirmaverit. Duo enim genera Essenorum fuisse scribit Scaliger; et alios quidem fuisse πρακτικούς, de quibus in priore libro disserit Philo; alios θεωρητικούς. Ego vero in hoc quidem libenter assentior Scaligero, quod θεραπευ-

α πεφυλαγμένους τῆς Ἐκκλησίας περιέχει κανόνας. Ἄλλὰ καὶ τὸν βίον τῶν παρ' ἡμῶν ἀσκητῶν (57) ὡς ἐνὶ μάλιστα ἀκριβέστατα ἱστορῶν, γένοιτ' ἂν ἐκδηλος, οὐκ εἰδῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποδεχόμενος, ἐκθειάζων τε καὶ σεμνύνων τοὺς κατ' αὐτὸν ἀποστολικοὺς ἀνδρας. ἐξ Ἑβραίων ὡς εἰκοιγε γέγοντας, ταύτη τε Ἰουδαϊκώτερον τῶν παλαιῶν ἐστὶ τὰ πλεῖστα διατηροῦντας εἰδῶν. Πρῶτον γέ τοι τὸ μῆδεν πέρα τῆς ἀληθείας οὐκ ὀθέν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ προσθήσειν, ἐν οἷς ἱστορήσειν ἐμελλεν (58) ἀπισχυρισάμενος, ἐν ᾧ ἐπέγραψε λόγῳ *Περὶ βίου θεωρητικοῦ* (59) ἢ *ικετῶν*, θεραπευτὰς αὐτοὺς καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς γυναῖκας θεραπευτριάδας ἀποκαλεῖσθαι φησι, τὰς αἰτίας ἐπεικῶν τῆς τοιαύτης προσρήσεως, ἧτοι παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς. τῶν ἀπὸ κακίας παθῶν, λατρῶν δίκην ἀπαλάττοντας ἀκρίβησθαι καὶ θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ τὸ θεῖον καθαράς καὶ εὐκρινούς θεραπείας τε καὶ θρησκείας ἕνεκα. Εἴτ' οὖν ἐξ ἑαυτοῦ ταύτην αὐτοῖς ἐπιτίθειται τὴν προσηγορίαν, οὐκ εὖς ἐπιγράφας τῶν τρῶπι τῶν ἀνδρῶν τοῖνομα, εἴτε καὶ ὄντως τοῦτ' αὐτοὺς ἐκάλου καταρχὰς οἱ πρῶτοι, μηδαμῶς τῆς

τὰς illos negat Christianos unquam fuisse. Idque paulo post pluribus argumentis demonstrabimus. Sed quod idem Scaliger dicit, illos Philonis θεραπευτὰς Essenos fuisse, id mihi persuadere non possum. Nam primum quidem Philo in toto illo libro *De vita contemplativa*, nusquam illos Essenos nominat. Imo statim in ipso libri exordio, θεραπευτὰς ait nuncupatos fuisse, et mulieres ejusdem instituti θεραπευτριάδας. Deinde Essenii quidem in Judæa tantum erant ac Palæstina, ut disertè scribit Philo, tum in libro *Quod omnis probus sit liber*; tum in *Apologia pro Judæis*, quam citat Eusebius in libro VIII *De præparatione*. Therapeutæ vero per omnem Græciam ac Barbariam diffusi erant. Sed præcipue in Ægypto circa Mareotem degabant, ut ait Philo, qui Mareoticam eorum patriam et quasi metropolim fuisse testatur, quo præstantissimus quisque Therapeutarum commigrabat. Denique Josephus, diligentissimus alioqui scriptor, cum de Essenorum secta duobus in locis ex professo disseruerit, tamen de illis θεωρητικοῖς Essenis ne verbum quidem dixit. Mitto quod Therapeutis illis multa attribuit Philo, quæ ab Essenorum secta longe abhorrent. Cujusmodi illud est quod de mulieribus therapeutibus dicit, cum tamen Philo disertè testetur Essenos muliebrem sexum aversari. Jam illud quod ait Philo, Therapeutas patrimonium suum propinquis et amicis sponte relinquere, an non manifeste pugnat cum eo quod Josephus affirmat, Essenos scilicet nihil propinquis suis donare, sed omnia in commune conferre. Fefellit Scaligerum Philonis locus, qui librum suum *De vita contemplativa* sic exorditur: Ἐσσαίων περὶ διαλεχθεῖς οἱ τὸν πρακτικὸν ἐξήλωσαν καὶ διεπόνησαν βίον, ἐν ἀπασι, ἢ τὸ γούν εὐφορητότερον εἰπεῖν τοῖς πλείστοις μέρεσι διενεγκόντες, αὐτίκα καὶ περὶ τῶν θεωρίαν ἀσπασαμένων λέξω. Scilicet Scaliger Ἐσσαίων, subaudiri existimavit. Sed nihil necesse est. At, iniquis, quinam igitur fuerunt Therapeutæ? Judaicæ quidem religionis cultores illos fuisse non diffiteor, maxime cum Philo nihil præter legem ac prophetas, eos lectitasse dicat. Sed Essenos illos non fuisse, ex iis quæ dixi satis, ut opinor, liquet. Idem nobiscum sentit Photius in *Bibliotheca* cap. 103: Ἀνεγνώσθησαν δὲ τῶν παρὰ Ἰουδαίους φιλοσοφῶντων τὴν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν βίῳ· ὧν οἱ μὲν Ἐσσηνοὶ, οἱ δὲ θεραπευταὶ ἐκαλοῦντο.

Χριστιανῶν πω προσήσεως ἀνά πάντα τόπον ἐπιπε-  
 φημισμένης (60), οὗτι πω διατεινεσθαι ἀναγκαῖον.  
 Ὅμως δ' οὖν ἐν πρώτοις τὴν ἀπόταξιν αὐτοῖς τῆς  
 ὠσίας μαρτυρεῖ, φάσκων ἀρχομένους φιλοσοφεῖν,  
 ἐξιστασθαι τοῖς προσήκουσι τῶν ὑπαρχόντων, ἔπειτα  
 πάσαις ἀποταξαμένοις ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν, ἐξω  
 ταῖων προελθόντας, ἐν μοναγρίοις καὶ κήποις τὰς  
 διατριβάς ποιεῖσθαι, τὰς ἐκ τῶν ἀνομοίων ἐπιμιξίας,  
 ἀλυσιτελεῖς καὶ βλαβεράς εὐ εἰδότας· τῶν κατ' ἐκεῖνο  
 καιροῦ τοῦθ' ὡς εἰκός ἐπιτελούντων ἐκθύμῳ καὶ θερ-  
 μοτάτῃ πίστει, τῶν τὸν προφητικὸν ζῆλον ἀσκού-  
 ντων βίον. Τοιγαροῦν ἀν ταῖς ὁμολογουμέναις τῶν  
 ἀποστόλων Πράξεσιν ἐμφέρεται, ὅτι δὴ πάντες οἱ τῶν  
 ἀποστόλων γνώριμοι, τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις  
 διαπράσκοντες, ἐμέριζον ἅπασιν καθ' ὃ ἂν τις χρεῖαν  
 εἶχεν, ὡς μηδὲ εἶναι τινα ἐνδεῆ παρ' αὐτοῖς· ὅσοι  
 γοῦν κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, ὡς ὁ λόγος  
 φησὶ, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομέ-  
 νων, ἐτίθεσάν τε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων,  
 ὥστε διαδίδοσθαι ἐκάστῳ καθ' ὃ τι ἂν τις χρεῖαν εἶχεν.  
 Τὰ παραπλήσια δὲ τούτοις μαρτυρήσας τοῖς δηλου-  
 μένοις ὁ Φίλων, συλλαβαῖς αὐταῖς ἐπιφέρει λέγων  
 τὰτα περὶ αὐτῶν οὕτω· «Πολλαχοῦ μὲν οὖν τῆς οἰκου-  
 μένης ἐστὶ τὸ γένος. Ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου με-  
 ταχειν καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον. Πλεονάζει  
 δ' ἐν Αἰγύπτῳ καθ' ἕκαστον τῶν ἐπικαλουμένων  
 ἠμῶν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Οἱ δὲ  
 πανταχόθεν ἄριστοι, καθάπερ εἰς πατριδα θεραπευ-  
 τῶν, ἀποικίαν στέλλονται (61) πρὸς τι χωρίον ἐπιτη-  
 δεύσασιν, ὅπερ ἐστὶν ὑπὲρ λίμνης Μαρίας κείμενον  
 ἐπὶ γωλόφου χθαμαλωτέρου σφόδρα εὐκαιρως, ἀσφα-  
 λείας τε ἐνεκα καὶ ἀέρος εὐκρασίας. » Εἰθ' ἐξῆς τὰς  
 εἰρησεις αὐτῶν ὁποῖαί τινες ἦσαν διαγράψας, περὶ  
 τῶν κατὰ χώραν ἐκκλησιῶν ταῦτά φησιν· «Ἐν ἐκάστῃ  
 τῆ οἰκίᾳ, ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ  
 μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι, τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου  
 μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν εἰσκομιζόντες, μὴ ποτὸν,  
 μὴ σιτίον, μήτε τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώ-  
 ματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεοπι-  
 σθητά διὰ προφητῶν καὶ ὕμνων, καὶ τὰλλα οἷς  
 ἐπισημῆ καὶ εὐσέβεια συναυξάνονται καὶ τελοῦνται.»  
 Καὶ μεθ' ἑτερά φησι· «Τὸ δὲ ἐξ ἔθωνοῦ μέχρις  
 ἐσπέρας διάστημα σύμπαν αὐτοῖς ἐστὶν ἀσκησις.  
 Ἐντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, φιλοσο-  
 φῶσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν (62) ἄλληγοροῦντες,  
 ἐπειδὴ σύμβολα τὰ τῆς ῥητικῆς ἐρμηνείας νομιζοῦσιν ἀ-  
 πωκεκρυμμένης φύσεως, ἐν ὑπονοῖαις δηλούμενης (63).

(60) Ἐπιπεφημισμένης. In tribus nostris codici-  
 bus Maz., Med. ac Fuk. scriptum inveni ἐμπεφη-  
 μιμένης.

(61) Εἰς πατριδα ἀποικίαν στέλλονται. Hic im-  
 proprie loquitur Philo. Nam coloni ex patria, potius  
 quam in patriam migrare dicuntur. Et tamen figu-  
 ra est non inelegans, ἀποικίαν εἰς πατριδα στέλλε-  
 σθαι. Nam Therapeutæ qui, relicta patria, in Ægy-  
 ptum ad pagum Mareoticum commigrabant, merito  
 dicuntur in coloniam mitti. Jam vero cum iidem  
 Therapeutæ locum illum pro patria habuerint, recte  
 dicuntur in patriam migrasse, cum illic proficisce-  
 rentur.

(62) Φιλοσοφῶσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν. Ita  
 ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in

A ab initio ita vocati sint, cum Christianorum no-  
 men nondum ubique diffusum ac pervulgatum es-  
 set, nihil opus est pertinaciter contendere. Cæte-  
 rum ante omnia quidem facultates suas illos abji-  
 cere testatur. Ait enim simul atque ad hoc philo-  
 sophandi genus se contulerint, omnibus eos bonis  
 ad propinquos suos transmissis ultro cedere. Dein-  
 de abjecta omni rerum humanarum cura, extra ur-  
 bem progressos, in hortis agellisque devius degere :  
 quippe qui intelligant dissimilis propositi hominum  
 contubernia et commercia plurimum obesse philo-  
 sophiæ. Quod quidem illius temporis Christiani ge-  
 neroso quodam ac divino fidei ardore successi in-  
 stituisse mihi videntur, cum prophetiçam vivendi  
 rationem æmulari studerent. Etenim in Actibus  
 B apostolorum, qui nihil præter sinceram veritatem  
 continent, scriptum habetur, omnes apostolorum  
 discipulos prædiis et facultatibus suis venditis,  
 pretium fratribus prout cujusque necessitas flagi-  
 tabat, divisisse, adeo ut inter ipsos nemo egenus  
 exsisteret. Quotquot enim possessores agrorum aut  
 domorum erant, ut ait Lucas, vendentes afferebant  
 pretia eorum quæ vendebantur, et ponebant ante  
 pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis  
 prout cuique opus erat. His plane similia de Thera-  
 peutis postquam Philo 55 testatus est, tum ista ad  
 verbum subjungit : « Id genus hominum in variis  
 orbis regionibus sparsum reperitur. Græcos enim  
 et barbaros tanti boni participes fieri decebat. Flo-  
 ret tamen præcipue in Ægypto, per singulas ejus  
 præfecturas diffusum, maxime vero circa Alexan-  
 driam. Cæterum ex omnibus terræ partibus optimi  
 quique in locum quemdam opportunissimum, qui  
 est trans Mariam paludem in colle terreno satis hu-  
 mili situs, et tum propter securitatem, tum ob cæli  
 temperiem commodissimus, tanquam in patriam  
 Therapeutarum migrant. » Hinc postquam cujus-  
 modi essent illorum domicilia descripsit, de ec-  
 clesiis quas variis in locis exstructas habent, ita  
 dicit : « In singulis autem domiciliis est quoddam  
 sacellum quod semneum et monasterium appellatur.  
 In quo soli, remotis arbitris, sanctioris vitæ myste-  
 ria peragunt. Nec cibum potumve, nec eorum quæ  
 ad corporis curam pertinent quidquam eo secum  
 inferunt : sed legem duntaxat et prophetarum ora-  
 cula hymnosque et alia hujusmodi, quibus pietas  
 simul ac scientia augentur et consummantur. »

codice Maz. ac Med. scriptum inveni τὴν πάτριον  
 φιλοσοφῶσι σοφίαν. In codice autem Fuk. legitur  
 τὴν πάτριον φιλοσοφῶσι φιλοσοφίαν. Quod mihi qui-  
 dem rectius videtur. Sic enim Philo loqui solet de  
 Judæis, ut in lib. iii De vita Mosis, εἰσέτι νῦν φι-  
 λοσοφῶσι ταῖς ἐβδόμαις Ἰουδαῖοι τὴν πάτριον φιλο-  
 σοφίαν· et in Legatione ad Caium, καὶ μάλιστα ταῖς  
 ἐβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φι-  
 λοσοφίαν.

A γυμνάζοντες δὲ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ προπαρασκευάζοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰς ἐξῆς ἡμέρας ἐφόδια. Τοῖς δ' ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων φρουρὰν νύκτωρ ἐξεργύσασιν ἐπὶ λαγάνων συλλογὴν ἀγρίων καὶ πάσας, ὑπαντῶντες, οὗ ἦδη διασφευγῆναι τοὺς πολεμίους ἐδόκουν, ἀφ' ἧρας τὰ κομισθέντα, καὶ πολλὰς ἰκετεύοντων, καὶ τὸ φρικτότατον ἐπικαλουμένων ἕνεκα τοῦ θεοῦ μεταδοῦναι τι μέρος αὐτοῖς, ὧν κινδυνεύσαντες ἤνεγκαν, οὐδοιοῦν μετέδοσαν. Ἀγαπήτων δ' ἦν, τὸ μὴ καὶ προσπολέσθαι σεσυλημένον. Τούτοις δὲ μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· «Ἰουδαίους δὲ μετὰ τῶν ἐξόρων ἀπεκόπη πᾶσα σωτηρίας ἐλπίς. Καὶ βαθύνας ἑαυτὸν ὁ λιμὸς, κατ' οἶκους καὶ γενεὰς τὸν δῆμον ἐπέθεσκετο. Καὶ τὰ μὲν τέγγη πεπλήρωτο γυναικῶν καὶ βρεφῶν λελυμένων, οἱ στενωποὶ δὲ γερόντων νεκρῶν. Παιδῆς δὲ καὶ νεανία διαιοῦντες, ὡς περ εἰδῶλα κατὰ τὰς ἀγορὰς ἀνειλοῦντο καὶ κατέπιπτον, ὅποι τινὰ τὸ πάθος καταλαμβάνοι· θάπτειν δὲ τοὺς προσήκοντας, οὔτε ἴσχυον οἱ κάμνοντες, καὶ τὸ διευτονοῦν ὄνκει, διὰ τε τὸ πλήθος τῶν νεκρῶν, καὶ τὰ κατὰ σφᾶς ἀδύλον. Πολλοὶ γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτῶν θαπτομένοις ἐπαπέθνησκον, πολλοὶ δ' ἐπὶ τὰς θήκας πρὶν ἐπιστῆναι τὸ χρεῖον, προήλθον. Οὔτε δὲ θρήνος ἐν ταῖς συμφοραῖς, οὔτε ὀλοφύρμῳς ἦν, ἀλλὰ ὁ λιμὸς ἤλεγχε τὰ πάθη. Ξηροῖς δὲ τοῖς ὄμμασιν (55) οἱ δυσθανατοῦντες ἐφεύρων τοὺς φθάσαντας ἀναπαύσασθαι. Βαθεῖα δὲ τὴν πόλιν περιεῖχε σιγὴ, καὶ νύξ θανάτου γέμουσα. Καὶ τούτων οἱ λησταὶ χαλεπώτεροι. Τυμωρυχοῦντες γοῦν τὰς οἰκίας, ἐσύλων τοὺς νεκροὺς, καὶ τὰ καλύμματα τῶν σωμάτων περισπῶντες, μετὰ γέλωτος ἐξήρισαν. Τὰς τε ἀκμὰς τῶν ξιφῶν (54) ἐδοκίμαζον ἐν τοῖς πτώμασι, καὶ τινὰς τῶν ἐρβριμένων ἐτι ζῶντας διήλαινον, ἐπὶ πείρα τοῦ σιδήρου. Τοὺς δὲ ἰκετεύοντας χρῆσαι σφισσι δεξιὰν καὶ ξίφος, τῷ λιμῷ κατέλιπον ὑπερηφανοῦντες. Καὶ τῶν ἐκπνεόντων ἕκαστος, ἀνεὺς εἰς τὸν ναὸν ἐφεύρα (53), τοὺς στασιαστὰς ζῶντας ἀπολιπῶν. Οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ἐκ τοῦ δημοσίου θησαυροῦ θάπτειν ἐκέλευον τοὺς νεκροὺς, τὴν ὁσμὴν οὐ φέροντες· ἐπειθ' ὡς οὐ διήρχουν, ἀπὸ τῶν ταγῶν ἐρβριπτον εἰς τὰς φάραγγας. Περιῶν δὲ ταύτας (56) ὁ Ἴττος, ὡς ἐθεάσατο πεπλησμένας τῶν νεκρῶν, καὶ βαθὺν ἰχθῶρα μυδόντων τὸν ὑποβρέοντα τῶν σωμάτων, ἐστὲναξέ τε καὶ τὰς χεῖρας ἀναιτείνας κατεμαρτύρατο τὸν θεόν, ὡς οὐκ εἶη τὸ ἔργον αὐτοῦ.» Τοῦ τοῖς ἐπειπὼν τινα μεταξὺ, ἐπιφέρει, λέγων· «Οὐκ ἂν

(53) Ξηροῖς τοῖς ὄμμασιν. In Josepho et Nirephoro additur καὶ σεσηρόσι τοῖς ὄμμασιν, id est renidentes. Male Gelenius ea Josephi verba interpretatur. Paulo post in codic. Maz. et Med. scribitur ἐφεύρων τοὺς φθάσαντας. Atque ita codd. Fuk. et Savil.

(54) Ἀκμὰς τῶν ξιφῶν. Apud Josephum scribitur ἀκμὰς. Sed nostrorum codicum lectio magis placet. Greci enim ἀκμῆν dicunt, quam Latini *aciem*. Ut cum dicunt ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆ.

(55) Εἰς τὸν ναὸν ἐφεύρα. Notanda est religio Judæorum, qui ubicunque terrarum essent, oculis in urbem sacram et in templum conversis, Deum supplices orabant. Cujus moris exemplum est in capite vi Danielis: Εἰστήθε τὸν οἶκον αὐτοῦ· καὶ αἱ

θυρῶδες ἀνεωγμένα: αὐτῷ ἐν τοῖς ὑπερφύοις αὐτοῦ κατέναντι· Ἰερουσαλήμ· καὶ καιροῦς τρεῖς τῆς ἡμέρας ἦν κάμπτων ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ. Ad quæ verba notat Hieronymus: *Orat autem secundum præceptum Dei, dictaque Salomonis, qui contra templum orandum esse admonuit*. Sic etiam in Esdræ cap. iv, juvenis ille Judæus oculis in cælum sublatis versus Jerusalem Deum laudasse dicitur. Atque hinc manasse mihi videtur consuetudo Christianorum, qui ad ortum solis conversi Deum orabant, more accepto a Judæis qui ex circumcissione ad Christum transierant.

(56) Περιῶν δὲ ταύτας. Sic ex Josep ho scribendum est, et sic codd. Maz., M. d., Fuk. et Savil. Male ediderat Stephanus περιδῶν.

ὄμοσταιλαίμην εἶπεῖν, ἃ μοι κελεύει τὸ πάθος. Οἶμαι, Ἄ  
 Ῥωμαίων βραδυνάντων ἐπὶ τοὺς ἀλιτηρίους, ἢ κα-  
 ταποθῆναι ἂν ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν  
 πόλιν, ἢ τοὺς τῆς Σοδομηνῆς (57) μεταλαβεῖν κε-  
 ραυνοῦς. Πολὺ γὰρ τῶν ταῦτα παθόντων ἤνεγκε  
 γενεάν ἀθεωτέραν. Τῆ γοῦν τούτων ἀπονοία πᾶς ὁ  
 λαὸς συναπέλωτο. » Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ δὲ βιβλίῳ, οὕτω  
 γράφει: « Τῶν δ' ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένων κατὰ  
 τὴν πόλιν, ἀπειρον μὲν ἔπιπτε τὸ πλῆθος, ἀδιήγητα  
 δὲ συνέβαινε τὰ πάθη. Καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν,  
 εἶπου τροφῆς παραφανείη σκιά, πόλεμος ἦν, καὶ διὰ  
 χειρῶν ἐχώρουν οἱ φίλτατοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξαρπά-  
 ζοντες τὰ ταλαίπωρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. Πίστις δ'  
 ἀπείρας (58) οὐδὲ τοῖς θνήσκουσιν ἦν. Ἀλλὰ καὶ  
 πῶς ἐμπνέοντας οἱ λησταὶ διηρέωνων, μὴ τις ὑπὸ  
 κλῆρον ἔχων τροφήν, σκήπτοιτο τὸν θάνατον αὐτοῦ. **B**  
 Οἱ δὲ ὑπ' ἐνδείας κεχηγνότες, ὡσπερ λυστῶντες κύνες  
 ἐσπᾶλλοντο, καὶ παρεφέροντο, ταῖς τε θύραις ἐνσειό-  
 μενοι μεθυόντων τρόπον, καὶ ὑπὸ ἀμηχανίας εἰς  
 τοὺς αὐτοῦς οἴκους εἰσεπήδων δις ἢ τρις ὥρα μιᾶ.  
 Πάντα δ' ὑπ' ὀδόντας ἦγαν ἡ ἀνάγκη. Καὶ τὰ μηδὲ  
 τὰς ῥυπαρωτάτοις τῶν ἀλόγων ζώων πρόσφορα  
 συλλέγοντες, ἐσθίειν ὑπέφερον. Ζωστήρων γοῦν καὶ  
 ὑποδημάτων τοτελευταῖον οὐκ ἀπέσγνοντο, καὶ τὰ δέρ-  
 ματα τῶν θυρεῶν ἀποδέρνοντας ἐμασῶντο. Τροφή δὲ  
 ἦν καὶ χόρτου τισὶ παλαιοῦ σπαράγματα. Τὰς γὰρ  
 βίας ἐνοὶ συλλέγοντες, ἐλάχιστον σταθμὸν ἐπόλουν  
 Ἀπικῶν τεσσάρων. Καὶ τί δεῖ τὴν ἐπ' ἀψύχοις  
 ἀναθεῖναι τοῦ λιμοῦ λέγειν; εἶμι γὰρ αὐτοῦ δηλώ-  
 σων ἔργον, ὅποῖον μῆτε παρ' Ἑλλήσι, μῆτε παρὰ  
 βαρβάρους ἰσθόρηται, φρικτὸν μὲν εἶπεῖν, ἀπίστον δ'  
 ἀκυσῆσαι. Καὶ ἔγωγε μὴ δόξαιμι τερατεύεσθαι τοῖς  
 αἰθῆς ἀνθρώποις, κἂν παρέλιπον τὴν συμφορὰν  
 ἡβῶς, εἰ μὴ τῶν κατ' ἐμαυτὸν εἶχον ἀπείρους μάρ-  
 τυρας, ἄλλως τε καὶ ψυχρὰν ἂν καταθείμην τῇ  
 πατρίδι χάριν καθυφέμενος τὸν λόγον (59), ὧν πέ-  
 πονθε τὰ ἔργα. Γυνὴ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοι-  
 κούντων, Μαρία τοῦνομα, πατρὸς Ἐλεαζάρου, κώμης  
 Βαθεζώρ· σημαίνει δὲ τοῦτο οἶκος ὑσσώπου· διὰ γέ-  
 νος καὶ πλοῦτον ἐπίσημος, μετὰ τοῦ λοιποῦ πλῆθους  
 εἰς τὰ Ἰεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορχεῖτο.  
 Ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτῆσιν οἱ τύραννοι διήρπασαν,  
 ὅσην ἐκ τῆς Περαιῆς ἀνασκευασαμένη, μετήνεγκεν  
 εἰς τὴν πόλιν· τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων κἂν εἴτι  
 τροφῆς ἐπινοηθεῖη, καθ' ἡμέραν εἰσπηδῶντες ἤρπαζον  
 οἱ δορυφόροι. Δεινὴ δὲ τις τὸ γύναιον ἀγανάκτησις **D**  
 εἶσφι. Καὶ πολλάκις λοιδοροῦσα καὶ καταρωμένη,  
 ὡς ἄρπαγας ἐφ' ἐαυτὴν ἠρέθιζεν. Ὡς δ' οὔτε παρ-  
 ἄνομός τις οὗτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῆρει, καὶ τὸ μὲν

mibus, quæ jam in sepulcra conversæ erant, cada-  
 vera spoliabant, et velamina corporibus detrahen-  
 tes cum risu egrediebantur. Quin etiam gladiatorum  
 mucronem in ipsis cadaveribus experiri solebant :  
 et quosdam jacentium adhuc spirantes, ad proban-  
 dam ferri aciem transfigebant. Quod si qui ipsos  
 rogabant, ut manum sibi ac ferrum commodarent,  
 arrogantia elati, fami conficiendos relinquebant.  
 Porro morientium singuli cum seditiosos sibi su-  
 perstites relinquerent, fixis oculis templum specta-  
 bant. At seditiosi principio quidem ex publico  
 ærario mortuos humari jusserant, cum cadaverum  
 fœtorem ferre non possent. Postea vero cum hu-  
 manis corporibus nequaquam sufficerent, in pro-  
 fundas voragines de muro projiciebant. Quas qui-  
 dem circumiens Titus, ubi oppletas cadaveribus  
 vidit, altamque sanie putrefactis corporibus  
 diffluentem, ingenuit, sublatisque in cælum mani-  
 bus, Deum testatus est, facinus illud suum non  
 esse. » Interpositis deinde nonnullis, idem Jose-  
 phus hæc adjicit : « Nequaquam verborum, inquit,  
 palam dicere quæ dolor jubet. Equidem arbitror, si  
 Romani sceleratis istis exitium inferre cessassent,  
 aut hiatu terræ, aut aquarum inundatione, aut ful-  
 minum jactu instar agri Sodomitici civitatem suissæ  
 perituram. Quippe genus hominum protulerat  
 multo scelestius iis qui talia quondam perpessi sunt.  
 Itaque simul cum istorum furore ac vesania univer-  
 sus populus interit. » Sed et in libro sexto ita scribit :  
 « Eorum vero, inquit, qui per civitatem fame inter-  
 ibant, innumerabilis erat multitudo. Nec dicendo satis  
 explicari possunt mala, quæ assidue contingebant.  
 Per singulas enim domos sicubi vel umbra apparuis-  
 set cibi, pugna erat, et conjunctissimi quique inter se  
**79** dimicabant, infelicis vitæ subsidia vicissim sibi  
 rapientes. Nec mors ipsa fidem penuriæ faciebat.  
 Sed eos qui extremum spiritum exhalabant, per-  
 scrutabantur latrones, ne quis forte cibum in sinu  
 abditum gerens, mori se simularet. Ipsi latrones  
 præ inedia hiantes, huc illuc tanquam rabili canes,  
 vagi atque incerti ferebantur : et foribus illis in-  
 star ebriorum, præ consilii inopia in easdem do-  
 mos iterum ac sæpius unius horæ spatio irruerant.  
 Porro omnia absque discrimine necessitas mandere  
 cogebat, eaque etiam quæ ne sordidissimis quidem  
 animalibus usui sunt, comedere sustinebant. Po-  
 stremo nec cingulis nec calceamentis abstinerunt.  
 Ipsa quoque scutorum coria avulsa dentibus confi-

*mortuis.* — Mox legendum, ni fallor, ἐκπνέοντας.  
 EDIT.

(59) *Καθυφέμενος τὸν λόγον.* In optimo codice  
 Mazarinæo legitur τῶν λόγων, quod rectius videtur.  
 Sequitur enim ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. Tamen o super-  
 scriptum est eadem manu. Totus autem hic locus in  
 eodem codice ita perscriptus est : ἄλλως τε καὶ ψυ-  
 χρὰν ἂν καταθέμην τῇ πατρίδι χάριν, καθυφέμενος  
 τῶν λόγων, ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. Codd. quoque Med.  
 ac Fuk. cum Saviliano scriptum habent καταθέ-  
 μην. Neque aliter Nicephorus in lib. iii, cap. 6.

(57) *Τῆς Σοδομηνῆς.* Sic in codic. Regio, Maz.,  
 Fuk. et Saviliano scriptum reperit, sicque legitur  
 apud Nicephorum et Josephum. Que lectio melior  
 est quam vulgata Σοδομικῆς. Dicendum enim es-  
 set Σοδομητικῆς, non Σοδομικῆς.

(58) *Πίστις δ' ἀπείρας.* Hunc locum Christophor-  
 sonus longa verborum ambage, ut fere solet, invol-  
 vit potius quam exposuit, nec magis fideliter Gele-  
 vius. Rufinus autem brevius quidem quam nos ver-  
 bit, *fidēs autem nec mortuis erat.* Sed verbum ἀπο-  
 ρας omisit, et morientibus dicere debuit, non

ciebant. Nonnullis vetusta fœni præsegmina usui fuere. Quidam enim cum festucarum levissimum pondus collegissent, quatuor Atticis drachmis venundabant. Sed quid opus est impudentiam atque improbitatem famis in rebus inanitates ostendere? Factus dicturus sum, eujusmodi nec apud Græcos nec apud barbaros gestum fuisse memoratur, et quod tum dictu horrendum, tum auditu incredibile videbitur. Itaque libens certe acerbissimum hunc casum silentio præterissem, ne posteris fabulas ac portenta me loqui existiment, nisi ex nostræ ætatis hominibus testes habere innumera- biles. Cæterum leve ac frigidum quoddam officium patriæ præstarem, si quæ mala re ipsa perpressa est, oratione dissimularem. Mulier quædam Maria nomine, Eleazari filia, ex regione quæ trans Jordanem sita est, vico Bathezor, quæ vox hyssopi domum significat, genere atque opibus illustris, cum Hierosolyma perfugisset, una cum reliqua hominum multitudine obsessa tenebatur. Hujus reliquam omnem supellectilem, quam illa ex ulteriore Jordanis ripa raptim collectam in urbem advexerat, jam tyranni diripuerant. Ipsas autem magnarum opum reliquias, et quidquid alimenti ipsa sibi conquirere poterat, irruentes quotidie satellites auferebant. Ea res mulieris animam acerbissima quadam indignatione commovit. 13 sæpenumero conviciis et diris imprecationibus prædones de industria in semetipsam incitabat. Sed cum nemo illorum seu ira seu miseratione commotus, ipsam interficeret, læderetque ipsam aliis cibum parare, nec vero jam parandi ullus modus superesset: cumque interim famis visceribus ac

(60) *Εὐρεῖν σιτίον ἄλλοις.* Id est prædonibus, non sibi. Itaque non placet lectio illa quæ ad marginem editionis Genevensis ascribitur ἄλλως, quam Savilius quoque ad oram libri sui apposuit. Porro codices nostri Maz., Med. ac Fuk. voculam hic interserunt εὐρεῖν τι σιτίον ἄλλοις ἔκοπια, quomodo legitur etiam apud Nicephorum.

(61) *Ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς.* Sic apud Nicephorum legitur, atque ita codex Maz., Med. et Savilii. Vulgatæ Josephi editiones, ἐπ' αὐτούς.

(62) *Τοῖς στασιασταῖς ἐριννύς.* Erinny dicit Josephus non eodem sensu quo Græci, qui deas quasdam apud inferos esse credebant, quæ noxios homines ac præcipue cædis reos persequerentur. Sed Erinny dicit pro ποινῆς. Credebant enim Judæi, perinde ac Græci, umbras eorum qui occisi fuerant, persequi interfectores suos, et pœnas ab illis exposcere. Sic apud Virgilium in libro quarto

εὐρεῖν σιτίον (60) ἄλλοις ἔκοπια, πανταχόθεν δ' ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὐρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ διὰ σπλάγχων τε καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξεκαίοντο οἱ θυμοί, σύμβουλον λαβοῦσα τὴν ὄργην μετὰ τῆς ἀνάγκης, ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει. Καὶ τὸ τέκνον, ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάσθιος, ἀρπασαμένη, « Βρέφος, εἶπεν, ἄθλιον, ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει, τίني σε τηρῶ; τὰ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις, δουλεία κἄν ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς (61), φθάνει δὲ καὶ δουλείαν ὁ λιμὸς, οἱ στασιασταὶ δὲ ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. Ἴθι, γενοῦ μοι τροφή, καὶ τοῖς στασιασταῖς ἐριννύς (62), καὶ τῷ βίῳ μῦθος, ὁ μόνος ἐλλείπων ταῖς Ἰουδαίων συμφοραῖς. » Καὶ ταῦθ' ἄμα λέγουσα, κτείνει τὸν υἱόν. Ἐπειτ' ὀπτήσασα, τὸ μὲν ἤμισυ κατεσθίει, τὸ δὲ λοιπὸν κατακαλύψασα, ἐφύλαττεν. Εὐθὺς δ' οἱ στασιασταὶ παρήσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσσης σπάσαντες, ἤπειλον εἰ μὴ δαίξειε τὸ παρασκευασθὲν, ἀποσφάξειν αὐτὴν εὐθέως. Ἡ δὲ καὶ μοῖραν αὐτοῖς εἶπούσα καλὴν τετηρηκέναι, τὰ λείψανα τοῦ τέκνου διανεχάλυψεν. Τοὺς δ' εὐθέως φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ἤρει, καὶ παρὰ τὴν ἔψιν ἐπεπήγεσαν. Ἡ δ', « Ἐμὸν, ἔφη, τοῦτο τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. Φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα. Μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυναικῶς, μήτε συμπαθέστεροι μητρὸς. Εἰ δ' ὅμως εὐσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέψασθε θυσίαν, ἐγὼ μὲν ἤμισυ βέβρωκα, καὶ τὸ λοιπὸν δ' ἐμοὶ μεινάτω. » Μετὰ ταῦθ' οἱ μὲν τρέμοντες ἐξήεσαν, πρὸς ἐν τοῦτο δειλοὶ, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ παραχωρήσαντες. Ἀνεπλήρησθη δ' εὐθέως ὅλη τοῦ μύσους ἡ πόλις, καὶ πρὸ ὀμμάτων ἕκαστος τὸ πάθος ἀναλαμβάνων, ὡς παρ' αὐτῷ τολμηθὲν (63) δεινῶς ἐφρίττε. Σπουδῆ δὲ λοιπὸν τῶν λιμωτόντων ἐπὶ τὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων πρὶν ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι κακὰ τηλικαῦτα. » Τοιαῦτα τῆς Ἰουδαίων εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ παρανομίας τε καὶ εὐσεβείας τὰ πύχειρα.

D Dido ait:

*Omnibus umbra locis adero.*

Eodem sensu accipio verba illa quæ leguntur in cap. iv Genesios: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Id est: Frater tuus quem impie occidisti, postulat ut illum ulciscar, et cædis illius pœnas a te exigam. Sequitur deinde: *Vagus et profugus eris super terram.* Id est, umbra fratris tui quem occidisti, persequetur te ubique, et aderit infesta.

(63) *Παρ' αὐτῷ τολμηθὲν.* In Nicephoro legitur παρ' αὐτοῦ, quomodo Rutinus et Gelenius in Josepho videntur legisse. Ferri tamen potest vulgata lectio; ut sensus sit, singulos cives tanto facinoris illius horrore perculsos fuisse, quasi apud se et in propriis ædibus perpetratum fuisset. Tamen in codic. Maz. et Med. scribitur παρ' αὐτοῦ τολμηθὲν. Atque ita codex Fuketii.

tem se reservasse respondens, reliquias filii sui detexit. Horror confestim stuporque eos invasit. Stabant spectaculo attoniti. Tum mulier, Meus, inquit, est filius, meum hoc facinus. Edite vos, quando et ipsa comedi. Nolite aut femina molliores, aut matre benigniores videri. Quod si fortasse religiosi estis, et ab esu victimæ meæ abhorretis, ego dimidiam quidem partem jam consumpsi, reliquum perinde mihi maneat. Post hæc illi trementes abscessere, ad hoc unum pavidi atque imbelles, et hoc genere alimenti ægre matri relicto. Fama continuo tanti sceleris per totam civitatem dispersa est, et quisque facinus illud ante oculos proponens, tanquam a seipso perpetratum esset, horrebat. Exiinde cuncti fame oppressi ad mortem omni studio contendebant, et beatos illos censebant, qui antequam tantas calamitates aut oculis aut auditu accepissent, fato abrepti fuerant. Igitur Judæorum scelus atque impietatem adversus Deum Jesum Christum hujusmodi ultio consecuta est.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

A

## CAPUT VII.

## De prædictionibus Christi.

Περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ προρρήσεων (Nic. H. E. III, 4).

Παραθεῖναι δ' αὐτοῖς ὄξειον, τὴν ἀψευδῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προρῆσιν, δι' ἧς αὐτὰ ταῦτα δηλοῖ ὡδέ πως προφητεύων· « Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· προσεύεσθε δὲ, ἵνα μὴ γένηται ὑμῶν ἡ φυγὴ χειμῶνος, μηδὲ σαββάτω. Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἷα οὐκ ἐγένετο ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ μὴ γένηται. » Συναγαγόντων δὲ πάντα τὸν τῶν ἀνηρημένων ἀριθμὸν ὁ συγγραφεὺς, λιμῶ καὶ ξίφει μυριάδας ἑκατὸν καὶ δέκα διαφθορήσασιν, τοὺς δὲ λοιποὺς στασιώδεις καὶ ληστρικοὺς, ὑπὸ ἀλλήλων μετὰ τὴν ἄλωσιν ἐνδεδυμένους, ἀνηρῆσθαι, τῶν δὲ νέων τοὺς ὑψηλοτάτους καὶ κάλλει σώματος διαφέροντας, τετηρηθῆναι θριάμβῳ, τοῦ δὲ λοιποῦ πλήθους, τοὺς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἔτη, δεσμίου εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα παραπεμφθῆναι, πλείους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διανεμηθῆναι φθαρησομένους ἐν ποῖς θεάτροις σιδήρων καὶ θηρίοις, τοὺς δ' ἐν τῷ ἑπτακαίδεκα ἐτῶν, αἰχμαλώτους ἀχθέντας διαπερῆσθαι, οὗτων δὲ μόνων τὸν ἀριθμὸν, εἰς ἐννέα μυριάδας (64) ἀνδρῶν συναχθῆναι. Ταῦτα δὲ τοῦτον ἐπαύθη τὸν τρόπον, δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασισανοῦ βασιλείας ἔτει, ἀκολούθως ταῖς προγνωστικαῖς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προρῆσεσιν, θεὸς δὲ δυνάμει ὡσπερ ἤδη πᾶντα προεωραπὸς αὐτὰ, ἐπακρυσαντός τε καὶ ἀποκλαυσαμένου κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν Γραφήν, οἳ καὶ οὕτως αὐτοῦ παρατέθενται τὰς λέξεις, τοτὲ μὲν φησάντος ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλήμ· « Εἰ ἔγνωσ καὶ γὰρ σὺ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σου· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Ὅτι ἤξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σὲ, καὶ περιβαλοῦσί σοι οἱ ἐχθροὶ σου χάρακα, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, καὶ ἐδαφιοῦσί σε καὶ τὰ τέχνα σου. » τοτὲ δὲ, ὡς περὶ τοῦ λαοῦ· « Ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ τῷ λαῷ τούτῳ. Καὶ πᾶσονται ἐν στόματι μαχαίρας καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἱερουσαλήμ ἔσται παυμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἀχρις οὗ πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὅταν δὲ ἴδῃτε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε γινώτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Συγκρίνας δὲ τις τὰς

B

C

D

Operæ pretium autem fuerit his adungere certissimum Servatoris nostri oraculum, quo hæc ipsa prædixerat his verbis : « Væ prægnantibus et nutricibus in illis diebus. Orate autem ne fuga **81** vestra contingat hieme vel Sabbato. Erit enim tunc temporis calamitas magna, cujusmodi nondum fuit ab initio mundi ; nec posthac erit. » Porro Idem ille historiae scriptor universum numerum eorum qui vel gladio vel fame perierunt, simul colligens, undecies centena hominum millia periisse scribit : seditiosos vero et prædones qui superfuérant, post urbis excidium mutuo indicio damnatos, pœnas dedisse : et ex juventute quidem eos, qui proceritate corporis et forma cæteris præstarent, ad ornamentum triumphi reservatos : ex reliqua autem multitudine eos, qui septimum decimum ætatis annuum excesserant, victos ad metalla exercenda in Ægyptum perductos esse : plurimos vero per provinciis distributos, qui in publicis spectaculis aut ferro aut bestiis consumerentur : quicunque autem minores essent anni septemdecim, eos in servitutem abductos sub corona veniisse. Quorum quidem numerum ad nonaginta usque hominum milia pervenisse affirmat. Et hæc quidem anno secundo principatus Vespasiani Augusti ad hunc modum gesta sunt, juxta Servatoris nostri vaticinium. Qui divina præditus virtute, ea quæ ventura erant, tanquam præsentia multo ante præviderat : et illacrymatus fuerat atque ingemuerat, ut evangelistarum scripta testantur. Hi enim ipsa quoque illius verba retulerunt, quibus modo civitatem ipsam compellans, aiebat <sup>80</sup> : « Si cognovisses et tu in die illo quæ ad pacem tuam conducunt. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis : quia venient dies super te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et cingent te undique, et expugnabunt te, et solo adæquabunt, et filios tuos elident ; » modo de populo ipso aiebat : « Erit enim clades magna et ira Dei adversus hunc populum ; et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes. Et Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium. » Et rursus : « Cum autem videritis cir-

<sup>80</sup> Luc. XIX.

(64) *Eis ἐννέα μυριάδας.* Hallucinetur Eusebius. Neque enim Josephus hoc dicit, sed tantum affirmat, numerum eorum qui toto belli tempore capti sunt a Romanis, ad nonaginta septem hominum

millia pervenisse. Locus est in fine libri vi. Itaque merito Christophoronus hoc loco Eusebii verbum aliquantulum immutavit.



cumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus <sup>21</sup>. Quod si quis Servatoris nostri verba cum iis comparet, quæ ab eodem Scriptore de universo bello commemorata sunt, fieri non potest quin admiretur præscientiam ac prædictionem Servatoris nostri, eamque vere divinam et supra **82** modum stupendam esse fateatur. Ac de iis quidem quæ universæ Judæorum genti post passionem Domini contigerunt, et post voces illas quibus latronem quidem et homicidam mortis supplicio liberari, ipsum vero auctorem vitæ e medio tolli populus omnis succlamaverat, Josephi narrationi quidquam addere minime necesse est. Illa vero adjicere æquum fuerit, quibus divini Numinis clementia ac providentia declaratur: quæ quidem post piaculum in Christum admissum, quadraginta annorum spatio, exitium illorum distulit. Quo in tempore apostoli ac discipuli pene omnes, et Jacobus ipse primus loci illius episcopus, is qui frater Domini dicebatur, adhuc superstites, et in ipsa Hierosolymorum civitate degentes, firmissimum loci munimentum perstabant, cum divina Providentia adhuc eos patientissime sustineret, si forte commissorum criminum pœnitentiam agentes, veniam et salutem consequi possent: cumque ejusmodi patientia minime contenta Dei benignitas, horrendis quibusdam signis ac portentis divinitus editis, calamitates ipsis, nisi pœnitentiam egissent, eventuras prænuntiaret. Quæ quidem signa cum a non incommodum fuerit nostri quoque operis lectoribus exhibere

## CAPUT VIII.

*De signis ante bellum.*

Sumpto igitur in manus libro, recita mihi quæ in sexto *Historiarum* volumine referuntur his verbis: « Et falsis quidem illis vatibus, sequæ a Deo missos mentientibus, infelix populus fidem adhibebat. Evidentibus autem prodigiis, et futuram solitudinem prænuntiantibus, neque advertabant animos neque credebant. Sed tanquam attoniti, oculisque et mente capti, ipsius Dei præconia ac vaticinia insuper habuerunt; primum cum supra civitatem stetit sidus simile gladio, et anni spatio ardere perseveravit cometes; deinde cum ante defectionem primosque belli motus, populo ad festum diem Azymorum congregato, sexto idus Aprilis hora noctis nona, tanta repente lux circa altare templumque circumfusa est, ut die jam clarissimus esse videretur: eaque lux horæ **83** dimidiæ spatio permansit. Quod imperitis quidem bonum omen esse videbatur: sed sacrorum

<sup>21</sup> Luc. xxi.

(65) *Ταῖς ἱστορίαις ἐπιλέγειν.* Male Christophorus vertit in hac historia disserere non est omnino necesse. Rectius Musculus, non opus est ut historiis addamus aliquid. Historias vocat Eusebius libros Josephi *De excidio urbis Hierosolymitanæ*, non historiam suam, ut putavit Christophorus.

(66) *Ἐν τούτῳ μὲν δεῖ.* Scribo δεῖ, ut est apud Josephum in lib. vii, pag. 960. Cæterum Nicephorus quidem astrum hoc gladio simile, et cometen qui

αὐτῷ Σωτῆρος ἡμῶν λέξεις ταῖς λοιπαῖς τοῦ συγγραφέως ἱστορίαις ταῖς περὶ τοῦ παντὸς πολέμου, πᾶς οὐκ ἂν ἀποθαυμάσειεν, θείαν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυῶς παράδοξον τὴν πρόβησιν τε καὶ πρόβησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμολογήσας. Περὶ μὲν οὖν τῶν μετὰ τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὰς φωνὰς ἐκείνας ἐν αἷς ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθῆς τὸν μὲν ληστὴν καὶ φονέα τοῦ θανάτου παρήτῃται, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐξ αὐτῶν ἰκέτευσεν ἀρθῆναι, τῷ παντὶ συμβεβηκότων ἔθνεσιν, οὐδὲν ἂν δέοι ταῖς ἱστορίαις ἐπιλέγειν (65). Ταῦτα δ' ἂν εἴη δίκαιον εἶτι προσθεῖναι, ἃ γένοιτ' ἂν παραστατικὰ φιλανθρωπίας τῆς παναγάθου προνοίας, τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις ἔτεσι μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τολμᾶν, τὸν κατ' αὐτῶν ἐλεῖθρον ὑπερβήμενης, ἐν ὅσοις τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μαθητῶν πλείους, Ἰάκωβός τε αὐτὸς ὁ τῆδε πρῶτος ἐπίσκοπος, τοῦ Κυρίου χρηματίζων ἀδελφός, εἶτι τῷ βίβη περιόντες, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως τὰς διατριβὰς ποιούμενοι, ἔρχοις ὡς περ ὄχρωτάτων παρέμενον τῷ τόπῳ, τῆς θείας ἐπισκοπῆς εἰσέτι τότε μακροθυμοῦσης, εἰ ἄρα ποτὲ δυνηθεῖεν ἐφ' οἷς ἔδρασαν μετανοήσαντες, συγγνώμης καὶ σωτηρίας τυχεῖν, καὶ πρὸς τῇ τοσαύτῃ μακροθυμίᾳ, παραδέξοις θεοσημίας τῶν μελλόντων αὐτοῖς μὴ μετανοήσασι συμβῆσθαι παρασχομένης. Ἄ καὶ αὐτὰ μνήμης ἡξιωμένα πρὸς τοῦ δεδηλωμένου συγγραφέως, οὐδὲν οἶον τοῖς τῆδε προσιοῦσι τῇ γραφῇ παραθεῖναι.

supradicto historiæ scriptore litteris mandata sint

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Π'.

*Περὶ τῶν πρὸ τοῦ πολέμου σημειῶν* (Nic. H. E. III, 4).

Καὶ δὴ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰ κατὰ τὴν ἕκτην τῶν Ἱστοριῶν αὐτῷ δεδηλωμένα ἐν τούτοις: « Τὸν γοῦν ἄθλιον ὄγμῳ, οἱ μὲν ἀπατεῶνες καὶ καταψευδόμενοι τοῦ Θεοῦ, τηλικαῦτα παρέπειθον, τοῖς δ' ἐναργεῖσι καὶ προστηλίνουσι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἐρημίαν τέρασιν οὔτε προσεῖχον οὔτε ἐπίστευον, ἀλλ' ὡς ἐμβρονητῆμένοι, καὶ μήτε ἔμματα μήτε ψυχὴν ἔχοντες, τῶν τοῦ Θεοῦ κηρυγμάτων παρήκουον· τοῦτο μὲν, δεῖ (66) ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔσθι ῥομφαία παραπλήσιον, καὶ παρατείνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης· τοῦτο δ' ἦνίκα πρὸ τῆς ἀποστάσεως καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον κινήματος, ἀβροίζομένου τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν ἄστρον ἑορτῆν, ὀγδοῆ Ἐανθίου μηνὸς κατὰ νυκτὸς ἐννάτην ὥραν, τοσοῦτο φῶς περιέλαμψε τὸν βωμὸν καὶ τὸν ναδὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπράν· καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν. Ὅ τοῖς μὲν ἀπείροις ἀγαθὸν ἐδόκει εἶναι, τοῖς δὲ ἱερογραμματεῦσι (67) πρὸ τῶν ἀποβεβηκότων εὐθέως

per annum continuum apparuit, unum idemque sidus esse existimavit, non recte, ut opinor.

(67) *Τοῖς δὲ ἱερογραμματεῦσι.* Legis peritos vertit Rufinus, non male. Scribæ enim apud Judæos iidem erant ac legis periti seu legis doctores, ut recte notavit Petavius in animadversionibus ad hæresim xv Epiphani; Horum munus erat sacros legis libros custodire, eosdemque legere coram populo in templo et in synagoga. Unde in capite viii

ἐκρίθη (68). Καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν, βούς μὲν ἄχθεισα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως πρὸς τὴν θυσίαν, ἔτεκεν ἄρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. Ἡ δ' ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἑνδοτέρῳ χαλκῇ μὲν οὐσα καὶ στιβαρωτάτῃ, κλειομένη δὲ περὶ δελιὴν μόλις ὑπ' ἀνθρώπων εἰκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη (69) σιδηροδέτοις, κατάπηγας (70) δ' ἔχουσα βαθυτάτους, ὠφθη κατὰ νυκτὸς ὤραν ἔκτειν αὐτομάτως ἡνοικιμένη. Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡμέραις οὐ πολλαῖς ὕστερον, μιᾶ καὶ εἰκάδι Ἀρτεμισίου μηνός, φάσμα τι δαιμόνιον ὠφθη μεῖζον πίστεως. Τέρας δ' ἂν ἐδοξεν εἶναι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἰστόρητο, καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη, τῶν σημείων ἦν ἄξια. Πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὠφθη μετέωρα περὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἄρματα καὶ φάλαγγες ἑνοπλοὶ διάττουσαι τῶν νεφῶν, καὶ κυκλούμεναι τὰς πόλεις. Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡ Πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν ὡσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἔφασαν ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀθρόας. Μεταβαλίνωμεν (71) ἐν-  
 τθεν. Τὸ δὲ τούτων φοβερότερον Ἰησοῦς γὰρ τις υἱὸς Ἀνανίου, τῶν ἰδιωτῶν, ἀγροικος, πρὸς τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου, τὰ μάλιστα τῆς πόλεως εἰρηγενομένης καὶ εὐθυνοῦσης, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν ἑορτὴν ἐν ἡ σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος ἦν τῷ Θεῷ (72) κατὰ τὸ ἱερὸν, ἐξέκρινε ἀναδοῦν ἡρῆστο. Φωνὴ ἀπ' ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων,

Esdrae scriba et legis doctor pro eodem sumitur. Sed hæc jam ab aliis notata sunt. Quod vero a nemine adhuc observatum est, præcipuum illorum officium fuit, ut pontificibus assiderent una cum senioribus in judiciis et publico concilio quod συνέδριον vocabant. Docet id Lucas in capp. vi et xxiii Actuum apostolorum. Fuit igitur id nomen magistratus apud Judæos, sicut apud Græcos. Et quemadmodum γραμματεῖς in Græcia concionibus et judiciis intererant, legumque et plebiscitorum ac senatus-consultorum custodiam habebant, sic etiam scribæ apud Judæos legis erant custodes. Eum certe honorem non exiguum fuisse, apparet ex multis Evangelii locis, in quibus fastus eorum et insolentia a Servatore perstringitur. Eodem plane modo apud Græcos γραμματεῖς, id est scribæ publici, in magna erant dignitate. Nam et nomen eorum senatus-consultis ac plebiscitis præfigebatur, ut ex Aristophane alibi notavi : et in concionibus magnam habebant auctoritatem, ut patet ex iis quæ refert B. Lucas de scriba publico civitatis Ephesioeum in capite xix. Apud Judæos quidem eo honoratioribus erant scribæ, quo Judæi præ cæteris gentibus suam legem venerabantur. Cujus scribæ non solum custodes, verum etiam interpretes erant. Quin etiam consulebantur tanquam prophetæ quidam et antistites et omnium sapientissimi, qui optime interpretarentur signa ac prodigia, et qui legis arcana penitus cognita haberent. Sic in Matthæi cap. xi Herodes scribas consulit. Et in hoc Josephi loco quem præ manibus habemus, prodigia in cælo visa quid significant, prædicunt scribæ. Eosdem λογίτους paulo post vocat Josephus. Porro magistratus urbis Hierosolymorum qui στρατηγός dicebatur, suum habebat scribam, ut docet Josephus in lib. xx. Sed æn hic scriba fuerit ex numero illorum legis interpretum, difficile est dicere. Cæterum ἱερογραμματεῖς erant apud Ægyptios quidam sacerdotes, qui sacrorum disciplinam et arcanas litteras custodiebant, et futura prædicebant. De quibus Josephus in lib. ii, cap. 5, ubi ἱε-  
 ρτας vocat quos supra ἱερογραμματεῖς vocaverat.

scribæ, ea quæ posthæc evenerunt, portendit illo signo statim judicantur. In eadem quoque solemnitate vacca cum a pontifice ad sacrificium adduceretur, agnum in medio templo enixa est. Sed et janua interioris sacrarii orienti obversa, quæ tota ærea et immensi ponderis erat, et quæ sub vesperam vix a viginti hominibus clauderetur, et vectibus quidem ferro obvincis sustinebatur, pessulus vero altissime in terram demissos habebat, circa sextam noctis horam visa est sponte patefacta. Paucis deinde post festivitatem exactis diebus, prodigiosum quoddam spectrum apparuit fidem omnem superans. Ac profecto id quod dicturus sum, fabula esse videretur, nisi ab iis, qui illud spectarunt, proditum esset, et subsequenter clades ejusmodi ostentis haudquaquam impares existissent. Etenim ante solis occasum per universam regionem currus in aere sublimes ferri, et armatæ phalanges per cælum discurrere, urbesque circumvallare sunt visæ. Festo autem die qui Pentecoste appellatur, sacerdotes noctu templum ingressi ad obeunda ex more ministeria, primum quidem motum ac strepitum se exaudisse dixerunt, tum deinde vocem quasi confertæ multitudinis simul clamantis : Migremus hinc. Quod vero his omnibus longe terribilius est : Jesus quidam Ananias filius, vir plebeius et rusticus, quadriennio priusquam

Hi post cantorem et horoscopum, tertio loco procedebant in templum, alas in capite gestantes, atramentum et calamum cum libro præferentes in manibus. Libros item Mercurii hieroglyphicos et de cosmographia, deque terrarum et Ægypti situ, item de Nilo ac de locis in honorem deorum consecratis, custodiæ suæ creditos habebant, ut scribit Clemens Alexandrinus in lib. vi. Lucianus in Longævus gentem hanc seu familiam fuisse ait apud Ægyptios.

(68) Πρὸ τῶν ἀποβεηκότων ἐκρίθη. Ita disertè quinque nostri codices, Regius scilicet, Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano. Atque sic legit etiam Gelenius, ut ex versione ejus apparet. Vulgatæ Josephi editiones, πρὸς τῶν ἀπ., quod ferri non potest. Neque enim Græce dicitur πρὸς τῶν ἀποβεηκότων ἐκρίθη. Dixisset potius πρὸς τὰ ἀποβεηκότα.

(69) Μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη. Intelligere videntur cardines quos Gallice *gonds*, Latine *gonfos* vocamus. Iis enim appensa est janua. Male interpretes *seras* verterunt. Posthæc Eusebius omisit nonnulla quæ apud Josephum leguntur, de eo prodigio confestim magistratui nuntiatio. Sic enim interpretor eum qui στρατηγός a Josepho appellatur. De quo officio multa notavi ad librum ultimum Ann. Marcellini. Eius dignitatis meminit etiam Josephus in lib. vii *De excidio*, pag. 960, et Lucas in Actibus cap. 5, ubi *magistratus templi* recte vertitur in vulgata editione.

(70) Κατάπηγας. Melius κατάπηγας, ut est apud Nicephorum et Josephum. Atque ita scribitur in codice Maz. et Med., quibus consentiunt Fuketianus et Savilianus.

(71) Μεταβαλίνωμεν. In codice Maz., Med. ac Fuk. scribitur μεταβαλίνωμεν, quod non displicet.

(72) Σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος ἦν τῷ Θεῷ. Post hæc verba virgula notatur in codice Regio, Maz. et Fuk. et apud Josephum ; quam interpunctionem secuti sunt Musculus et Christophorus. Ego vero cum Gelenio alteram distinctionem sequi malui.

bellum esset exortum, adhuc pacata civitate et a  
 rerum omnium copiis abundante, cum ad festum  
 diem venisset quo tabernacula in honorem Dei  
 juxta templum desigi ab omnibus mos est, repente  
 exclamare cœpit: Vox ab oriente, vox ab occasu,  
 vox a quatuor ventis: vox in Hierosolyma et in  
 templum, vox in sponso et in sponsas, vox in  
 universonum populum. Idque noctu et interdium cla-  
 mitans omnes civitatis vicus circuibat. Nonnulli  
 vero ex primoribus populi diritatem ominis ægre  
 ferentes, hominem corripiunt, multisque verberibus  
 afficiunt. At ille nec pro se quidquam locutus,  
 nec eos qui ipsum verberabant, privatim deprecatus,  
 eadem quæ prius verba inclamare non destitit.  
 Proinde magistratus Judæorum, rati, id quod  
 erat, divinum quemdam esse hominis motum at-  
 que allatum, cum ad præsidem Romanum perdu-  
 cunt. Apud 84 quem flagris ad ossium usque denudationem  
 laniatus, nec preces, nec lacrymas ulla effudit.  
 Sed quantum maxime poterat flebili ac lugubri modo  
 vocem inflectens, ad singula verbera accinebat:  
 Væ, væ Hierosolyms! Aliud etiam majori admiratione  
 dignum ab eodem scriptore memoratur. Oraculum  
 scilicet quoddam in sacris libris repertum fuisse,  
 quo prædicebatur, illis circiter temporibus quemdam  
 ex ipsorum finibus profectum orbis terrarum imperio  
 potiturum. Quod ille quidem scriptor in Vespasiano  
 expletum esse existimavit. Verum Vespasianus non  
 totius orbis terrarum, sed Romanum duntaxat imperium,  
 obtinuit. Rectius ergo id referatur ad Christum,  
 cui dictum est a Patre: « Postula a me, et dabo tibi  
 terminos terræ »<sup>22</sup>, » et per cujus apostolos circa  
 ad fines orbis terrarum verba pervenerant<sup>23</sup>. »

## CAPUT IX.

*De Josepho et de libris quos scriptos reliquit.*

Porro his rebus tandem ad exitum perductis,  
 rationi consentaneum videtur de Josepho ipso qui  
 historiæ quam præ manibus habemus tantum ad-  
 jumentum contulit, quis et unde, quoque genere  
 prognatus fuerit, exponere. Id vero etiam ipse  
 declarat de se loquens his verbis: « Josephus, Mat-  
 thithæ filius, natione Hebræus, domo Hierosolymitanus,  
 ex numero sacerdotum, qui et initio adver-  
<sup>22</sup> Psal. II. <sup>23</sup> Psal. XVIIII.

(73) *Kal ôργισθέντες.* Prior vox deest in codice Regio. Josephus nec priorem nec posteriorem agnoscit; cui consentit codex Maz. et Fuk. In Med. adduntur ad marginem.

(74) *Vulg. πρὸς τοὺς παρόντας.* Scribendum est *παίοντας*, ut legitur apud Josephum; quamquam Rutilinus vulgatam lectionem secutus est.

(75) *Οἱ ἀρχοῦντες.* Id est magistratus templi, et pontifices eius scribæ. Hi enim erant magistratus Judæorum, penes quos erat jurisdictio.

(76) *Ἐπαρχοῦ.* Rutilinus *judicem* vertit, recte. Cæteri interpretes *præfectum* interpretantur, gravi errore. Is erat Albinus præses et procurator Judææ. Recte igitur Musculus *præsidentem Romanum* interpretatus est. Quod idcirco monendum existimavi, ut lector agnoscat Musculum plerisque in locis feliciter vertisse quam Christophorsonum.

(77) *Ὡς ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις.* In codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. h'c locus ita legitur ac distinguitur: ὡς ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν, ἀρξεί τῆς οἰκουμένης. Atque ita legitur apud Josephum pag. 961. Nicephorus quoque eandem rejectionem retinuit, quamvis Josephi verba paululum immutavit. Porro in codice Regio ac Maz. τίς acuitur. Neque id in hoc solum loco, sed semper in iisdem libris ita fieri observavi, licet nulla sit interrogatio.

φωνῆ ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν, φωνῆ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνῆ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν. Τοῦτα μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ κατὰ πάντας τοὺς στενωποὺς περιφεῖ κεκραγώς. Τῶν δ' ἐπισήμων τινὲς δημοτῶν ἀνακατήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, καὶ ὀργισθέντες (73) συλλαμβάνουσι τὸν ἀνθρώπον, καὶ δειναίς ἅμα καὶ πολλαῖς αἰκίζονται πλῆγαῖς. Ὁ δὲ οὐδ' ὑπὲρ ἐαυτοῦ φθεγγάμενος, οὕτε ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παίοντας (74), ἧς καὶ πρότερον φωνὰς βοῶν διετέλει. Νομίσαντες δ' οἱ ἀρχοῦντες (75), ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερον εἶναι κίνημα τάνδρος, ἀγούσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις ἑπαρχὸν (76) ἔνθα μάστιγι μέχρι ὀστέων ξαινόμενος, οὐδ' ἰκέτευσεν οὐδ' ἐδάκρυσεν, ἀλλ' ὡς ἐνῆν μάλιστα τὴν φωνὴν δλοφυρικῶς παρεγγλίνων, πρὸς ἐκάστην ἀπεκρίνατο πλῆγῆν· « Αἱ αἱ Ἱεροσολύμοις· » Ἐτερον δὲ τι τοῦτου παραδοξότερον ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ συγγραφεὺς, χρησμένον τινα φάσκων ἐν ἱεροῖς γράμμασιν εὐρήσθαι περιέχοντα, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκείνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν (77) τις ἀρξεί τῆς οἰκουμένης· ὃν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐεσπασιανῶν πεπληρωῦσθαι ἐξέλιχεν. Ἄλλ' οὐχ ἀπάσης γε οὗτος ἡ μόνος ἦρξεν τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους. Δικαιότερον δ' ἀν' ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀναχθεῖν, πρὸς ὃν εἰρητο ὑπὸ τοῦ Πατρὸς· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου εἰς πέρατα τῆς γῆς. » Οὐδὲ κατ' αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ· « εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. »

C

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

*Περὶ Ἰωσήπου, καὶ ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων*  
 (Nic. H. E. II, 48).

Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν, ἄξιον μὴδ' αὐτὸν τὸν Ἰωσήπον, τὸσαῦτα τῆ μετὰ χειρὰς συμβεβηλέμενον ἱστορίᾳ, ὁπῆθεν τε καὶ ἀπ' οἴου γένους ὠρμάτο, ἀγνοεῖν. Δηλοῖ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ τοῦτο λέγων ὕδα· « Ἰωσήπος Ματταθίου παῖς (78), ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, αὐτὸς τε Ῥωμαίους πολέμησας ταπρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον παρατυχῶν ἐξ ἀνάγκης. » Μάλιστα δὲ τῶν κατ' ἐνενο καιροῦ Ἰουδαίων οὐ παρὰ μόνους τοῖς ὁμοεθνεῖν,

D

cibus nostris Maz., Med. et Fuk. h'c locus ita legitur ac distinguitur: ὡς ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν, ἀρξεί τῆς οἰκουμένης. Atque ita legitur apud Josephum pag. 961. Nicephorus quoque eandem rejectionem retinuit, quamvis Josephi verba paululum immutavit. Porro in codice Regio ac Maz. τίς acuitur. Neque id in hoc solum loco, sed semper in iisdem libris ita fieri observavi, licet nulla sit interrogatio.

(78) *Ματταθίου παῖς.* In codice Regio legitur *Μαθίου*. Et ista apud Josephum in libro *De vita sua* et in proœmio *Historiarum belli Judaici*: Apud Sophronium quoque in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* scribitur Ἰωσήπος Μαθίου υἱός. Nec aliter vocat Sozomenus initio libri primi. Rutilinus quoque Matthiam vocat patrem Josephi: *Josephus*, inquit, *Matthia filius, ex Hierosolyms sacerdos*. Ita scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

ἀλλὰ καὶ παρὰ Ῥωμαίους γέγονεν ἑπιδοξότατος, ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων τιμηθῆναι πόλεως, τοὺς δὲ σπουδασθέντας αὐτῷ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. Οὗτος δὲ πᾶσαν τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν ἐν ὄλοις εἰκοσι καταβέβληται συγγράμμασι, τὴν δ' Ἱστορίαν τοῦ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκοῦ πολέμου ἐν ἑπτὰ (79), ἃ καὶ ὁ μόνον τῆ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῆ πατρῶυ φωνῆ παραδοῦναι αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ, ἕξιός γε ὦν διὰ τὰ λοιπὰ πιστεύεσθαι. Καὶ ἕτερα δὲ αὐτοῦ φέρεται σπουδῆς ἕξι δύο, τὰ *Περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος*, ἐν οἷς καὶ ἀντιρήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν κατὰ Ἰουδαίων τῆνικαδὲ συντάξαντα λόγον (80) πεποιήται, καὶ πρὸς ἄλλους, οἱ διαβάλλειν καὶ αὐτοὶ τὰ πάτρια (81) τοῦ Ἰουδαίων ἔθους ἐπειράθησαν. Τοῦτων ἐν τῷ προτέρῳ τὸν ἀριθμὸν τῆς λεγομένης Παλαιᾶς τῶν ἐνδιαθῆκων Γραφῶν τλήσει, τίνα παρ' Ἑβραίοις ἀναντιρήτητα, ὡς ἂν ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως, αὐτοῖς ῥήμασι διὰ τούτων διδάσκων. Testamentum constat, quænam sint apud Hebræos extra omnem controversiam posita, utpote a majoribus tradita, declarat his verbis.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Ὅπως τῶν θεῶν μνημονεύει βιβλίων Ἰώσηπος (Nic. H. E. III, 9).

Ὁ μὲν μυριάδες ὄν εἰσι βιβλίων παρ' ἡμῖν ἀσυφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνον πρὸς τοῖς εἰκοσι (82) βιβλία, τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μὲν ἔστι τὰ Μωϋσεως, ἃ τοὺς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν, μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγων ἐτῶν (83). Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσεως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου, τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως, οἱ μετὰ Μωϋσὴν προφήται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις. Αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες, ὕμνους εἰς τὸν Θεόν,

(79) Vulg. ἐν ἑπτὰ λόγοις. Posterior vox delenda est, quam nec Regius codex agnoscit. Subauditur autem συγγράμμασιν. Atque ita legendum esse apparet ex iis quæ sequuntur, ἃ καὶ, etc.

(80) *Συντάξαντα λόγον*. In Nicephoro scribitur λόγους. Quod confirmare videtur Josephus, qui plures libros contra Judæorum gentem ab Apione scriptos esse testatur. Vulgatam tamen scripturam tuietur Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Josephi scriptis.

(81) *Τὰ πάτρια*. Interpretes omnes, Langus scilicet, Musculus et Christophorus cum Rufino, patrios ritus et instituta interpretati sunt. Verum hoc vocabulo amplius aliquid significari existimo. Nam Josephus in libris *contra Apionem*, non iis solum respondet qui Judæorum leges atque instituta calumniati fuerant, sed præcipue adversus eos scribit, qui de origine atque antiquitate Judæorum falsa quædam commenti fuerant, ut patet ex libro primo. Sub finem autem secundi libri respondet Apollonio, Moloni et Lysimacho, qui de legibus institutisque Judæorum falsa quædam conscripserant. Πάτρια igitur hoc loco utrumque designat, antiquitatem scilicet et leges. Notum est vel mediocriter doctis, πάτρια sumi pro *antiquitatibus*, eoque titulo multi apud veteres exstabant libri, partim soluta oratione, partim versibus scripti. Sic Hermæ Heriopolitæ Πάτρια τῆς Ἐρμουπόλεως iambico

sus Romanos pugnari, et rebus postea gestis necessitate coactus interfui. » Hic vir, omnium tunc temporis Judæorum præstantissimus fuit, non modo popularium suorum, sed etiam Romanorum iudicio : adeo ut ipse quidem in urbe Roma statua donatus sit, libri vero ab eo conscripti in bibliotheca publica fuerint collocati. Scripsit autem *Antiquitates* quidem *Judaicas* viginti libris ; *Historiam* vero *belli Judaici*, quod a Romanis sua ætate gestum est, septem voluminibus complexus est, quam non solum Græco, sed etiam patrio sermone ab se editam esse testatur : dignus omnino cui et hic et in cæteris fides habeatur. Exstant etiam duo ejusdem libri *De Judæorum vetustate* lectu 85 dignissimi. In quibus et Apioni grammatico respondet qui illa ætate volumen adversus Judæos composuerat, et aliis nonnullis qui Judæorum origines perinde calumniari tentaverant. In priore autem horum librorum, numerum sacrorum voluminum quibus *Vetus*

## CAPUT X.

Quomodo idem Josephus divinorum librorum mentionem fecerit.

« Apud nos, inquit, nequaquam innumerabilis est librorum multitudo dissentientium atque inter se pugnantium ; sed duo duntaxat et viginti libri, totius præteriti temporis historiam complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quinque quidem sunt Mosis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum, a conditu generis humani usque ad ipsius Mosis interitum. Atque hoc spatium temporis tria propemodum annorum millia comprehendit. A Mosis autem interitu ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, propheta qui Mosi successere, res sua ætate

versu scripta laudat Photius in *Bibliotheca*, cap. 279 ; et Herapollinis Grammatici *Περὶ πατρῶν τῆς Ἀλεξανδρεως*, Christodori quoque poetæ plures ejusmodi libros citat Suidas. Unicus hodie liber Codini exstat hoc titulo inscriptus.

(82) *Δύο δὲ μόνον πρὸς τοῖς εἰκοσι*. Totidem erant apud Hebræos libri sacri, quot elementa seu litteræ, ut docet Origenes in *expositione primi psalmi*, et Hieronymus in *Proæmio galeato*, ubi etiam tres ordines sacrorum voluminum apud illos fuisse testatur. Primus ordo legem continebat, secundus prophetas, tertius hagiographa. Quæ cum Josepho optime conveniunt, sed in hoc differunt, quod Josephus quidem tredecim libros secundi ordinis facit, secutus scilicet seriem temporum, in tertio autem ordine quatuor tantum recenset libros, aliter ac Hieronymus tum in illo *Proæmio*, tum in *præfatione in Daniele*, qui octo quidem prophetarum libros numerat, hagiographorum autem novem. Sed Josephus librum Josue et Judicum, Regum item ac Paralipomenon libros et Esdram inter prophetica volumina reposuisse videtur, non quod prophetias continerent, quemadmodum prophetarum libri, sed ideo quod a prophetis essent conscripti.

(83) *Τρισχιλίων ὀλίγων ἐτῶν*. In tribus nostris codicibus M. Z., Med. ac. Savil. ita scribitur hic locus : Ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγων ἐτῶν.

gestas tredecim libris complexi sunt. Quatuor reliqui hymnos in Dei laudem, et præcepta vitæ hominum exhibent utilissima. Cæterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam, sunt quidem singula litteris mandata, sed nequaquam tantam fidem auctoritatemque meruerunt, quantam superiores illi libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, re ipsa apparet. Cum enim tot jam sæcula effluxerint, nemo adhuc nec adjicere quidquam illis, nec demere, nec commutare ausus fuit. Sed omnibus nobis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut hæc esse præcepta credamus, iisdemque constanter adhærescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libentissime mortem perferamus. »

Atque hæc scriptoris illius verba non sine fructu, ut arbitror, hic a nobis inserta sint. Est et aliud non ignobile opusculum ab eodem elaboratum De ratione summo imperio prædita. Quod quidem a nonnullis *Machabaicam* inscriptum est, eo quod certamina contineat 86 Hebræorum quorundam, qui, ut in Machabæorum libris proditum est, pro divini Numinis cultu fortiter propugnauerunt. Sed et sub finem vicesimi *Antiquitatum Judaicarum* libri, propositum sibi esse significat quatuor libros conscribere *De Deo deque ejus substantia*, ex opinione Judæorum quam ipsi a majoribus acceperunt : item *De legibus*, cur earum præcepto quædam permissa sint, quædam vetita. Alia præterea ab se elucubrata esse ipse in suis libris commemorat. Ad hæc congruum videtur ad confirmandam auctoritatem eorum quæ ex illo deprompsimus, etiam verba ejus apponere, quæ in epilogo *Antiquitatum* inseruit. Arguens enim mendacii Justum Tiberiensem, qui illorum temporum historiam perinde ac ipse scribere instituerat, multa que alia eidem objiciens crimina, hæc ad extremum adjungit : « At non

καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου, γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δ' οὐχ ὁμοίας ἤξιώται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχὴν. Δῆλον δ' ἐστὶν ἔργῳ, πῶς ἡμεῖς πρόσιμεν τοῖς ἰδίῳις γράμμασι. Τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἦδη παρωχηκότος, οὔτε προσθεῖναι τις, οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκε, πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθύς ἐκ πρώτης γενέσεως Ἰουδαίους, τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐπιμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δεῖαι, θησκειν ἠδέως. » Καὶ ταῦτα δὲ τοῦ συγγραφέως χρησίμως ὡδε παρατεθείσθω. Πεπόνηται δὲ καὶ ἄλλο οὐκ ἀγεννὲς σπούδασμα τῷ ἀνδρὶ Περὶ αὐτοκράτορος λογισμῶν, ὃ τινες *Μακκαβαϊκῶν* ἐπέγραψαν, τῷ τοῦς ἀγῶνας τῶν ἐν τοῖς οὕτω καλουμένοις *Μακκαβαϊκοῖς* συγγράμμασιν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ Θεῖον εὐσεβείας ἀνδρισαμένων Ἑβραίων περιέχειν. Καὶ πρὸς τῷ τελειῷ δὲ τῆς εἰκοστῆς *Ἀρχαιολογίας* ἐπισημαίνεται ὁ αὐτὸς, ὡς ἂν προρηρημένος ἐν τέταρσι συγγράφαι βιβλίοις κατὰ τὰς πατρίους δόξας τῶν Ἰουδαίων, περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, διὰ τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστι πράττειν, τὰ δὲ κεκώλυται. Καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ σπουδασθῆναι ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίῳις αὐτοῦ μνημονεύει λόγοις. Πρὸς τούτοις εὐλογον καταλέγει καὶ ἄς ἐπ' αὐτοῦ τῆς *Ἀρχαιολογίας* τοῦ τέλους (84) φωνὰς παρατίθεται, εἰς πίστεισιν τῆς τῶν ἐξ αὐτοῦ παραληφθέντων ἡμῖν μαρτυρίας. Διαβάλλων δὴτα Ἰουστον *Τιβεριέα* (85) ὁμοίως αὐτῷ τὰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἱστορήσα: χρόνους πεπειραμένον, ὡς μήτ' ἀληθῆ συγγραφότα (86) πολλὰς τε ἄλλας εὐθύνας ἐπαγαγὼν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ταῦτα αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγει : « Οὐ μὴν ἐγὼ σοὶ τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ τῆς ἑμαυτοῦ γραφῆς ἔδεισα, ἀλλ' αὐτοῖς ἐπέδωκα τοῖς αὐτοκράτορσι τὰ βιβλία, μόνον οὐ τῶν ἔργων ἦδη βλεπομένων. Συνήδειν γὰρ ἑμαυτῷ τετηρηκότι τὴν τῆς ἀληθείας παράδοσιν, ἐφ' ἣ μαρτυρίας τεύξεσθαι προσδοκῆσας, οὐ διήμαρτον. Καὶ ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἐπέδωκα τὴν

(84) Ἐπ' αὐτοῦ τῆς *Ἀρχαιολογίας* τοῦ τέλους. In libello scilicet *De vita sua*, pag. 1026 editionis Genevensis. Qui quidem libellus epilogus est vicesimi et ultimi *Antiquitatum* libri, a quo male divulgus est in Græco-Latinis editionibus. Epilogum autem esse docet ipse Josephus in calce libri vicesimi, et in fine ipsius opusculi *De vita sua*. Itaque fallitur Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis*, pag. 188, qui Eusebium memoria lapsus hæc scripsisse ait. Fallitur etiam Christophorus, qui hunc Eusebii locum corruptum esse existimans interpolavit. Qui si Græcos Josephi codices manu exaratos, aut certe Basiliensem editionem consulissent, facillime deprehendissent id quod dixi, librum scilicet Josephi *De vita sua*, nihil aliud esse quam appendicem vel epilogum libri vicesimi *Antiquitatum*.

(85) Ἰουστον *Τιβεριέα*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum exhibent *Τιβεριέα*, male, ut opinor. Nam et Stephanus Byzantius *Τιβεριέα* patronymicum agnoscit. Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Justum *Tiberiensem* vocavit, quem et nos secuti sumus. Rufinus vero Justum vocat *ex Tiberiade*. At Scaliger *Tiberiadensem* illicere maluit. Hic Justus *Historiam belli Judaici* scripserat, ut docet Josephus in libro *De vita sua*, et

suggestentibus atque instantibus Judæis, qui etiam nostros sollicitè observaverant, cum e rogo corpus auferre tentarent : stulti, qui ignorarent nos Christum nunquam posse relinquere, qui pro salute omnium, quotquot ex genere humano salvi futuri sunt, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium **135** Dei adoramus, martyres

(87) *Ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι.* Finis hujus Smyrnæorum epistolæ omisissus est ab Eusebio, propterea quod ad institutum ipsius parum facere videbatur, et quia in alio opere integram epistolam retulerat, in libro scilicet De antiquis martyrum passionibus. Nos vero ex editione Usseriana extremam hujus epistolæ partem supplēvimus, ne studiosi lectores in hac editione nostra quidquam desiderare possint. Sic autem habet :

Οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἐξοχος οὗ τοῦ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενομένων· διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἀδικον ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀσθενοῦς στέφανον ἀπολαβὼν, σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἡξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλῶν μεμνηνάμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσι τὸν Κύριον, τὰς ἐκλογὰς ποιούντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δούλων, τῶν δυναμένων πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη εἰς αἰῶνας. Ἀμήν! Προσαγορευέτε πάντας τοὺς ἀγίους· ὑμεῖς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν, καὶ Ἐβάρετος ὁ γράψας πανοικελί. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Σεβαστιῶν δευτέρῃ ἰσταμένου, πρὸ ἑπτά καλανδῶν Ματίων, Σαββάτῳ Μεγάλῳ, ὡρᾷ ὀγδόῃ· συνελήφθη ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππιανου, ἀνθυπατεύοντος Στατίου Κοδράτου, βασιλευπόντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἐβρώσθη ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοί, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν, καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἔσθλην εὐρεθῆναι ἡμᾶς. Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάτος, ἐκ τῶν Εἰρηναίου, μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ· ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τοῦ Γάτου ἀντιγράφων ἔγραφα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων. Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραφα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι Πολυκάρπου, καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεστῆς, συναγαγὼν αὐτὰ ἡδὴ σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκηκῶτα, ἵνα καὶ με συναγάγῃ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Id est :

Qui non solum doctor insignis, verum etiam summus exstitit martyr, cujus martyrium omnes imitari student, quippe quod cum Evangelio Christi consenserit. Etenim injustissimum presidem patientia ac tolerantia superavit, et hac ratione immortalitatis coronam adeptus, una cum apostolis atque omnibus sanctis lætus glorificat Deum Patrem, et benedicit Dominum nostrum, gubernatorem corporum nostrorum, et catholicæ per universum orbem Ecclesiæ pastorem. Ac vos quidem petieratis ut cuncta quæ gesta sunt, finis exponeremus. Nos vero impræsentiarum brevi compendio indicavimus

νεύεται, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι (87). Ἡ μὲν δὲ κατὰ τὸν θαυμασίον καὶ ἀποστολικὸν Πολύκαρπον, τοιοῦτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων Ἐκκλησίαν ἀδελφῶν τὴν ἱστορίαν ἐν ἧ' δεδηλώκαμεν αὐτῶν ἐπιστολῇ καταθειμένων. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ

per fratrem nostrum Marcum. Quæ vos posteaquam acceperitis, rogamus ut ad fratres ulterius positos epistolam transmittatis, quo et illi Dominum benedicant, qui ex suis famulis quoscunque vult, eligit, qui gratia sua atque indulgentia omnes nos in regnum suum æternum potest inducere, per Filium suum unigenitum Jesum Christum, cui gloria, honor, imperium ac majestas in sæcula. Amen! Salute omnes sanctos universi qui nobiscum sunt, vos salutant, et Evarestus hujus epistolæ scriptor cum omni domo sua. Passus est autem beatus Polycarpus die secundo mensis Xanthici, ante diem vi Kalendas Martias, Magno Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, pontifice Asiæ Philippo Tralliano, Statio Quadrato proconsule, regnante in sæcula J-su Christo, cui gloria, honor, majestas ac thronus sempiternus ab ætate in ætatem. Optamus vos in Domino valere, fratres charissimi, inhaerentes præceptis atque Evangelio Jesu Christi, cum quo gloria et honor Deo Patri sanctoque Spiritui, ob salutem sanctorum qui electi sunt a Deo. Quorum exemplo passus est beatus Polycarpus. Ad cujus vestigia optamus ut in regno Christi locum habere mereamur. Hæc ex libro Irenæi, discipuli B. Polycarpi, descripsit Caius, qui etiam versatus est cum Irenæo. Ego vero Socrates Corinthi transcripsi ex Caii exemplari. Gratia sit cum omnibus. Po hæc ego Pionius ex supradicto descripsi, cum exemplaria diu quævissem, et Polycarpus per visionem ea mihi revelasset, ut inferius declarabo : cum autem vetustate ac longinquitate temporis prope corrupta essent, collegi ea, ut me quoque cum electis suis colligat Dominus noster Jesus Christus, cui cum Patre et Sancto Spiritu gloria in sæcula sæculorum. Amen!)

Hæc ideo hic ascribenda esse duxi, ut tam illustre antiquitatis ecclesiasticæ monumentum hic quoque integrum legeretur. Sunt autem in calce hujus epistolæ quædam diligentius observanda. Primum est, hanc epistolam non continuo post Polycarpi martyrium, sed aliquanto post tempore a Smyrnæis scriptam fuisse. Nam cum Philomelitenus de Polycarpi martyrio fama tantum ac rumore tenus audisset, litteras dederunt ad Smyrnæorum Ecclesiam, rogantes ut cuncta quæ in beatissimi viri passione gesta fuerant, singillatim præscripta ad ipsos mitterentur. Quod quidem libentissime præstiterunt Smyrnæi, scripta ad ipsos epistola quam in manibus habemus. Id autem subindicant his verbis : Ὑμεῖς μὲν οὖν ἡξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, etc. Secundo notandum est, Polycarpi martyrium passim in hac epistola evangelicum martyrium appellari. Nam et initio epistolæ aiunt Smyrnæi : σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπέδειξῃ τὸ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μαρτύριον. Et in extrema epistolæ parte : οὗ τοῦ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενομένων. Cur autem consonum Evangelio Christi vocetur hoc Polycarpi martyrium, utrobique afferunt rationem Smyrnæi, quod scilicet Polycarpus fugerit eos, qui ipsum persequerentur, exemplo Christi exspectans donec traderetur, et quod iniquitatem præsidis patientia sua superavit. Illud etiam observandum est, hanc Smyrnæorum epistolam perlatam quidem fuisse a Marco, scriptam vero manu Evaresti, cujus nomen ascripserunt

ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο (88) κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας· μεθ' ὧν καὶ Μητρόδωρος τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης πρεσβύτερος δὴ εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνήρηται. Τῶν γε μὴν τότε περιβόητος μάρτυς εἰς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος, ὃς τὰς κατὰ μέρος ὁμολογίας, τὴν τε τοῦ λόγου παρβρῆσαν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐπὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν ἀρχόντων ἀπολογίας, διδασκαλικὰς τε δημηγορίας, καὶ ἐτι τὰς πρὸς τοὺς ὑποπεπτωκότας τῶν κατὰ τὴν διωγμὸν πειρασμῶν δεξιώσεις, παραμυθίας τε ἄς ἐπὶ τῆς εἰρκτηῆς τοῖς παρ' αὐτὸν εἰσαφικνουμένοις ἀδελφοῖς παρετίθετο, ἄς τε ἐπὶ τούτοις ὑπέμεινε βασιάνους, καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλγηδόνας, καθηλώσειε τε, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς πυρᾶς καρτερίαν, τὴν τε ἐφ' ἅπασιν τοῖς παραδόξοις αὐτοῦ τελευτήν, πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχοῦσης, τοὺς οἷς φίλον, ἐπὶ ταύτην ἀναπέμφομεν, τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυροῖς ἐντεταγμένην (88'). Ἐξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ (89) πόλει τῆς Ἀσίας ὑπομνήματα με-

Smyrnæi exemplo apostoli Pauli, qui in suis ad Romanos litteris Tertii quoque litterarum scriptoris nomen apposuit. Postremo notandum est, quod Polycarpus passus esse dicitur die secundo mensis Xanthici, id est, ante diem vii Kalendas Martias. Usserius quidem tum in notis ad epistolam Smyrnæorum, tum in libro De anno solari Macedonum et Asianorum, cap. 1, affirmat Smyrnæos præter morem reliquarum Asiæ civitatum, mensem Xanthicum exorsos fuisse a die 25 mensis Martii. Sed cum ad id probandum nullam rationem afferat, in eo non possum illi assentiri. Quis enim credat, Smyrnæos in mensem Macedonicorum dispositione a reliquis Asiæ civitatibus dissensisse? Certe si ita fuisset, Smyrnæi diem quo passus est Polycarpus, non ita designassent, ut legitur in hac epistola: μαρτυρεῖ δὲ ὁ Πολύκαρπος Ἐσθθητικοῦ δευτέρου Ἰσταμῆνου. Sed ad vitandam ambiguitatem, adjecissent, καὶ ἡμᾶς τοὺς Σμυρναίους. Cæterum Smyrnæos in anni ac mensium suorum dispositione prorsus cum Asianis consensisse, docent *Acta* Pionii martyris qui passus est Smyrnæ in persecutione Deciana, in quibus ita scribitur: *Hæc acta sunt Julio præconule, ante 1v Idus Martias more Romanorum, Asiæ autem more, septimi mensis undecimo.* Rectius in *Chronico Alexandrino* legitur: ὃ ἐστὶ κατὰ Ἀσιανοῦς μηνὸς ἕκτου ἰβ'. Cum igitur Smyrnæi non aliter menses suos ordinaverint quam cæteri Asiani, apud Asianos vero mensis Xanthici initium in vicesimum secundum Februarii diem incidit, idem quoque a Smyrnæis observatum sit necesse est. Quare in epistola Smyrnæorum de martyrio Polycarpi, scribendum: πρὸς ἑπτὰ Καλανδῶν Μαρτίων, ut legitur D

A vero tanquam discipulos et imitatores Domini, merito amore prosequimur, ob eximiam ipsorum benevolentiam, quam erga Regem ac Magistrum suum declararunt. Quorum nos quoque consortes ac condiscipulos fieri omnibus modis optamus. Porro cum centurio pertinaciam Judæorum animadverteret, corpus in medio collocatum, ut moris est ipsis, concremavit. Atque ita nos demum ossa illius gemmis pretiosissimis chariora, et quovis auro puriora colligentes, ubi decebat condidimus. Quo etiam in loco nobis, si fieri poterit, convenientibus concedet Deus natalem ejus martyrii diem cum hilaritate et gaudio celebrare, tum in memoriam eorum qui glorioso certamine perfuncti sunt, tum ad posteros hujusmodi exemplo erudiendos et confirmandos. Hæc de beato Polycarpo, qui cum aliis duodecim Philadelphensibus apud Smyrnæam martyrio est coronatus. Qui tamen solus omnium hominum memoria ac fama præcipue celebratur, adeo ut nomen ipsius ubique terrarum etiam a gentilibus commemoretur.

Kalendas Martias, præstat meo quidem judicio eam sententiam tueri, quæ tum Smyrnæensis Ecclesiæ, tum omnium Orientalium tabulis confirmatur, quam incertis de magno Sabbato conjecturis et Judæorum traditionibus inniti. Neque enim probabile est, Smyrnæos diem quo passus est B. Polycarpus ignorasse; aut natalem ejus alio die quam quo passus fuerat, celebrasse, præsertim cum Smyrnæi in hac ipsa ad Philomelienses epistola discrete polliceantur, se quotannis diem ejus natalem pie sancteque esse celebraturos. Quare cum paulo ante Pionii martyrium, principatu Decii Augusti, id est, octoginta circiter annis a passione B. Polycarpi, constet Smyrnæos natalem B. Polycarpi celebrasse vii Kalendas Martias, nefas jam esse existimo de die passionis ejus amplius dubitare. *Siculorum Fastorum* auctor, inquit Usserius, pro *Ματῶν* legit *Ἀπριλλίων*. Verum enim Polycarpi natalem in 26 Martii esse statuendum et Asiani anni ratio et magni Sabbati character evincit, licet apud Latinos 26 Jan., apud Græcos 25 Febr. celebretur. Usserio astipulatur Pagius ad an. 167, n. 3, 4. Edit.

(88) Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο. Male hunc locum acceperunt Rufinus, Nicephorus et Christophorus. Existimarunt enim in eadem illa de Polycarpi martyrio epistola, Pionii quoque et Metrodori aliorumque passionem a Smyrnæis commemoratam fuisse, cum tamen id non dicat Eusebius, sed tantum affirmet, epistolæ illi in qua de Polycarpi martyrio agebatur, adjunctas fuisse aliorum martyrum passiones, Pionii scilicet ac Metrodori. Certe Eusebius paulo post, epistolam de Pionii martyrio distinguit ab epistola illa in qua martyrium Polycarpi describitur: Πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχοῦσης, τοὺς οἷς φίλον ἐπὶ ταύτην ἀναπέμφομεν. Et in hoc quidem tortasse excusari potest Eusebius. In eo vero quod Pionium, Metrodorum, Carpum et reliquos passos esse existimat principatu Marci Antonini, iisdem temporibus quibus passus est Polycarpus, nemo illum excusare unquam potest. Quippe ex *Actis* Pionii, et ex *Actis* Carpi et Papuli, constat illos regnante Decio subisse martyrium. Causam erroris Eusebio præbuit, quod *Acta* illa Pionii et Carpi simul cum *Actis* passionis sancti Polycarpi in uno codice compacta legebantur. Ex quo suspicatus est Eusebius illos uno eodemque tempore passos fuisse.

(88') Ἐντεταγμένην. Al. impr., ἐντεταγμένη, ninirum typograph. errore. Edit.

(89) Ἐξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ. Hunc locum ita accepit Christophorus, quasi *Acta* mar-

Atque hic exitus admirandi illius et apostolici Polycarpi : cujus ordinem ac seriem fratres Smyrnen-  
sis Ecclesiæ, in ea quam diximus epistola memoriæ  
prodiderunt. Seu et alia martyria sub idem tempus

quo Polycarpus passus est, apud Smyrnam facta, in eadem epistola conjunctim leguntur. In quibus  
et Metrodorus quidam, qui Marcionis sectæ presbyter dicebatur, flammis consumptus interiit. Cele-  
berrimus quoque inter reliquos ejus temporis martyres fuit Pionius. Cujus singulas confessiones, ac  
libertatem in dicendo, utque coram populis ac præsidibus pro fidei nostræ defensione peroraverit,  
conciones item de institutione fidei, præterea cohortationes, atque invitationes ad eos qui perse-  
cutionis tempore lapsi fuerant : allocutiones etiam et consolationes quas in carcere positus adeunti-  
bus ipsum fratribus adhibuit; quæ super his tormenta, quantosque dolores sustinuerit : clavorum  
insuper confixiones, et mirabilem in medio rogo constantiam : mortem denique ipsam quæ cuncta  
illa miracula subsecuta est, si qui volent cognoscere, eos ad epistolam de illius martyrio uberrime  
conscriptam amandamus, quam nos in opere de priscis martyribus quorum passiones collegimus,

**136** ordine suo inseruimus. Aliorum præterea qui in urbe Asiæ Pergamo sub id tempus martyrium  
passi sunt, Acta etiamnum circumferuntur, Carpi videlicet, Papuli, et mulieris cujusdam Agathou-  
cæ : qui post multas atque illustres fidei nostræ confessiones glorioso exitu consummati sunt.

### CAPUT XVI.

*Quomodo Justinus philosophus religionem Christi  
Romæ prædicans martyrium meruit.*

Isdem temporibus et Justinus, cujus supra men-  
tionem fecimus, cum alterum librum pro fidei nostræ  
defensione imperatoribus superius memoratis obtu-  
lisset, sacro martyrio exornatus est fraude ac ma-  
chinationibus Crescentis philosophi, qui vivendi  
rationem prorsus convenientem ac respondentem  
Cynicæ appellationi æmulabatur. Quem cum ille  
disputans audientibus plurimis convicisset, tandem  
veritatis illius quam prædicaverat, præmium mar-  
tyrio consecutus est. Hunc autem exitum vitæ,  
idem ille veræ sapientiæ studiosissimus sectator,  
in supradicto *Apologetico* aperte prout erat ipsi  
prope diem eventurus, prædicat his verbis : « Ego  
etiam exspecto ut ab aliquo eorum qui philosophi  
appellantur, insidiis appetar, et in nervum com-

tyrum Carpi et Papuli, in eadem illa Smyræorum  
epistola continerentur. Quod tamen verum non pu-  
to. Neque enim verisimile est, Smyræos martyria  
quæ Pergami gesta erant, in epistola sua retulisse.  
Probabilius est, Acta hæc martyrum Pergamenorum  
a Smyræis vel a quibusdam aliis, ob argumenti  
similitudinem postea adjuncta fuisse epistolæ Smyr-  
æorum, et in unum quasi corpus relecta. Atque  
ita hunc locum cepisse videtur Nicephorus. Dnas  
porro epistolas Smyræorum fuisse existimo : alteram  
quæ de Polycarpi, alteram quæ de Pionii mar-  
tyrio seorsum commemoraverit : quibus subjecta  
erant Acta passionis Carpi et Papuli. Certe Pionius  
itemque Carpi et Papuli, Decio imperante, mar-  
tyrium passi sunt, ut eorum Acta hodieque testan-  
tur. Quare passio illorum referri non potuit in dicta  
Smyræorum epistola, quæ de Polycarpi martyrio  
adhuc recenti scripta est ad Ecclesiam Philomeli  
temporibus Marci Antonini. Vide Baronium ad an-  
num Christi 169, cap. 22, et Usserium in libro  
*De anno solari Macedonum et Asiæ*, cap. 3.

(90) *Δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίων ἀναδούς.* Eusebius infra cap. 17 mentionem  
iterum facit hujus secundi *Apologetici*, quem Jus-  
tinus imp. M. Aurelio Antonino pro Christianis  
dicaverat. Ejusdem libri meminit etiam Hieronymus  
in opere *De scriptoribus ecclesiasticis*. Scaliger in

A μαρτυρηκῶτων φέρεται, Κάρπου καὶ Παπύλου, καὶ  
γυναϊκὸς Ἀγαθονίχης, μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς  
ὁμολογίας ἐπιδόξως τετελειωμένων.

B

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

*Ὅπως Ἰουστίνος ὁ φιλόσοφος τὸν Χριστοῦ λό-  
γον ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως πρεσβύτων ἐμμε-  
τῆρησεν (Nic. H. E. III, 32).*

Κατὰ τούτους δὲ καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλω-  
θεὶς Ἰουστίνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμά-  
των βιβλίων ἀναδούς (90) τοῖς δεδηλωμένοις ἀρχουσι,  
θεῖω κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ, φιλοσόφου Κρίσκεν-  
τος (τὸν φερώνυμον δὲ οὗτος τῇ Κυρικῇ προστηγορή-  
βιον τε καὶ τρέπον ἐξήλου) τὴν ἐπιβουλήν αὐτῷ κατα-  
ρτῦσαντος, ἐπειπερ πλεονάκεις ἐν διαλόγοις ἀκρα-  
τῶν παρόντων (91) εὐθύνας αὐτὸν, τὰ νικητήρια τε-  
λευτῶν ὑπὲρ ἧς ἐπρέσβευεν ἀληθείας, διὰ τοῦ μαρ-  
τυρίου τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνεδήσατο. Τοῦτο δὲ καὶ αὐ-  
τὸς ὁ ταῖς ἀληθείαις φιλοσοφώτατος, ἐν τῇ δεδηλωμέ-  
νῃ *Ἀπολογία* σαφῶς οὕτως, ὥσπερ οὖν καὶ ἐμμελεῖν  
ἔσον οὕτω περὶ αὐτὸν συμβῆσθαι, προλαβὼν ἀπο-  
σημαίνει τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι : « Καθὼ οὖν  
προσοδοῶ ὑπὸ τίνος τῶν ὀνομασμένων ἐπιβουλεύθη-

Animadversionibus Eusebianis, pag. 201, ait hunc  
secundum Justinum *Apologeticum*, cujus hoc loco  
mentionem facit Eusebius, hodie non exstare, id-  
que palam esse affirmat. In quo tamen longe fallit-  
ur. Etenim Eusebius, postquam dixit Justinum  
philosophum secundam pro Christianis *Apolo-  
giam* M. Aurelio Antonino obtulisse, statim ex eadem  
oratione insignnem locum affert, quo Justinus ad-  
versus Crescentem Cynicum philosophum invehitur.  
Qui quidem locus hodie exstat in *Apolo-  
gia* prima  
ejusdem Justinum, pag. 46 editionis Parisiensis Græco-  
Latinæ. Verum in vulgatis Justinum editionibus, ora-  
tiones illius apologetiæ præpostero ordine colloca-  
tæ sunt. Nam quæ secunda ponitur in excusis exem-  
plaribus, ea priore loco poni debuit. Quæ vero in  
editionibus prima recensetur, et ad senatum Roma-  
num inscripta est, ea posteriore loco collocari debet,  
ut pluribus infra dicturi sumus.

(91) *Ἀκρατῶν παρόντων.* Ita quidem Regius.  
Sed quatuor reliqui, Mazar. scilicet ac Med., cum  
Fuk. et Saviliano, scriptum habent, ἐπ' ἀκρατῶν  
εὐθύνας αὐτὸν, quod quidem mihi videtur el-  
gantius. Porro hæc periodus cum in Græco confusa sit  
ac perturbata, in duas a nobis divisa est, ut sensus  
apertior redderetur. Idque etiam ante nos præstitit  
Rufinus.

και ξύλω έντιναγήναι (92), η και ύπό Κρίσκεν-  
 τος τού άφιλοσόφου και φιλοκόμπου. Ού γάρ φιλοσο-  
 φον ειπείν άξιον τών άνδρα, ός γε περι ών μη επί-  
 σταται δημοσίη καταμαρτυρεί, ώς άθίων και άσε-  
 βών Χριστιανών δυτων, προς χάριν και ήθονήν τών  
 πολλών, πεπλανημένως τούτο πράττων (93). Εί τε  
 γάρ μη έντυχών τούτῳ Χριστού διδάγμασι κατα-  
 τρέχει ή μών, παμπόνηρός έστι και ιδιωτών πολλῶ  
 χείρων, οι φυλάττονται πολλάκις περι ών ούκ επίστα-  
 ται διαλέγεσθαι και ψευδομαρτυρείν. Καί ει έντυχών  
 μη συνήκε τὸ έν αύτοίς μεγαλειόν, η συνεις, προς  
 τὸ μη ύποπτευθῆναι τοιούτους ταύτα ποιεί, πολὺ μάλ-  
 λον άγενής και παμπόνηρος, ιδιωτικῆς και άλόγου  
 έξής και φόβου έλάττων ών. Καί γάρ προθέντα με  
 και έρωτήσαντα αύτῶν έρωτήσεις τινάς τοιαύτας, μα-  
 θείν και έλέγξει ότι άληθώς μηδέν επίσταται, ειδέναι  
 ύμάς βούλομαι. Καί ότι άληθῆ λέγω (94), ει μη άν-  
 γρέχθησαν ύμιν αι κοινωνίαι τών λόγων, έτοιμος και  
 έρ' ύμών κοινωνείν τών έρωτήσεων πάλιν βασιλει-  
 κών δ' άν και τούτο έργον ειη. Εί δέ και έγνωσθησαν  
 ύμιν αι έρωτήσεις μου και αι εκείνου άποκρίσεις,  
 φανερόν ύμίν έστιν, ότι οὐδέν τών ήμετέρων επίστα-  
 ται η ει επίσταται, οία τούς άκούοντας δέ ού τολμά  
 λέγειν, ώς πρότερον έφην, ού φιλόσοφος, αλλά φιλό-  
 όξος άνήρ δείκνυται, ός γε μηδὲ τὸ Σωκρατικόν  
 αξίεραστον έν τιμῆ (95). Ταύτα μὲν οὖν ὁ Ίουστίν-

A pingar : ab ipso forsitan Crescente, veræ philoso-  
 phiæ ignaro, et vanitatis potius quam veritatis ama-  
 tore. Neque enim philosophi vocabulum meretur,  
 qui de rebus quas prorsus ignorat, publice loqui,  
 et Christianos impios ac profanos affirmare non  
 dubitat, quo gratiam capiet plebecula : errans  
 omnino. Si enim cum doctrinam Christi nunquam  
 legerit, eam tamen suggillat, profecto nequissimus  
 est, et vulgi hominibus multo deterior, qui plerum-  
 que cavere solent ne de iis rebus loquantur quas  
 ignorant, neve falsum testimonium proferant. Si  
 vero cum eam doctrinam legerit, majestatem illius  
 minime intellexit ; aut si intellexit quidem, verum  
 ita ut dixi se gerit, ne forte eum Christianum esse  
 homines suspicentur, longe adhuc ignavio pejor-  
 B que judicandus est, quippe qui popularibus atque  
 insanis opinionibus, metuque inferiorem se esse  
 fateatur. Neque vero illud ignorare vos velim, au-  
 gustissimi imperatores, me cum multis hujusmodi  
 interrogationes ei proposuissem, 137 deprehen-  
 disse illum revera nihil scire. Atque ut sciatis a mo-  
 verum dici, paratus sum, si forte disputationes illas  
 ad vestram notitiam non pervenerunt, coram vobis  
 interrogationes iterum proponere. Neque id ab  
 imperatoria majestate alienum fuerit. Si vero cum  
 interrogationes meæ, tum illius responsiones ad

*Ligno mersa cavo vinculis tenere beatiss.*

In Menæo Græcorum, die 25 Septembris, de SS.  
 Paulo et Tatta : Διαβληθέντες ως Χριστιανοί ξύλω  
 C ήσφαλισθησαν, και άλύσειν έδέθησαν. Latini hoc li-  
 gnum etiam *cippum* dixere. Glossæ veteres : *Cippus, πο-  
 δοκάχη*. Sic in Passione Chrysanti et Darie : *Tunc  
 trati milites, mittunt eum in cippo novo et nodosissi-  
 mo, ita ut in tertio puncto tibias concenterent. Igitur  
 cum starent ante eum et insultarent ei, ita putrefac-  
 tum est lignum totius cippi, ut in cinerem conver-  
 teretur*. Sic legitur in codice ms. At Metaphrastes  
 eadem Acta describens sic habet ex versione Lipo-  
 mani : *Milites indignati eum in carcerem conjece-  
 runt, et triplici compede strinxere : quæ quidem  
 cum ipsi astarent et illuderent, in pulverem redacta  
 est*.

(97) *Προς χάριν και ήθονήν τών πολλών, πε-  
 πλανημένως τούτο πράττων*. Editi antea, προς  
 χάριν και ήθονήν τών πολλών τών πεπλανημένων.  
 Longe elegantior est lectio quam ex tribus nostris  
 codicibus, Maz., Med. et Fuk., exhibemus. Quæ  
 emendatio adeo necessaria est, ut nisi ita scripse-  
 ris, quæ sequuntur Justinii verba cum præcedenti-  
 bus nullatenus cohæreant. Postquam enim dixit Ju-  
 D stinus Crescentem indignum e-se philosophi voca-  
 bulo, propterea quod de rebus loqueretur quas pe-  
 nitus ignorabat, et Christianos impios vocabat, ut  
 gratiam captaret imperitæ multitudinis : addit  
 deinde, illum in eo graviter errasse. πεπλανημένως  
 τούτο πράττων. Rationem inie subjungit, ει τε γάρ  
 μη έντυχών, etc., eleganter omnino. Itaque non im-  
 merito in codice Regio ad latus horum verborum  
 apposta est nota Ωρ. et supra accentus circumfle-  
 xus, et ov. Quæ nota significat *ώρατων*, id est locum  
 venustum et elegantem.

(94) *Και ότι άληθῆ λέγω*. Hanc loquendi vim et  
 proprietatem non intellexit Christophorosus. In hu-  
 jusmodi autem locutione subauditur eleganter *ενα  
 ειδῆτε*.

(95) *Τὸ Σωκρατικόν αξίεραστον έν τιμῆ*. Intelli-  
 git egregiam illam Socratis sententiam quæ est apud  
 Platonem : quam quidem ab Eusebio aut ab exscri-

(92) *Και ξύλω έντιναγήναι*. Ita codex Regius et  
 Nicephorus hunc Justinii locum exhibent. Sed in ve-  
 tustissimo codice Mazarino scriptum inveni, *κάν ξύ-  
 λω έντιναγήναι*. In Fuk., και έν ξύλω έντιναγήναι. In  
 C Medicæo, και έν ξύλω ένταγήναι. Hodie in vulgatis  
 Justinii editionibus excusum est, και ξύλω έμπα-  
 γήναι, quomodo etiam in codice Medicæo prius scrip-  
 tum fuerat. Eamque lectionem secutus Scaliger, in  
 Animadversionibus Eusebiiis verit̄ patibulo affigi.  
 At Christophorosus et ante illum Langus, Nicepho-  
 ri interpres, verterunt *fustuarium pati*, pessime,  
 meo quidem iudicio. Rufinus, *baculo et clava feriri*,  
 quasi Justinus clavam et baculum Crescentis Cynici  
 formidaverit. Ego vero ξύλον, *nervum* interpretatus  
 sum. Ita enim sumitur ea vox passim apud Euse-  
 bium, verbi gratia, in libro quinto, initio, τὰς έν  
 τῷ ξύλω διατάσεις τών ποδών. Themistius, oratione  
 9 : *Οί δέ εκ τών σχιμπόδων εις δεσμοτήρια συνηπά-  
 ζοντο τῶς δέ οι σχιμπόδες είνοντο άντι ξύλων*. Ad  
 quem locum recte doctissimus Petavius adnotavit ξύ-  
 λων esse quod Latini dicunt *nervum*, ut est in vete-  
 ribus Glossis, eoque sensu apud Prudentium sumi  
 lignum, cum ait :

*Lignoque plantas inserit,  
 Divaricatis cruribus.*

Quippe hujusmodi compedes erant e ligno. Idem  
 Themistius in oratione nonnum edita, quæ inscribitur  
*Constantius seu De humanitate*, de tyranno lo-  
 quens : *Καθάπερ οίμαι δεσμοτηρίου τις φύλαξ, πολ-  
 λούς έχων δεσμώτας ύφ' έαυτῶν, αγαπᾶ τε και γέγη-  
 θεν, ότι εύτυχέστερός έστι τῶν έν τοίς ξύλοις*. Lucas  
 quoque in Actibus apostolorum, cap. xvi, loquens  
 de Paulo et Sila quos Philippensium magistratus in  
 carcerem conjecerant, ξύλων ita usurpat : *Έβαλεν  
 αύτους εις τήν έσωτέραν φυλακήν, και τούς πόδας  
 αύτῶν ήσφαλισατο εις τὸ ξύλον*. Velius interpres ita  
 verit̄ : *Misit eos in interiorum carcerem et pedes eo-  
 rum strinxit ligno*. Arator vero in lib. ii *Apostolicæ  
 Historiæ*, eandem rem narrans expressit his ver-  
 sibus :

*Conveniunt, ubi carcer erat : quem sedibus iniis  
 Includunt comitante Sila : vestigia quorum*



aures vestras pervenerunt, perspicuum vobis est, illum in religione nostra prorsus nihil scire. Aut si scit ille quidem, sed propter auditores eloqui non audet, nequaquam philosophus, ut antea dixi, sed popularis auræ captator esse deprehenditur, quippe qui pulcherrimum illud Socratis dictum parvi faciat : Nullum esse veritati antefendum virum. » Hactenus Justinus. Quem quidem, sicut ipse prædixerat, structis a Crescente insidiis, martyrio esse coronatum Tatianus vir qui primo ætatis suæ tempore rhetoricam docens, in gentilium disciplinis summa cum laude versatus est, et qui plurima ingenii sui monumenta posteris reliquit, in libro *Adversus gentes* testatur his verbis : « Et recte Justinus, vir omnium admiratione dignissimus, eos latronibus similes esse dixit. » Pauca deinde interlocutus de philosophis, hæc subjungit : « Crescens quidem qui in urbe Roma nidulum suum fixerat, cœdis puerorum amoribus, et avaritiæ supra omnes mortales contemnerent, ipse tantopere eam formidabat, ut concinnaverit, eo quod ille veritatem prædicans, philosophos belluones et deceptiores esse convinceret. » Et hæc quidem Justino causa martyrii fuit.

## CAPUT XVII.

*De martyribus quorum Justinus in suis libris mentionem facit.*

Idem porro Justinus aliorum quoque qui paulo ante ipsum martyrio perfuncti erant, in priore *Apologetico* mentionem facit his verbis : quæ quo-

piore omissam, necessario in versione nostra adjiciendam putavi. Porro hunc locum ex manuscriptis codicibus Maz., Mel. et Fuk. ita restitui : ὡς γε μὴδὲ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιώραστον ἐν τιμῇ. (At nos cum aliis correximus ἄνθ' ὄν. EDIT.)

(96) *Σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι.* Rutinus magistrum eloquentiæ vertit; Tatianus, inquit, vir eruditissimus, in prima etate sua oratoriam docens. Ita etiam vertit Hieronymus in *Catalogo*. Theodoritus quoque in libro *i Hæreticarum fabularum*, Tatianum primo sophistam fuisse testatur. Ipse Tatianus de se loquens in fine libri *Adversus Græcos*, eodem utitur verbo quo Eusebius : Ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιποιήσας γῆν, καὶ τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, τοῦτο δὲ τέχνας καὶ ἐπιβολὰς ἐγκυρήσας πολλαῖς. Ubi vox σοφιστεύσας nihil ad eloquentiam pertinet, sed omnem Græcorum sapientiam et liberales disciplinas complectitur. Sane quod Tatianus ibidem ait se plurimas regiones peragrasse, multasque artes et inventiones mechanicas curiose didicisse, philosophum magis indicat quam professorem eloquentiæ. Adde quod liber ille *Adversus Græcos* conscriptus, satis testatur auctorem parum in dicendo exercitatum fuisse. Est enim eruditus quidem liber, sed sine ordine ac methodo compositus.

(97) *Πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος.* Quatuor nostri codices Maz., Mel., cum Fuk. et Saviliano, scriptum habent, πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν μαρτυρίου.

(98) *Ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ μνημονεύει Ἀπολογία.* Scribendum est ἐν τῇ δευτέρᾳ, ut recte conjecit D. Petavius in *Animadversionibus* ad hæresim XLVI Epiphani, et P. Halloixius in *Vita S. Justin*, cap. 26. Quippe Eusebius alio ordine *Apologias* Justinii recenset, quam quo nunc sunt editæ. Eam enim quæ in vulgatis editionibus secunda inscribitur, et Antonino Pio nuncupata est, Eusebius prioris appellat, ut videtur est in capite 12 lib. IV, et in cap. 18

αυτοῦ. Ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόβῃσιν πρὸς τοῦ Κρίσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελεύθη, Τατιανὸς ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι (96), καὶ δόξαν οὐ μικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπεινηγεμένος, πλεῖστα τε συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῇ Πρὸς Ἑλλήνας ἱστορεῖ λέγων ὡδὲ πως. « Καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστίνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, εἰκέναι τοὺς προσηρημένους λησταῖς. » Εἴτ' ἐπειτῶν τινα περὶ τῶν φιλοσόφων, ἐπιλέγει ταῦτα. « Κρίσκης γοῦν ὁ ἐννεοσττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει, παιδεραστὴ μὲν πάντας ὑπερήνευχε, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχῆς ἦν. Θανάτου δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων, οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστίνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους τοὺς φιλοσόφους καὶ ἀπατεῶνας ἐξήλεγχε. » Καὶ τὸ μὲν κατὰ Ἰουστίνον μαρτύριον τοιαύτην εἰληχε τὴν αἰτίαν.

ut Justino tanquam gravissimum malum mortem philosophos belluones et deceptiores esse convinceret.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

*Περὶ ὧν Ἰουστίνος ἐν ἰδίῳ συγγράμματι μνημονεύει μαρτύρων* (Nic. H. E. III, 33).

Ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος (97), ἐτέρων πρὸ αὐτοῦ μαρτυρησάντων ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ μνημονεύει Ἀπολογία (98), χρησίμως τῇ ὑπο-

eiusdem libri. Sed et in libro II, cap. 12, ubi Justinus de Simone Mago loquentem inducit, locum affert ex priore ejus *Apologetico*, qui in II Justinii *Apologia* hodie legitur. Quæ vero in vulgatis editionibus prima dicitur *Apologia* et ad senatorem inscribitur, eam Eusebius secundam vocat, ut videre est in capite decimo sexto, et M. Aurelio Antonino post obitum imperatoris Pii, oblatam esse dicit a Justino in cap. 16 et 18. Ego vero, quod quidem spectat ad ordinem *Apologiarum* Justinii, facile assentior Eusebio : et illam quæ ad senatum vulgo inscribitur, posteriorem esse concedo : præsertim cum videam idem placuisse viris doctissimis, Bellarmino, Baronio et iis quos supra memoravi. Sed et Georgius Syncellus in *Chronico*, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius, ad annum Christi 46, prorsus cum Eusebio consentiunt. Sed quod priorem Justinii *Apologeticum* M. Aurelio Antonino nuncupatum esse scribit, in eo non possum illi assentiri. Nec ignoro viros doctissimos quos supra memoravi, cum Eusebio consentire. Sed quicunque rem ipsam accuratius expendere voluerit, inveniet profecto *Apologeticum* illum, non ut scribit Eusebius M. Aurelio, sed potius Antonino Pio nuncupatum esse. Nam initio *Apologetici* ait Justinus mulierem illam Christianam, cum a viro accusata esset, dedisse libellum imperatori, καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αυτοκράτορι ἀναδέδωκε. Quod si *Apologeticus* ille successoribus Antonini Pii dicitur fuisse ut vult Eusebius, certe Justinus in plurali numero dixisset ὑμῖν τοῖς αυτοκράτορσιν. Marcus enim et Verus ambo simul erant Augusti. Secundo scribit Justinus, Lucium quemdam cum Ptolemæum Christianum ad supplicium duci videret, his verbis judicem compellasse : Οὐ πρόποντα εὐσεβεῖ αυτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφου Καίσαρος παιδί. Id est : Non hæc decet imperatorem Pium, non Philosophi Cæsaris filium. Apud Eusebium in cap. 17 lib. IV rectius legitur οὐδὲ

θέσει καὶ ταῦτα ἱστορῶν. Γράφει δὲ ὕδα· εὐνή A  
 τις συνέβη ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα  
 καὶ αὐτῇ πρότερον. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ δι-  
 δάγματα ἔγνων, ἐσωφρονίσθη, καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως  
 σωφρονεῖν πείθειν ἐπειράτο, τὰ διδάγματα ἀναφέ-  
 ρουσα, τὴν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ μετὰ  
 λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν  
 ἀπαγγέλλουσα. Ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμέ-  
 νων, ἄλλοτριαν διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμε-  
 τήν. Ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἢ γυνή, συγ-  
 γκαλλίνεσθαι ἀνδρὶ παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ  
 παρὰ τὸ δίκαιον πόρου ἡθονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῃ  
 ποιῆσθαι, τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβούληθη. Καὶ  
 ἐπεὶ ἐξεδουσατεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἐτι προσμένειν  
 συμβουλευόντων, ὡς εἰς ἐλπίδα μεταβολῆς ἤξοντός  
 ποτε τοῦ ἀνδρός, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενε. Ἐπειδὴ B  
 δὲ ὁ αὐτῆς ἀνὴρ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς,  
 χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινῶς  
 τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα  
 ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδιαίτος καὶ ὁμόκοιτος γινο-  
 μένη, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν βεπούδιον δοῦσα, ἐχω-  
 ρίσθη. Ὁ δὲ καλὸς κάγαθος αὐτῆς ἀνὴρ, δέον αὐ-  
 τὸν χαίρειν, ὅτι ἂ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν  
 μισθοφόρων εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ  
 κακίᾳ πάσῃ, τοῦτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο, καὶ  
 αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο· μὴ  
 βουλομένου ἀπαλλαγείσης (99), κατηγορίαν πεποιήται,

φιλοσόφῳ, quam lectionem manuscripti codices  
 confirmant. Quis est igitur qui non videat, C  
 Antoninum Pium hic designari? Nam et cognomen  
 ipsum Eusebius id satis indicat; et  
 quod sequitur de Philosopho imperatoris filio,  
 sententiam nostram manifeste confirmat. Dicit  
 forte aliquis, nomine imperatoris Pii Marcum des-  
 signari, quippe qui patris sui cognomen assumpse-  
 rit. Sed si hoc conceditur, quisnam erit ille Philo-  
 sophus Cæsaris filius? Cur Lucium Verum Augu-  
 stium hic omisisset Justinus, cum in priore *Apolo-*  
*getico* ejus mentionem faciat? Annon luce clarius  
 apparet, Antoninum Pium hic a Justino designari,  
 cui *Apologeticum* suum inscripsit? Adde quod Urbic-  
 us ille præfectus, cujus ibidem meminit Justi-  
 nus, vixit sub Antonino Pio. Is enim est Lollius  
 Urbicus, qui legatus imperatoris Britannos com-  
 pescuit, ut refert Capitolinus in *Vita Antonini*.  
 Eum præfectum Urbis fuisse, imperante Pio, docet  
 Apuleius in *Apologia*, sub initium. Nam cum Apu-  
 leius eam orationem habuerit sub Pio, ut ipsemet  
 in ea oratione testatur, Lollium quoque Urbicum  
 præfectum Urbis, a quo Æmilianum damnatum  
 fuisse dicit, sub eodem Pio fuisse dicendum est.  
 De eodem Q. Lollio Urbico præfecto Urbis vetus  
 existat inscriptio apud Gruterum, pag. 38. Hæc sunt  
 rationes, quibus inductus *Apologeticum* posteriorem  
 Justini non M. Aurelio, sed Antonino Pio nuncupa-  
 tum esse contendo. In vulgatis quidem editionibus  
 is *Apologeticus* inscribitur ad senatum Romanum.  
 Verum aut falsa est hæc inscriptio, aut senatus  
 nomine ipse quoque imperator subaudiendus est.  
 Nam Justinus in eo *Apologetico* imperatorem ipsum  
 alloquitur, ut patet ex eo loco supra citato, καὶ ἡ  
 μὲν βιβλίῳ σοι αὐτοκράτορι, etc. Sed et pag. 47  
 ejusdem *Apologetici* de Crescente loquens et de dis-  
 putationibus quas cum illo habuerat, imperatorem  
 ipsum compellat his verbis: Εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν  
 ὑμῖν αἱ κοινῶναι τῶν λόγων, ἔτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν  
 κοινῶναι τῶν ἐρωτήσεων πάλιν. Βασιλεῖον δ' ἂν καὶ  
 αὐτὸ ἔργον εἴη. Quid his verbis clarius esse potest?

niam ad institutum nostrum faciunt, hic apponam :  
 « Mulier quædam, inquit, virum habebat intempe-  
 rantem. Ipsa quoque prius quidem lascive admodum  
 se gesserat : sed postquam salutarem Christi  
 doctrinam accepisset, statim modestior facta, viro  
 etiam persuadere studuit ut castius viveret,  
 Christiana præcepta illi suggerens, 138 et ignis  
 æterni supplicium paratum iis qui obscene et sine  
 recta ratione vixissent. Verum ille in eadem sem-  
 per lascivia perseverans, ea agebat quæ uxoris ani-  
 mum penitus ab ipso alienaret. Mulier enim nefas  
 esse existimans, cum eo viro qui contra naturæ  
 leges præterque jus, undecunque vias libidinis ex-  
 quireret, thori consortio jungi, discedere ab illo  
 constituit. Verum propinquis mulieris consulentibus  
 ut in conjugio adhuc permaneret, spemque ei  
 facientibus virum ad meliorem frugem tandem  
 reversurum, consiliis eorum obtemperans mulier,  
 ac sibi ipsa vim faciens, mansit cum viro. Sed  
 posteaquam vir ipsius Alexandriam profectus, gra-  
 vioribus adhuc flagitiis sese inquinare nuntiatus  
 est, illa verita ne scelerum atque impietatis parti-  
 ceps fieret, si in conjugio ejusdem permaneret,  
 victusque et thori consors existeret, misso ei repu-  
 dio discessit. At bonus ille vir, qui gratulari sibi  
 debuerat, quod uxor sua nihil jam eorum ageret  
 quæ prius cum ministris ac mercenariis in vinum

Ait enim Justinus rem esse dignam imperatoria  
 majestate, audire hujusmodi disputationes. Deni-  
 que in fine ejusdem *Apologetici*, id ipsum indicat  
 Justinus his verbis : Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν ὑπο-  
 γράψαντας τὸ ὑμῶν δοκοῦν, προθεῖναι τοῦτ' ἐν βιβλί-  
 ον, etc. Id est : Vos igitur rogamus ut postquam  
 subscripseritis quodcumque vobis visum fuerit, libel-  
 lum hunc proponatis. An hæc verba alteri convenire  
 possunt quam imperatori? Neque enim alius quam  
 imperator, libellis precum subscribendi jus habet.  
 Porro Justinus libellum vocat *Apologiam* suam,  
 petitque ab imperatore ut eam publice proponat,  
 quo veritas ab omnibus agnosci possit. Et paulo  
 post subjicit : Ἐάν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, etc.  
 Id est, Quod si hoc edictum proposueritis. Quæ certe  
 non nisi de imperatore dici possunt, cujus est edicta  
 proponere, aut certe mandare ut proponantur. Er-  
 rat igitur P. Halloixius, qui in *Vita S. Justini*,  
 cap. 26, et in notationibus ad cap. 9, negat Justi-  
 num in toto illo *Apologetico*, vel semel imperatorem  
 alloqui. Vides enim quatuor loca ex eo libro a me  
 esse citata, in quibus Justinus imperatorem ipsum  
 affatur. Cæterum ex his quæ dixi colligi potest,  
 Justinum sub Antonino Pio, non autem sub Marco  
 fecisse martyrium. Nullam enim aliam causam  
 habuit Eusebius, cur Justini martyrium in tempora  
 M. Aurelii conferret, nisi quod secundum *Apolo-*  
*geticum* Marco dedicavit. Atqui certissimis argumen-  
 tis ostendi, *Apologeticum* illum Pio nuncupatum  
 fuisse. Ruit ergo funditus Eusebii ratio atque sen-  
 tentia. Quid quod Eusebius ipse in *Chronico*, eum-  
 que secutus Georgius Syncellus, Justini martyrium  
 temporibus Antonini Pii videtur ascribere? Atque  
 ita diserte ponit Michael Glyras in *Annalibus*.

(99) *Μὴ βουλομένην ἀπαλλαγείσης*. Duæ priores  
 voces desunt in Mazarino et Regio. Sed sciendum  
 est in codice Mazarino folium huc insertum fuisse,  
 quod longe recentiore manu perscriptum est. Certe  
 hæc voces habentur, tum in reliquis nostris exem-  
 plaribus, tum in editionibus Justini : nec sine gra-  
 vissimo totius sententiæ damno abesse possunt.

atque omne vitiorum genus effusa licenter perpetrare consueverat nec solum nihil eorum ageret, verum etiam maritum ab ejusmodi flagitiis abducere studeret, mulierem quæ ab eo idcirco discesserat, quod recta suadenti ipse obtemperare nollet, accusavit et Christianam esse detulit. Et illa quidem libello tibi oblato, sacratissime imperator, postulavit ut prius rei familiaris procurandæ atque administrandæ sibi facultas daretur, ac deinde rebus domesticis recte constitutis, accusationi reponsuram se esse pollicita est. Idque tu mulieri permisisti. At maritus, qui tum quidem nihil adversus illam dicere poterat, in Ptolemæum quemdam, qui mulierem Christianæ religionis præceptis imbuerat, fueratque ab Urbicio supplicio affectus, impetum suum vertit hoc modo : centurioni cuidam amico suo persuasit, ut Ptole-

μάχων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. Καὶ ἡ μὲν βεβηλῶν σοι τῷ αὐτοκράτορι (1) ἀναδέεδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικησασθαι τὰ ἐαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογῆσασθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοικῆσιν ὑπέσχετο (2). Καὶ συνεχώρησας τοῦτο. Ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν (3), πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὐρβίκιος ἐκολάσατο, διδάσκαλον ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον, ἐτρέπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. Ἐκατόνταρχον εἰς δεσμὰ ἐμβάλλοντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τὸν Πτολεμαῖου καὶ ἀνερωτῆσαι, εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον Χριστιανὸς ἔστι. Καὶ τὸν Πτολεμαῖον φιλαλήθη, ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογῆσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανὸν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἐκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον ἐν τῷ δεσμοῦ τῆς ἐκολάσατο. Τελευταῖον δὲ, ὅτε ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθεν (4) ὁ ἀνθρωπος, ὁμοίως αὐτῷ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. Καὶ πάλιν τὰ κατὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδασχίαν, τὸ διδασχάλιον τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν. Ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὅτι οὐκ εἴη, ἡ κατεγνωκὴς τοῦ πράγματος ἔξαρκος γίνεται, ἡ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος, τὴν ὁμολογίαν φεύγει· ὃν οὐδὲν πρόσσεσι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. Καὶ τοῦ Οὐρβίκιου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὄν Χριστιανός, ὁρῶν τὴν ἀλόγως ὀφθαλμῶς (5) γενομένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὐρβίκιον ἔφη· Τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε μοιχόν, μήτε πόρνον, μήτε ἀνδροφόνον, μήτε λοιποδύτην, μήτε ἄρπαγα, μήτε ἀπλῶς ἀδικημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνομίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἀνθρω-

(1) Ἡ μὲν βεβηλῶν σοι τῷ αὐτοκράτορι. Libellum supplicem intelligo, quo mulier dilationem iudicii ab imperatore postulaverat. Nam cum a viro quocumque divortium fecerat, accusata fuisset tanquam Christiana, ab imperatore dilationem sibi dari petiit, ut rem familiarem prius ordinaret, responsura post hæc accusationi. Solebant quippe apud Romanos dilationes concedi causa cognita, tam reis quam accusatoribus, ut docent leges in Codice Theodosiano, titulo 56, *Ut intra annum questio criminalis terminetur*. Sed quæri potest cur mulier imperatorem adierit, cum a iudicibus ordinariis ad quos delata erant crimina, huiusmodi induciæ peterentur. An forte iudex poscenti mulieri dilationem negaverat? unde mulier necesse habuerat imperatoris auxilium implorare. An forte ad imperatorem ipsum delata erat quod esset Christiana? ut censuit Nicephorus ac Christophorus. Verum hæc posterior sententia parum probabilis mihi videtur. Primo quia Justinus id non dicit, deinde quia moris non erat ut criminalis questio recta ad principem, omisso, quod aiunt, medio, deferretur.

(2) Μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοικῆσιν ὑπέσχετο. In codice Regio et Mazario deest verbum ὑπέσχετο, quod quidem abesse potest absque ullo sensus damno. Certe Rufinus ac Nicephorus in Eusebianis quibus usi sunt exemplaribus hoc verbum non videntur reperisse. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Illam quidem libellum tibi obtulit, imperator, ut permitteretur ei rem familiarem ordinare: tum deinde responderet objectis*. Nicephorus vero Justinii locum ita expressit: *Βεβηλῶν ἀναδοῦσα, ἤξει*

πρότερον συγχωρηθῆναι τὰ κατ' αὐτὴν διοικῆσασθαι.

(3) Τανῦν ἔτι λέγειν. Id est: Interea temporis, quoad dilatio ab imperatore concessa finem accepisset. Mulier enim dilationem a principe impetraverat, cum justa esset ejus petitio: ne scilicet ex calumnia viri a cuius consortio ob legitimam causam discesserat, rei familiaris dispendium pateretur. Hæc uberius explicanda erant, quia interpretes parum aut potius nihil omnino hic viderunt.

(4) Ὅτε ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθεν. In codice Medicæo et Fuketiano scriptum est ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθη, quod magis placet. Apud Nicephorum quoque legitur, ὡς δὲ τελευταῖον Οὐρβίκιῳ προσήχθη τῷ ἄρχοντι. Porro hic Urbicius erat præfectus urbis Romæ, cuius sententia in Ptolemæum et Lucium Christianos lata occasionem dedit huic Justinii *Apologetico*. Dicebatur autem Q. Lollius Urbicus, ut docet vetus inscriptio Romæ posita, et Apuleius in *Defensione* sua, haud procul ab initio; ubi præfecturæ Urbane quam idem Urbicus gessit, non obscura fit mentio. Mirum est tamen in omnibus nostris exemplaribus eum constanter Urbicium appellari. Semel tantum atque iterum apud Justinum Urbicus recte dicitur, initio scilicet *Apologetici*: Καὶ τὰ γῆρας δὲ καὶ πρῶτην ἐν τῇ πόλει ὕμῶν γενόμενα ἐπὶ Οὐρβίκιου, etc. Et paulo post: Ὅπως ἔξ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου ἐπὶ Οὐρβίκιου φανερὰ ὑμῖν γένηται, etc.

(5) Ἀλόγως ὀφθαλμῶς. In tribus codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum est ὀφθαλμῶς.

πον τῶτον ἐκολάσω (5'); Οὐ πρόποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί (6), οὐδὲ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρῖνεις, ὧ Ὀυρβίκιε. Καὶ ὃς οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη· Ἰδοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. Καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος, Μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ χάριν εἶδέναι ὠμολόγει· πονηρῶν γὰρ ἑσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἐπέειπε, καὶ παρὰ ἀγαθὸν Πατέρα καὶ Βασιλέα τὸν Θεὸν πορεύεσθαι. Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπαλθὼν, κολασθῆναι προσετιμήθη. » Τούτοις ὁ Ἰουστίνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἄς προσεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· « Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπὸ τίνος τῶν ὠμομασμένων ἐπιβουλεύθῆναι, » καὶ τὰ λοιπὰ.

hujusmodi malis dominus liberatus, ut aiebat, ad optimum Patrem Regemque esset migraturus. Sed et tertius quidam cum accessisset, eodem supplicio condemnatus est. » Deinde Justinus apte et consequenter ea verba subjungit quæ superius memoravimus : « Ego etiam, inquit, exspecto dum ab aliquo eorum qui philosophi appellantur, insidiis appetar, » et cætera.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ΄.

Τίτρε εἰς ἡμᾶς ἦλθορ τῶν Ἰουστίνου λόγων (Nic. H. E. iv, 6).

Πλείστα δὲ οὗτος καταλείπειν ἡμῖν πεπαιδευμένης διανοίας (7) καὶ περὶ τὰ θεῖα ἑσπουδακίας ὑπομήματα, πάσης ὠφελείας ἔμπλεα· ἐφ' ἃ τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμφομεν, τὰ εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἐλθόντα χρησίμως παρασημαζόμενοι. Ὁ μὲν τίς ἐστὶν αὐτῶν λόγος πρὸς Ἀντωνίνον τὸν Εὐσεβῆ προσαγορευθέντα καὶ τοὺς τούτου παῖδας τήν τε Ῥωμαίων σύγκλητον προσφωνητικῶς, ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων· ὁ δὲ δευτέραν περιέχων ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογία, ἣν πεποίηται πρὸς τὸν τοῦ δεδηλωμένου αὐτοκράτορος διάδοχόν τε καὶ ὁμόνυμον Ἀντωνίνον Οὐῆρον, οὗ τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐπὶ τοῦ παρόντος διέεξιμεν. Καὶ ἄλλος ὁ πρὸς Ἑλληνας, ἐν ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων παρ' ἡμῖν τε καὶ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις ζητουμένων κατατείνας λόγων, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως· ἃ οὐδὲν ἂν ἐπέιγοι ταυτὴν παρατίθεσθαι. Καὶ αὐτὸς ἔτερον πρὸς Ἑλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν Ἑλεγχον. Καὶ παρὰ τούτου ἄλλο Περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν Γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίον. Ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένων Φάτιης, καὶ ἄλλο Σχολικόν (8) περὶ ψυχῆς.

(5') Vel hic legendum κολάσαι, vel supra τίς ἣ αἰτία ὅτι. EDIT.

(6) Οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί. In cod. Fuk. et Savil. necnon apud Justinum legitur φιλοσόφου, male. M. enim Aurelius hic intelligitur, quem Antoninus Pius jussu Adriani adoptaverat vir philosophiæ deditus. Quam ob causam Justinus in utroque Apol. philosophiæ ac pietatis nomina frequenter allegat, ut Antoninum Pium et Marcum Philosophum erga pietatem et philosophiam Christianorum æquidem reddat. Hinc est quod priorem Apologeticum ita concludit : Εἴη οὖν καθ' ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι. In codice Maz. hunc locum ita scriptum inveni, οὐδὲ φιλοσόφῳ καὶ Καίσαρος παιδί. Ex quo conjicio locum hunc a Justino ita scriptum fuisse : Οὐ πρόποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί.

A ipse Christianus erat, adeo injustam audiens sententiam, sic Urbicium allocutus est : Quid causæ est, inquit, ut hominem neque adulterii, neque stupri convictum, nec homicidam, nec furem, nec raptorem, nec ullius denique sceleris reum, nominis duntaxat Christiani vocabulum confitentem condemnaveris? Hujusmodi forma judicii non convenit temporibus imperatoris Pii, nec Philosophi Cæsaris filii, nec senatui Romano. Tum Urbicius, nullo alio responso hominem dignatus, sic eum alloquitur : Tu quoque, inquit, Christianus esse mihi videris. Cumque Lucius ita esse respondisset, jussus est itidem ad supplicium duci. Statimque magnam se gratiam Urbicio debere professus est, quippe qui optimum Patrem Regemque esset migraturus. Sed et tertius quidam cum accessisset, eodem supplicio condemnatus est. » Deinde Justinus apte et consequenter ea verba subjungit quæ superius memoravimus : « Ego etiam, inquit, exspecto dum ab aliquo eorum qui philosophi appellantur, insidiis appetar, » et cætera.

B

## CAPUT XVIII.

Quinam ad nos pervenerint ustini libri.

(12) *Διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων.* Jam supra nominimus multas hic translationes esse a re athletica. Inter has numeranda est vox κλήροι. Solebant enim athletæ qui in ludis certaturi erant, sortito educi. Quod quomodo fieret, docet nos Lucianus in *Hermotimo*. Cistella erat argentea, deo certaminum præsidii sacra, in quam conjiciebantur sortes seu tesserae breves. In duabus inscripta erat littera A, in aliis duabus B, in aliis item duabus Γ, et sic deinceps. Tum athletæ sortes et cista educabant. Quibus A obvenisset, ii inter se committebantur primo loco pugnaturi. Eratque hic πρῶτος κλήρος. Similiter qui litteram B eduxissent, secundo loco inter se certabant. Ita sors et urna suum cuique adversarium assignabat. Is qui adversarium suum vicerat, non statim coronabatur. Sed cum aliis qui adversarios item suos vicerant, iterum pugnaturus componebatur, donec unus omnium victor superesset. Quam in rem pluribus opus erat sortitionibus. Hinc est quod in inscriptione Farnesiana, quam refert Gruterus pag. 314, Asclepiades quidam pancratiasta, in multis certaminibus victoriam re-

Α διήσαν ἐν τῷ ἀμφιθέατρῳ διὰ πάσης κολάσεως, ὡς μηδὲν ὄλω; προπεπονηότες, μᾶλλον δὲ ὡς διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων (12) ἐκθεβιακότες τὸν ἀντίπαλον, καὶ περὶ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὑπέφερον πάλιν τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων (13) τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θηρίων ἐληθημοὺς, καὶ πάνθ' ὅσα μαινόμενος ὁ δῆμος ἄλλοι ἀλλὰ ἄλλοθεν ἐπεβόων καὶ ἐπεκελεύοντο, καὶ ἐπὶ πᾶσι τῇ σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ' ἧς τηγανίζομενα τὰ σώματα, κνίσσης αὐτοὺς ἐνεφόρει. Οἱ δ' οὐδ' οὕτως ἔληγον, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐξεμαίνοντο. βουλόμενοι νικῆσαι τὴν ἐκεῖνων ὑπομονήν. Καὶ οὐδ' ὡς παρὰ Σάγκτου ἑτερόν τι ἤκουσαν, πρὸ ἦν ἀπαρχῆς εἰθιστο λέγειν τῆς ὁμολογίας φωνήν. Οὗτοι μὲν οὖν δι' ἀγῶνος μεγάλου ἐπιπολὺ παραμένουσας αὐτῶν τῆς ψυχῆς, τοῦτοχρον ἐτύθησαν, διὰ τῆς ἡμέρας ἐκεῖνης, ἀντὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς μονομαχίαις (14) ποικιλίας, αὐτοὶ θέαμα γινόμενοι τῷ κόσμῳ. Ἡ δὲ Βλανδίνα ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα, πρὸς κεῖτο βορὰ τῶν εἰσβαλλομένων θηρίων· ἡ καὶ διὰ τοῦ βλέπεσθαι σταυροῦ σχήματι κρεμαμένη, διὰ τῆς εὐτόνου προσευχῆς, πολλὴν προθυμίαν ἐνεποίει τοῖς ἀγωνιζομένοις, βλεπόντων αὐτῶν ἐν τῷ ἀγῶνι, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὀρθαλοῖς διὰ τῆς ἀδελφῆς, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἑσταυρωμένον, ἵνα πείσῃ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ δόξης παθὼν, τὴν κοινωνίαν αἰεὶ ἔχει μετὰ τοῦ ζῶντος Θεοῦ. Καὶ μηδὲν ἀψάμενος τότε τῶν θηρίων αὐτῆς, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἰρκτήν, εἰς ἄλλον ἀγῶνα τηρουμένη, ἵνα διὰ πλειόνων γυμνασμάτων νικήσασα, τῷ μὲν σχολιῷ ὄφει ἀπαράτητον ποιῆσαι τὴν καταδίκην, προτρέψῃται δὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἢ μικρὰ καὶ ἀσθενῆς καὶ εὐκαταφρόνητος, μέγαν καὶ ἀκαταγώνιστον ἀθλητὴν Χριστὸν ἐνδεύμενη, διὰ πολλῶν κλήρων ἐκθιδάσασα (15) τὸν ἀντικείμενον, καὶ δι' ἀγῶνος τὸν τῆς ἀφθαρσίας στεφανομένη στέφανον. Ὁ δὲ Ἄτταλος καὶ αὐτὸς μεγάλως

tulisse dicitur, τὸ δεύτερον καὶ τρίτον μετὰ πρῶτον ἢ δεύτερον κλήρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Id est, *post primam aut post secundam sortitionem, secundo vel tertio superatis adversariis*. Id enim usu veniebat, ob eam rationem quam dixi, quoties plura erant paria athletarum. Quippe victores inter se componebantur, et secunda inter eos fiebat sortitio, ac rursus tertia, donec victoria ad unum rediisset. Et hoc est quod in hac epistola dicitur διὰ πλειόνων κλήρων. Ad hanc athletarum sortem referenda sunt ea quæ habes in principio hujus epistolæ de Eragatho, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλήρον τῶν μαρτύρων.

(13) *Τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων.* Musculus veritū verberum illationes; Christophorus, *trajectiones*. Dicitur videtur pro τὰς ἐν ταῖς διεξόδοις μαστίγας, id est, *verbera illata dum traducerentur in vompa*.

(14) *Ἐν τοῖς μονομαχίαις.* Codex Maz., Med. et Fuk. habent *μονομαχίαις*.

(15) *Διὰ πολλῶν κλήρων ἐκθιδάσασα.* Scribendum est *ἐκθιδάσασα*, ut supra. Aique ita legitur in codice Mediceo et apud Nicephorum. Vide Petrum Fabrum in libro primo *Agonistici*, cap. 24. Porro notandum est Blandinam, utpote servam, cruci affixam fuisse, quod erat supplicium servorum.

ἱερατικῆς ἐπὶ τοῦ ὄχλου, καὶ γὰρ ἦν ὀνομαστός, ἔτοιμος εἰσῆλθεν ἀγωνιστῆς διὰ τὸ εὐσυνειδητον, ἐπιβῆ γνησίως ἐν τῇ Χριστιανῇ συντάξει γεγυμνασμένος ἦν, καὶ ἀεὶ μάρτυς ἐγεγονέει παρ' ἡμῖν ἀληθείας. Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου (16), κίρκως αὐτὸν προάγοντος ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο Ῥωμαῖσι· Οὗτός ἐστιν Ἀτταλὸς ὁ Χριστιανός· καὶ τοῦ δήμου σφόδρα σφριγῶντος ἐπ' αὐτῷ, μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ εἰρκτῇ ὄντων, περὶ ὧν ἐπιστελλε τῷ Καίσαρι, καὶ περιέμενε τὴν ἀπόφασιν τὴν ἀπ' ἐκείνου. Ὁ δὲ διὰ μέσου καιρὸς οὐκ ἀρήξ αὐτοῖς οὐδὲ ἀκαρπὸς ἐγένετο, ἀλλὰ διὰ τῆς ὀμοιωτικῆς αὐτῶν, τὸ ἀμέτρητον ἔλεος ἀνεφαίνετο Χριστοῦ. Διὰ γὰρ τῶν ζώντων ἐζωοποιούντο τὰ νεκρά, καὶ μάρτυρες τοῖς μὴ μάρτυσιν ἐχαρίζοντο (17). Καὶ ἐγένετο πολλὴ χαρὰ τῇ παρθένῳ μητρὶ, οὗς ὡς νεκροῦς ἐξέτριψε, τούτους ζώντας ἀπολαμβάνουσι. δι' ἐκείνων γὰρ οἱ πλείους τῶν ἡρηνμένων ἀνεμητρούντο (18) καὶ ἀνεκωφλοῦντο, καὶ ἀνεζωοπυροῦντο, καὶ ἐμάνθανον ὁμολογεῖν, καὶ ζώντες ἔβδη καὶ τετονωμένοι, προσήεσαν τῷ βήματι, ἐγγλυκαίνοντο; (19) τοῦ πᾶν μὲν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ μὴ βουλομένου, ἐπὶ δὲ τὴν μετάνοιαν χρηστευομένου Θεοῦ, ἵνα καὶ πάλιν ἐπερωτηθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος· ἐπιστελλετο γὰρ τοῦ Καίσαρος, τοὺς μὲν ἀποτυμpanισθῆναι (20), εἰ δὲ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι, τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως (ἔστι δὲ αὕτη πολυάνθρωπος ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνερχομένων εἰς αὐτήν) ἀρχομένης συνεστάναι (21), ἀνήγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρῶν τοὺς μακαρίους, καὶ ἐμπομπέων τοῖς ὄχλοις. διὰ καὶ πάλιν ἀνήταξε, καὶ ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτεῖαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀνέτεμνε τὰς κεφαλὰς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπεμπεν εἰς θηρία. Ἐδοξάζετο δὲ μεγάλως ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῖς πρότερον ἐρησασμένοις, τότε παρὰ τὴν τῶν ἐθνῶν ὑπόνοιαν ὁμολογῶσι. Καὶ γὰρ ἰδίᾳ οὗτοι ἀνητάζοντο, ὡς δῆθεν ἀκαλυπτόμενοι. Καὶ ὁμολογούντες, προσετίθεντο τῷ

A gus insanum pro suo quisque arbitrio variis acclamationibus imperabat : ipsam postremo ferream cathedram , cui superposita martyrum niembra cum torrerentur, illorum nares molestissimus nidor implebat. Verum illi ne sic quidem finem sævienti fecerunt. Sed contra, eo vehementius accendebatur eorum furor, cum expugnare martyrum constantiam contenderent. Nullam tamen ab ipso sancto vocem elicere potuerunt, præter illam quam ab initio proferre consueverat confessionis suæ vocem. Hi ergo maximo certamine perfuncti, cum vitalem spiritum diu protraxissent, tandem jugulati sunt : eo die spectaculum facti mundo, loco multiplicis illius varietatis quæ in gladiatorum spectaculis cernitur. Blandina vero ad palum suspensa, bestiis objecta est. Quæ cum in crucis speciem suspensa cerneretur, Deoque contentissime supplicaret, maximam alacritatem addebat certantibus ; quippe qui in ipso certamine, sub sororis persona corporeis oculis cernerent illum , qui pro ipsorum salute crucifixus ideo fuerat, ut credentibus in ipsum persuaderet, quicumque pro Christi gloria pateretur, hunc Dei viventis consortem futurum. Cumque nulla tunc bestia corpus illius attingisset, deposita ex stipite, rursus in 162 carcerem conjicitur, id aliud certamen reservata : ut pluribus prolusionibus adversario superato, tortuosi quidem serpentis condemnationem certam atque inevitabilem redderet, fratres vero exemplo suo accenderet : quippe quæ tametsi pusilla infirmaque et contempta, Christi tamen, magni illius invictique athletæ, robore induta, et adversarium multis vicibus superasset, et glorioso certamine coronam immortalitatis reportasset. Attalus quoque vehementer a populo postulatus ad supplicium, utpote vir valde celebris, paratus ad certamen accessit, fretus conscientia recte factorum. Quippe in Christianorum disciplina solide exercitatus, testisque apud nos

(16) Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου. Solebant olim gladiatores et bestiarum, antequam certamen obirent, per ora populi circumduci. De qua pompa loquitur Lucianus in *Toxari*, ut notavit Salmasius in *Notis ad Julium Capitolinum*, pag. 91, et Casaubonus; post Lipsium in *Saturnaliis*, qui locum Quintiliani ex *Declamatione* nona eo spectantem primus adduxit. Id autem fiebat non solum in iis qui seipsos ad ludum auctoraverant, sed in reis qui ad ferrum aut bestias damnati erant. Martialis :

*Traducta est gyris, nec cepit arena nocentes.*

(17) Καὶ μάρτυρες... ἐχαρίζοντο. Id est, dextram lævæ porrexerunt, et medicinam adhibuerunt, et pro eis intercesserunt. Id enim solebant martyres, ut ex Cypriano didicimus.

(18) Ἀνεμητρούντο. Dudum conjeceram ita scribendum esse. Postea vero in codice Regio supercriptam inveni eadem manu. Quinetiam Christophersonum ita legisse apparet.

(19) Ἐγγλυκαίνοντο. Hoc verbum tam active passively sumi potest. Et Nicephorus quidem active dictum intellexit. Sic enim hunc locum interpretatur, καὶ ἐγγλυκαίνοντο ὑπὸ τοῦ μὴ θέλοντος τὸν ἄριστον. Metaphora est ab oleastro, qui insitus dulci, de quo Paulus apostolus. Sed et passively sumi potest, et quidem commode, ut mihi videtur. Id enim sibi volunt Lugdunenses : nomen Christi, quem lapsi negaverant, dulce de cætero ipsis fuisse. Paulo post pro ἐρωτηθῶσι, Codex Medicæus et Mazarinus ἐπαρωτηθῶσι habent. Sic etiam codex Fuk. et Savilii.

(20) Ἀποτυμpanισθῆναι. Hanc vocem non intellexit Christophersonus, qui *tympanis torqueri* vertit. Quid hoc verbum significet, jam pridem docuit Villiomarus in libris *Adversus Robertum Titium*.

(21) Τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως... ἀρχομένης συνεστάναι. Celebris ex omni Gallia conventus ludorum causa fiebat Lugduni, ad aram Augusto sacratam. Dicata autem fuerat hæc ara Julio Antonio et Fabio Africano coss., Kalendis Augusti, ut scribit Suetonius in *Claudio*. Eos ludos adhuc sua ætate mansisse scribit Dio. Ex his colligitur martyres Lugdunenses mense Augusto passos esse. Quod autem Ado, Usuardus, Beda, Notkerus alique natalem Lugdunensium martyrum conferunt in diem quartum Nonas Junii, nihil me movet. Diu enim post illorum necem, cum illorum reliquiæ inventæ fuissent, hic dies potissimum electus est, quo omnium simul memoria celebraretur, cum tamen non uno eodemque die omnes passi sint, ut ex hac epistola constat.



veritatis semper exsisterat. Cumque per amphitheatrum circumduceretur, præcedente ipsam tabella, in qua Latino sermone inscriptum erat : Hic est Attalus Christianus : populo adversus illum vehementius incitato, præses postquam civem Romanum eum esse comperit, reduci in custodiam cum cæteris jubet. Inde litteris ad Cæsarem datis, de his omnibus qui inclusi tenebantur, sententiam ejus exspectabat. Enimvero hujus temporis mora, nequaquam inutilis neque infructuosa illis fuit : sed per ipsorum tolerantiam immensa Christi misericordia tandem illuxit. Quippe mortua jam Ecclesiæ membra, viventium ope atque auxilio ad vitam revocata sunt : et martyres gratificati sunt iis qui fidem negaverant : ingentique gaudio mater eademque virgo Ecclesia cumulata est, cum eos quos tanquam extinctos abortu eiecerat, vivos jam ac spirantes recuperaret. Etenim per illos sanctissimos martyres, hi qui fidem negaverant, rursus in utero delineabantur, rursus concipiebantur, et vitali calore reparato rursus fidem confiteri discabant. Cumque jam ad vitam revocati roboratique essent, Deo qui non vult mortem peccatoris, sed pro sua benignitate ad pœnitentiam potius invitat, mitiorem eis succum infundente, ad tribunal accedere, quo iterum a præside interrogarentur. Quippe rescriptum fuerat a Cæsare, ut confitentis quidem gladio cæderentur; hi vero qui negarent, dimitterentur incolomes. Ineunte igitur solemnibus apud nos mercatu, qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac provinciis eo conveniente virorum multitudine, præses beatissimos martyres ad tribunal adduci jussit, tanquam in theatri pompa eos populo ostentans.

**163** Cumque illos denuo interrogasset, quicumque cives Romani reperti sunt, capite truncati, re-

(22) *Τῷ τῶν μαρτύρων κλήρω.* Regius Rob., Steph., χορῶ. Hoc loco codex Medicæus melior est Regio. Lectionem enim κλήρω alteri longe præstare ex iis quæ supra diximus liquido patet. Κλήρω etiam legitur in codice Maz. et Fuk. et Saviliano, et sic Nicephorus quoque scriptum habet.

(23) *Βλασφημοῦντες τὴν ὁδόν.* Hoc loco βλασφημοῦντες idem valet ac βλασφημεῖσθαι ποιούντες. Quæ loquendi forma usitata est in sacris libris, ut cum dicitur in Evangelio : *Viri Ninivite surgent et condemnabunt vos in judicio*; id est, condemnari faciant. Et Musculus quidem vertit hoc modo, *per vitam suæ conversationem viam Dei blasphemantes*. Christophorus vero interpretatur, *viam veritatis contumeliis afficientes*. At Nicephorus cum hæc non intelligeret, locum interpolavit.

(23\*) *Τό. Forte τῷ. Εδιτ.*

(24) *Ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος.* Rufinus vertit : *qui a præside in medium statui jussus*. Musculus autem ita vertit, *urgente vero præside*, etc., quem secutus est Christophorus. Possis etiam ita vertere, *quod cum animadvertisset præses*, etc. Mihi tamen magis arridet Rufini versio : *ἐπιστήσαντι enim proprie est sistere coram iudice*, quod etiam παρστήσαι dicitur.

(25) *Τοῦσχατον ἐτύθησαν.* Eodem verho superior usi sunt Lugdunenses, ubi de Sancto, Maturo et Blandina loquuntur. Ac Rufinus quidem hoc loco vertit *jugulati sunt*; Musculus, *cæsi sunt*; Christophorus, *gladio feruntur*. Ego vero malim vertere,

Α τῶν μαρτύρων κλήρω (22) · ἔμειναν δὲ ἔξω, οἱ μὲν ἔχοντες πρόσωπε πίστεως, μὴ δὲ αἰσθῆσιν ἐνδύματος νομφικῶν, μὴ δὲ ἔννοιαν φόβου Θεοῦ σχόντες, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀνατροφῆς αὐτῶν βλασφημοῦντες τὴν ὁδόν (23) · τοῦτέστιν οἱ υἱοὶ τῆς ἀπωλείας. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τῇ Ἐκκλησίᾳ προσετέθησαν · ὧν καὶ ἀνεταξομένων, Ἀλέξανδρος τις, Φρύξ μὲν τὸ γένος, πατὴρ δὲ τῆν ἐπιστήμην, πολλοὺς ἔτεσσιν ἐν ταῖς Γαλιλαίαις διατριψάς, καὶ γνωστὸς σχεδὸν πᾶσι διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην καὶ παρρησίαν τοῦ λόγου (ἦν γὰρ καὶ οὐκ ἀμοιρος ἀποστολικῶν χαρίσματος), παρεστὼς τῷ βήματι, καὶ νεύματι προτρέπων αὐτοὺς πρὸς τὴν ἐμολογίαν, φανερός ἦν τοῖς περιεστώσι τὸ βήμα ὡσπερ ὀδύων. Ἀγανακτῆσαντες δὲ οἱ ἄλλοι ἐπὶ τὸ (25) τοὺς πρότερον ἠρημένους αὐτοὺς ἐμολογεῖν, κατέβησαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὡς ἐκείνου τοῦτο ποιούντος. Καὶ ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος (24), καὶ ἀνετάσαντος αὐτὸν, ὅστις εἶη, τοῦ δὲ φήσαντος ὅτι Χριστιανὸς, ἐν ὀργῇ γενόμενος, κατέκρινεν αὐτὸν πρὸς θηρία · καὶ τῇ ἐπιτοσῇ εἰσῆλθε μετὰ καὶ τοῦ Ἀτάλλου. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἀτάλλον, τῷ βήματι χαρίζομενος ὁ ἡγεμὼν, ἐξέδωκε πάλιν πρὸς θηρία. Οἱ καὶ διὰ πάντων διεληθόντες τῶν ἐν τῷ ἀμφιθέατρῳ πρὸς κλάσιν ἐξευρημένων ὀργάνων, καὶ μέγιστον ὑπομεινάντες ἀγῶνα, τοῦσχατον ἐτύθησαν (25) καὶ αὐτοὶ τοῦ μὲν Ἀλεξάνδρου μήτε στενάξαντος, μήτε γρύξαντος τι ἔλωσ, ἀλλὰ κατὰ καρδίαν ἐμολογούντος τῷ Θεῷ (26). Ὁ δὲ Ἀτάλλος, ὁπότε ἐπὶ τῆς σιδηρᾶς ἐπετέθη κατέδρας καὶ περιεκρίετο, ἦν ἵκα ἡ ἀπὸ τοῦ σωματικῶν κίνηση ἀνεφέρετο, ἐξῆ πρὸς τὸ πλῆθος τῆ Ῥωμαϊκῆ φωνῆ · Ἰδοὺ τοῦτό ἐστιν ἀνθρώπους ἐσθίειν, ὃ ποιεῖτε ὑμεῖς. Ἡμεῖς δὲ οὕτε ἀνθρώπους ἐσθιομεν, οὐδ' ἕτερόν τι πονηρὸν πράττομεν. Ἐπερωτώμενος δὲ, τί ὄνομα ἔχει ὁ Θεός, ἀπεκρίθη · Ὁ Θεός ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἀνθρώπος. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῦτοις, τῇ ἐσχάτῃ λοιπὸν ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν (27), ἡ βλαν-

*gladio confossi sunt*. Mos enim erat, ut bestiarum a confectore trucidarentur, quemadmodum notavi supra ad martyrium Polycarpi. Eusebius in libro *De martyribus Palæstinae*, cap. 11, de Adriano martyre loquens, qui ad bestias damnatus fuerat : *Δέοντι παραβληθείς, καὶ μετὰ τούτων ἔφερε κατασφαγῆς, ἐτελειώθη, et paulo post de Eubulo scribens commartyre : Μετὰ τοὺς θῆρας ὁμοίως τῷ προτέρῳ θῦμα γενόμενος. Ex quibus verbis plane conficitur, ἐτύθησαν idem esse quod κατασφαγῆσαν. Sic in Actibus passionis Tarachi, Probi et Andronici : Maximus autem ira repletus vocavit Tarentianum sacerdotem et jussit gladiatores introduci ut sanctos Dei martyres interficerent. Statim præceptum Maximi impletum est. Consumpti autem sunt gladio. Ita codex manu scriptus quem vidi.*

(26) *Κατὰ καρδίαν ἐμολογούντος τῷ Θεῷ.* Rufinus hunc locum longa circumlocutione verborum exposuit hoc modo : *Intra seipsum semper cum Deo loquente, in laudibus ejus ac precibus permanente. Optimum Nam oratio nihil aliud est quam ὁμιλία πρὸς τὸ Θεόν, et ita eam definit Clemens Alexandrinus, et consentit Proclus philosophus in libro II Commentariorum in Timæum Platonis, p. 64, ubi de peccatori elegantissime disserit ex Porphyrio.*

(27) *Τῇ ἐσχάτῃ... ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν.* Ex hoc patet munus gladiatorum per aliquot dies præbere solitum esse Lugduni in illo celebri mercatu et conventu totius Galliæ ad aram Augusti. Hinc est quod

δινα πάλιν εἰσεκομίζετο μετὰ καὶ Ποντικοῦ παιδαρίου ὡς πεντεκαίδεκα ἐτῶν. Οἱ καὶ καθήμεραν εἰσῆγοντο πρὸς τὸ βλέπειν τὴν τῶν λοιπῶν κόλασιν, καὶ ἤκκαζοντο ὁμνῦναι κατὰ τῶν εἰδώλων αὐτῶν. Καὶ διὰ τὸ ἐμμένειν εὐσταθῶς, καὶ ἐξουθενεῖν αὐτοὺς, ἠγρώθη πρὸς αὐτοὺς τὸ πλῆθος, ὡς μήτε τὴν ἡλικίαν τοῦ παιδὸς οἰκτεῖται, μήτε τὸ γύναιον αἰδεσθῆναι. Πρὸς πάντα δὲ τὰ δεινὰ παρέβαλλον αὐτοὺς, καὶ διὰ πάσης ἐν κύκλῳ διηγῶν κολάσεως, ἐπαλλήλως ἀναγκάζοντες ὁμοσαι, ἀλλὰ μὴ δυνάμενοι τοῦτο πράξαι· ὁ μὲν γὰρ Ποντικός, ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς παρωρμημένος, ὡς καὶ τὰ ἔθνη βλέπειν ὅτι ἐκείνη ἦν προεπινομένη καὶ στηρίζουσα αὐτὸν, πᾶσαν κόλασιν γενναίως ὑπομένειν, ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. Ἡ δὲ μακαρία Βλανδίνα πάντων ἐσχάτη, καθάπερ μήτηρ εὐγενῆς παρορμήσασα τὰ τέκνα καὶ νικηφόρους προτέμψασα πρὸς τὸν Βασιλέα, ἀναμετρομένη καὶ αὐτὴ πάντα τὰ τῶν παιδῶν ἀγωνίσματα, ἔσπευδε πρὸς αὐτοὺς χαίρουσα καὶ ἀγαλλιωμένη ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, ὡς εἰς νυμφικὸν δεῖπνον κεκλημένη, ἀλλὰ μὴ πρὸς θηρία βεβλημένη. Καὶ μετὰ τῆς μάστιγας, μετὰ τὰ θηρία, μετὰ τὸ τήγανον (28), τοῖσκατον εἰς γύργαθον βληθεῖσα, ταύρω παρεβλήθη καὶ ἰκανῶς ἀναβληθεῖσα (29) πρὸς τοῦ ζώου, μὴδὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα διὰ τὴν ἐλπίδα καὶ ἐποχὴν τῶν πεπιστευμένων καὶ ὁμιλίαν πρὸς Χριστόν, ἐτύθη καὶ αὐτὴ, καὶ αὐτῶν ὁμιλοῦντων τῶν ἔθνων, ὅτι μὴδὲ πώποτε παρ' αὐτοῖς γυνὴ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔπαθεν. Ἄλλ' οἷδ' οὕτως κόρον ἐλάμβανεν αὐτῶν ἡ μανία, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀγίους ὠμότης· ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρὸς (30) ἀγρία καὶ βάρβαρα φύλα ταρχθέντα, δυσπαύστως ἔχε. Καὶ ἄλλην ἰδίαν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἐλάμβανεν ἡ ὕβρις αὐτῶν. Τὸ γὰρ νενικησθαι αὐτοὺς οὐκ εἰδούσιν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀνθρώπινον ἐπιλογισμὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξέκεν αὐτῶν τὴν ὀργὴν, καθάπερ θηρίου καὶ τοῦ ἡγεμόνος καὶ τοῦ δῆμου, τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἀδίκως ἐπιδεικνυμένων μίσος (31).

supra dixit de Maturo et Sancto : Ἄνετ' πάσης τῆς ἐν τοῖς μονομαχίαις ποιικιλίας αὐτοὶ θέαμα γενόμενοι τῶν χόσμων. Præter hæc munera gladiatoria, datus præterea fuerat a præside dies spectaculi ferarum propter Christianos, ut nominatim dicitur in hæc epistola, τῆς τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης. Neque enim hæc inter se continentia esse existimo, μονομαχίας scilicet et θηριομαχίας, quamvis Latini uno muneris vocabulo utrumque spectaculum comprehendant. Si quis tamen μονομαχίας et θηριομαχίας hic pro eodem sumi contendat, equidem non magnopere repugnabo. Certe in *Gestis præsidialibus* sanctorum martyrum Tarachi, Probi et Andronici, gladiatores sumuntur pro bestiariis. Sic enim scribitur cap. 10 : *In prima muneris editione, cum multe feræ immisæ essent, multarum gladiatorum corpora qui multis horis cum bestiis pugnaverant, devorata sunt.* Paulo post tamen gladiatorum munus a munere ferarum ibidem distinguitur his verbis : *Maximus proconsul indignans jubet edi gladiatorum munus, quibus mandaretur imprimis Christianos martyres gladiis confodi.* Sed et Cyrillus Hierosolymitanus in prima *Catechesi mystagogica*, μονομαχίην dicit de bestiariis, et Chrysostomus in homilia *de Jona*, pag. 661, οἱ θηρίοις πυκτεύειν μέλλοντες. Quod idem est ac si dixisset θηρίοις μονομαχίην.

A liqui traditi sunt bestiis. Cæterum ingens gloria accessit Christo per eos qui prius quidem negaverant, tunc vero confitebantur fidem Christi præter spem atque expectationem gentilium. Ili siquidem seorsum interrogati sunt quasi mox absolvendi. Qui cum se Christianos confessi essent, reliquorum martyrum numero ascripti sunt. Foris autem manserunt ii, quorum animis nec vestigium ullum fidei, nec reverentia vestis nuptialis, nec sensus timoris Dei impressus unquam insederat; filii scilicet perditionis, qui sua ipsorum conversatione religionem quam profitebantur infamaverant. Verum cæteri omnes aggregati sunt Ecclesiæ. De quibus cum quæstio haberetur, Alexander quidam, natione Phryx, professione medicus, qui plures jam annos moratus fuerat in Galliis, vir omnibus notissimus ob amorem Dei et eximiam in prædicanda fide libertatem (quippe apostolicæ gratiæ minime expers erat), tribunali assistens, cum illos ad fidei confessionem nitibus hortaretur, cunctis qui tribunal circumdabant, tanquam parturiens videbatur. At vulgus moleste ferens quod qui antea fidem negaverant, eandem de integro confiterentur, adversus Alexandrum tanquam hujus facinris auctorem conclamare cœpit. Instans illico præses, interrogavit hominem quisnam esset. Qui cum Christianum se esse dixisset, iratus iudex eum ad bestias damnavit. Postridie igitur una cum Attalo ingressus est. Nam et hunc præses, gratificari populo studens, bestiis rursus tradiderat. Ambo itaque cum omnia tormentorum genera quæ adversus ipsos excogitata fuerant, in amphitheatro percucurrissent, maximoque certamine perfuncti essent, tandem gladio percussi sunt. Et Alexander quidem nec ingemuit unquam, nec vocem ullam protulit, sed interius mente in se collecta colloquebatur cum Deo. Attalus vero cum in ferrea cathedra colloca-

(28) Μετὰ τὸ τήγανον. Craticulam vertit Rufinus. Idem plane est quod supra vocavit ferream cathedram, cui impositi martyres, tanquam in sartagine torrebantur. Sic enim supradictum est de Maturo : Ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρὰν καθέδραν, ἐφ' ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, etc. Mos enim erat, ut Christiani, antequam bestiis objicerentur, in hujusmodi cathedra suppositis prunis ardentibus sederent, ut paulo ante legitur de Attalo.

(29) Ἰκανῶς ἀναβληθεῖσα. Inter voluptates amphitheatralis spectaculi hæc erat, ut taurus in arenam produceretur, cui in furorē concitato noxios homines reticulo inclusos objiciebant, quos ille velut pilas in altum jactabat. Notissimi sunt hæc de re Martialis versus :

*Taurus ut impositus jactat ad astra pilas.*

(30) Ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρός. Antiquum serpentem vertit Rufinus, dæmonem scilicet rectius hoc modo designari existimans. Certe Græca vox etiam serpentem significat. Unde et *theriace* dicitur. Sic paulo infra ὁ θῆρ pro diabolo sumitur, ubi *Musculus viperam* vertit.

(31) Τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἀδίκως ἐπιδεικνυμένων μίσος. Rectius in codice Maz., *Medicæ et Fukeiano* scribitur *ἄδικον*, quod equidem valde probro, nisi quis malit legere τὸ *ἄδικον* εἰς ἡμᾶς ὁμοίως ἐπιδεικνυμένων μίσος. De injusto erga se gentium odio

tos undique torreretur, et ambustum corpus nidorem gravissimum exhalaret, Latino sermone populum allocutus: « En, inquit, hoc demum est homines vorare quod agitis. Nos vero neque homines voramus, neque omnino quidquam mali facimus. » Interrogatus etiam quod nomen Dei esset: « Deus, inquit, **164** nomen non habet perinde ac nos mortales. » Post hos omnes, ultimo tandem spectaculo- rum die, Blandina rursus illata est una cum Pontico, adolescente quindecim circiter annos nato. Qui etiam quotidie antea introducti fuerant, ut reliquorum cruciatus intuerentur. Adactique per simulacra gentilium jurare, cum in proposito constantes permanerent, deosque illorum nihili facerent, tantus in eos exarsit multitudinis furor, ut nec ætatem pueri miserarentur, nec mulieris sexum ulla prosequerentur reverentia. Cunctis igitur cruciatibus eos vexare ac per omnia pœnarum genera circumagere cœperunt, jurare illos subinde compellentes. Nunquam tamen id quod volebant, perficere valuerunt. Nam Ponticus quidem, sororis exhortationibus incitatus, ita ut gentiles quoque ipsam esse cernerent quæ puerum hortaretur et confirmaret, cuncta supplicia generose perpessus, animam exhalavit. Beata vero Blandina, omnium postrema, tanquam nobilis mater quæ filios ad fortiter certandum accenderat, et victores ad Regem præmiserat, eosdem certaminum cursus quos filii confecerant remetiens, ad eosdem ire properabat, de exitu suo læta atque exultans, prorsus quasi ad nuptiale convivium invitata, non bestiis objecta esset. Denique post flagra, post ferarum vellicationes, post sartagine, reticulo inclusa, tauro objecta est. A quæ diu in altum jactata, nihil jam eorum quæ fiebant penitus sentiens, tum ob spem et comprehensionem eorum quæ credebatur bonorum, tum ob familiarem congressum quem cum Christo in oratione habebat, tandem et ipsa victimæ instar jugulata est: ipsis etiam gentilibus ingenue fatentibus, nullam unquam apud se feminam exstitisse quæ tot ac tanta pertulerit. Sed ne sic quidem furor illorum et inhumanitas adversus sanctos conquievit. Quippe feræ et barbaræ gentes ab immani illa bestia concitatæ, pacari facile non poterant. Quin potius aliud quoddam initium sæviendi, in sanctorum corporibus protervia illorum invenit. Neque enim ex eo quod a martyribus victi fuissent, pudore ac verecundia suffundebantur, quippe qui humano sensu ac ratione penitus essent destituti. Sed contra præsidis simul ac populi tanquam immanis belluæ ma-

passim querebantur Christiani. Tatianus *Adversus Græcos*, pagina 149: Καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἀδίκως, κεραινομήσαστε. Cf. Tertull. in *Apologetici* cap. 1.

(32) Ὁ ἀνομος ἀνομησάτω ἐστίν. Ex capite ultimo Apocalypseos versu 11, ubi pro ἀνομος ἀνομησάτω hodie legitur ἀδικος ἀδικησάτω. Simile quid legitur in cap. xii Danielis. Citatur hic locus a Fausto Reicensi, qui vulgo Eusebius Emissemus inscribitur, in sermone tertio ad monachos: *Et ejusmodi animæ oveniet illa sententia: Peccator adjiciat ad peccandum. Quam nos, charissimi, refugientes, illam potius tenemus quæ dicit: Et sanctus adhuc sanctificetur.*

(33) Πῆ δὲ ἠθροακωμένα. Ita codex Regius et Nicephorus. Sed tres reliqui codices Mazarinus, Medicæus et Fuketianus scriptum habent ἠθροακωμένα. Et paulo post in iisdem codicibus legitur πρὸς τῆς αὐτῶν εἰδαντο ψυχῆς, non εἰδαντο, ut ex Regio exemplari edidit Stephanus.

(34) Οὐτε ἀργύρια ἐπειθε. Hæc verba non ha-

Α ἴνα ἡ Γραφή πληρωθῆ. Ὁ ἀνομος ἀνομησάτω ἐστίν (32), καὶ ὁ δίκαιος δικαιοῦσθω ἐστίν. Καὶ γὰρ τοὺς ἐναποπνεύγοντας ἐν τῇ εἰρικτῇ παρέβαλον κυσίν, ἐπιμελιῶς παραφυλάσσοντες νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, μὴ κηδευθῆ τις ὑφ' ἡμῶν. Καὶ τότε δὴ προθέντες τὰ τε τῶν θηρίων, τὰ τε τοῦ πυρὸς λείψανα, πῆ μὲν ἐπαρραγμένα, πῆ δὲ ἠθροακωμένα (33), καὶ τῶν λοιπῶν τὰς κεφαλὰς σὺν τοῖς ἀποτιμημασιν αὐτῶν ὡσαύτως ἀτάφους παρεφύλαττον μετὰ στρατιωτικῆς ἐπιμελείας ἡμέραις συχναῖς. Καὶ οἱ μὲν ἐνεδριμῶντες καὶ ἐθρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτοῖς, ζητοῦντές τινα περισσοτέρην ἐκδίκησιν παρ' αὐτῶν λαβεῖν· οἱ δὲ ἐνεγέλων καὶ ἐπετώθαζον, μεγαλύνοντες τὰ εἰδῶλα αὐτῶν, καὶ ἐκείνοις προσάπτοντες τὴν τούτων τιμωρίαν. Οἱ δὲ ἐπιεικέστεροι καὶ κατὰ ποσὸν συμπαθεῖν Β δοκοῦντες, ὠνεῖδιζον πολὺ, λέγοντες· Ποῦ ὁ θεὸς αὐτῶν, καὶ τί αὐτοὺς ὄνησεν ἡ θρησκεία, ἣν καὶ πρὸ τῆς αὐτῶν εἰδαντο ψυχῆς; Καὶ τὰ μὲν ἀπ' ἐκείνων τοιαύτην εἶχε τὴν ποιικίλιαν, τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθεισθήκει πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῆ. Οὐτε γὰρ νῦξ συνεδάλλοτο ἡμῖν πρὸς τοῦτο, οὐτε ἀργύρια ἐπειθεν (34), οὐτε λιτανεῖα ἐδυσώπει· παντὶ δὲ τρόπῳ παρετήρουν ὡς μέγα τι κερδανοῦντες, εἰ μὴ τύχοιεν ταφῆς. Τούτοις ἐξῆς μεθ' ἑτερά φασι· Ἐτὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν (35) ποταμὸν πλησίον παραβρέοντα, ὅπως μὴδὲ λείψανον αὐτῶν φαίνεται ἐπὶ τῆς γῆς ἐστίν. Καὶ ταῦτ' ἐπραττον, ὡς δυνάμενοι νικῆσαι τὸν θεόν, καὶ ἀφελῆσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν· ἴνα, ὡς ἔλεγον ἐκείνοι, μὴδὲ ἐλπίδα σῶσιν ἀναστάσεως, ἐφ' ἣ πεποιθότες, ξένην τινὰ καὶ καινὴν ἡμῖν εἰσάγουσι θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δευνῶν, ἔτοιμοι καὶ μετὰ χαρᾶς ἔχοντες ἐπὶ τὸν θάνατον· νῦν ἴδιοι, εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθησαὶ αὐτοῖς ὁ θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελέσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν. »

D bentur in tribus codicibus Mazarino, Medicæo et Fuketii. Solus codex Regius ea retinet, cui astipulantur Rufinus et Nicephorus. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Apud nos vero ingens luctus habebatur, præcipue quod non possemus corpora humi tradere: quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur: neque muneribus suadere cunctis odes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat.* Nicephorus vero locum hunc ita expressit: *Οὐτε γὰρ ἡ νῦξ καθυπόρχει, οὐτε χρυσίῳ μετελθεῖν ἦν· πολλὰ γὰρ μετὸν ἐπειθε δέησις.*

(35) Κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανόν. Cod. Reg. κτερῶν ἀνθῆ, cui consentit Nicephorus. Sed reliqui codices Maz., Med., Fuk. et Savilli præferunt κατεσαρώθη. Quam lectionem vulgatæ longe præferendam duco. Certe Rufinus non aliter videtur legisse, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Incensa ossa martyrum et in sævillam redacta, cum reliquo terræ pulvere in Rhodanum fluvium dispersere.*

gis hæc accendebatur furor, qui quidem nullo jure adversus nos æquali odio ferebantur: ut impleretur Scriptura, **165** quæ dicit: « Iniquus adhuc inique agat, et justus adhuc justificetur ». Eorum enim corpora qui in carcere suffocati perierant, canibus objecerunt, sollicite observantes noctu atque interdum, ne quis nostrorum ea sepulturæ mandaret. Post hæc quidquid aut a bestiis, aut ab igne reliquum fuerat, partim laniata, partim ambusta membra exponentes: reliquorum denique capita cum ipsis corporum truncis similiter insepulta per plurimos dies additis militum excubiis custodierunt. Et alii quidem infremebant ac dentibus stridebant in mortuos, adhuc exquisitiore quodam supplicio eos afficere cupientes. Alii vero irridebant insultabantque, simulacra sua laudibus extollentes, ac pœnas de martyribus sumptas eis ascribentes. Nonnulli paulo acriores, et qui vicem nostram dolere quodammodo videbantur, exprobrabant identidem hæc dicentes: Ubi est Deus eorum? et quid illis profuit hæc religio, cui vitam quoque suam postposuerunt? Ac gentilium quidem insectatio talem habuit varietatem. Nos vero gravissimo interim dolore premebamur, quod humare cadavera nobis non liceret. Nam neque noctis tenebræ nos juvare, neque auri vis flectere, neque preces ullæ animos eorum commovere potuerunt. Sed omni studio atque industria cadavera custodiebant, quasi ingens lucrum facturi, si sepultura caruissent. » Nonnullis deinde interjectis hæc addunt: « Igitur martyrum corpora, postquam omni genere contumeliæ traducta, et sub divo per sex dies exposita jacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præfluentis Rhodani alveum sparsa sunt ab impiis, ne ullæ deinceps eorum reliquæ in terris superessent. Atque id agebant, prorsus quasi Deo superiores esse, et resurrectionem illis adimere possent: ut quemadmodum ipsi dicebant, ne spes quidem ulla resurgendi eis relinqueretur, qua freti novam quamdam ac peregrinam nobis invehunt religionem, et gravissima quæque tormenta contemnunt, promptique et alacres mortem subeunt. Videamus nunc an sint resurrecturi, et utrum adesse ipsis Deus scius, ac de manibus nostris ipsos eripere valeat. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

A

## 166 CAPUT II.

Ὅς οἱ θεοφιλεῖς μάρτυρες τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ διαπεπρωμένους ἐθεράπευον δεξιούμενοι (Nic. H. E. iv, 18).

Quemadmodum Deo dilecti martyres lapsis in persecutione manum porrigentes curationem adhibuerunt.

Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν δεδηλωμένον αὐτοκράτορα ταῖς Χριστοῦ συμβέβηκεν Ἐκκλησίαις, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐπαρχίαις ἐνηρηγμένα, εἰκότι λογισμῷ στοχάζεσθαι πάρεστιν. Ἄξιον τοῦτοίς ἐκ τῆς αἰσῆς ἐπισυνάψαι γραφῆς λέξεις ἑτέρας, δι' ὧν τὸ ἐπικαὲς καὶ φιλόανθρωπον τῶν δεδηλωμένων μαρτύρων ἀναγέγραπται τοῦτοίς αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν. « Οἱ καὶ ἐπὶ τοσούτων ζηλωταὶ καὶ μιμηταὶ Χριστοῦ ἔγένοντο, ὅς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχον, οὐχ ἀρπαγμὸν ἤγησαν τὸ εἶναι Ἰσα Θεῶ, ὥστε ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δις, ἀλλὰ πολλάκις μαρτυρήσαντες, καὶ ἐκ θηρίων αἰθῆς ἀναληφθέντες (36), καὶ τὰ καυτήρια, καὶ τοὺς μύλωνας, καὶ τὰ τραύματα ἔχοντες περικεῖμενα, οὐτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοῦς ἀνεκέρυτον, οὐτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τοῦτω τῷ ὀνόματι προσαγορεῦν αὐτοὺς, ἀλλ' εἴ ποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησον πικρῶς. Ἡδέως γὰρ παρεχώρου τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι, καὶ πρωτοτόκῳ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπεμνησχοῦντο τῶν ἐξηλυθόντων ἤδη μαρτύρων, καὶ ἔλεγον. Ἐκαῖνοι ἦν μάρτυρες, οὗς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστοῦς ἡξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξέλιου τὴν μαρτυρίαν. ἡμεῖς δὲ ὁμολογοὶ μέτριοι καὶ ταπεινοί. Καὶ μετὰ δακρῶν παρεκάλουν τοὺς ἀδελφούς, δεόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ

Hæc supradicti imperatoris temporibus Christi Ecclesiis contigerunt, ex quibus ea quæ in reliquis provinciis gesta sunt, conjectura assequi licet. Sed et alia quædam ex eadem epistola hic adjungere operæ pretium fuerit, quibus benignitas atque humanitas illorum quos memoravimus martyrum describitur his verbis: « Qui quidem Christum æmulari atque imitari tantopere studuerunt, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu esse esse æqualem Deo: ut quamvis in tantum gloriæ culmen evecti essent, nec semel atque iterum, sed sæpius martyrium subiissent, et a bestiis denuo in carcerem relati essent; quamvis ignium impressa vestigia, quamvis vibices et vulnera toto corpore circumferrent, tamen nec seipsos martyres prædicarent, nec a nobis ita se appellari paterentur. Verum si quis nostrum per litteras aut in familiari colloquio eos martyres compellasset, objurgabant graviter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, utpote fidei verique testī, et primogenito mortuorum, vitæque cœlestis principi et auctori. Eos quoque qui jam ex hac vita migraverant martyres, nobis commemorabant aiebantque: « Ili jam sunt martyres, quos in ipsa confessione Christus assumi voluit, professionem ipsorum morte tanquam annulo obsignans: nos vero viles atque abjecti confessores. » Simul profusis la-

<sup>36</sup> Dan. xii.

(36) Καὶ ἐκ θηρίων αἰθῆς ἀναληφθέντες. Henricus Savilius ad oram sui codicis hunc locum ita emendavit, καὶ τοῖς θηρίοις παραβληθέντες, καὶ ἐξ αὐτῶν αἰθῆς ἀναληφθέντες. Quæ emendatio in Genevensi quoque editione apposita est ad marginem ex libro Christophorsoni. Sane Christophorsonus locum hunc ita legit, ut ex versione ejus apparet. Sed utrum ex con-

jectura, an ex fide veterum codicum ita legerit, incertum est. Nostri certe codices nihil mutant. Porro ἀναληφθῆναι hoc loco significat, in carcerem iterum contrudi. Sic supra de Blandina, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ βύλου, ἀνεληφθη πάλιν εἰς τὴν εἰρκτήν. Et paulo post de Attalo, μαθῶν ὃ ἡγεμῶν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι.

erymis obsecrabant fratres, ut continuè ad Deum preces fierent, quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur. Ac ipsa quidem virtutem martyrum exhibebant, cum ingenti libertate ac fiducia gentilibus respondentes: et egregiam animi indolem partim tolerantia, partim quod metus ac pavoris expertes essent, perspicue testabantur. Ipsam vero martyrum appellationem a fratribus sibi oblatam, utpote timore Dei constricti fugiebant. » Et paulo post: « Deprimebant se, inquit, sub manu potentis; a qua nunc sublimius elevati sunt. Tunc vero omnium defensionem suscipiebant, neminem accusabant, cunctos absolvebant, **167** neminem ligabant. Quinetiam pro illis a quibus acerbissime cruciati fuerant, exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur: « Do-  
 « mine, ne imputes illis hoc peccatum. » Quod si ille pro lapidantibus orabat, quanto magis pro fratribus eum orasse credibile est. » Nec multo post, hæc addunt: « Hoc enim maximum certamen illis fuit adversus diabolum, ob sinceram ac minime fucatam charitatem, ut quos ille malignus serpens vivos jam se devorasse crediderat, elisis faucibus vomere cogeretur. Neque enim fastu et arrogantia intumuerunt adversus lapsos, sed ea quibus abundabant bona, indigentibus liberaliter subministrabant, materna quædam misericordiæ viscera gestantes, magnamque vim lacrymarum pro illorum salute coram Deo Patre fundentes. Vitam petierunt, et largitus est eis Deus <sup>26</sup>: quam etiam illi proximis suis communicarunt, ubique victores ad Deum profecti. Cumque pacem dilexissent, pacem nobis commendassent, ipsi cum pace migraverunt ad Deum: non dolorem matri, non fratribus discordium ac bellum, sed gaudium et pacem et concordiam charitatemque omnibus relinquentes. » Atque hæc de beatorum illorum affectu erga eos fratres qui lapsi fuerant, ad legentium utilitatem hic posita sint, propter eos qui inhumano quodam ac truci animo præditi, inclementer adversus Christi membra postmodum sævierunt.

## CAPUT III.

*Cujusmodi visio martyri Attalo in somnis divinitus missa apparuit.*

Porro in eadem epistola quæ res supra memoratas complectitur, alia etiam habetur narratio proposita memoria dignissima, quam quidem nihil vetat, quominus hoc loco lectoribus proponamus. Sic autem habet: « Alcibiades quidam, unus ex illorum martyrum numero, durum et squalidum

<sup>26</sup> Psal. xi.

(37) Πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο. Rufinus hunc locum ita vertit: *Placabant omnes, neminem accusabant.* Christophoranus vero et ante illum Langus sic interpretari maluit, *defendere omnes, neminem accusare.* Quam interpretationem probare non possum. Neque enim in Græco dicitur, ὑπὲρ πάντων ἀπελογοῦντο, sed πᾶσιν ἀπ. Sed neque martyres illi cunctos sine discrimine defendebant, hæreticos scilicet, Judæos et gentiles. Rectius itaque Musculus vertit, *omnibus rationem fidei suæ reddabant.* Possis etiam vertere *omnibus se excusabant.* Il enim proprie est ἀπολογεῖσθαι. Unde *Apologiarum sacerdotum*, de quibus Gregorius Magnus in *Sacramentario*.

τελειωθῆγα: αὐτοῖς. Καὶ τὴν μὲν δύναμιν τῆς μαρτυρίας ἔργω ἐπέδεικνυντο, πολλὴν παρρησίαν ἄγοντες πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὴν εὐγένειαν διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀφοβίας καὶ ἀτροματίας φανερὰν ἐποίησαν, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τῶν μαρτύρων προσηγορίαν παρητοῦντο, ἐμπεπλησμένοι φόβου Θεοῦ. » Καὶ αὖθις μετὰ βραχεία φασίν: « Ἐταπεινοῦν ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν κραταίαν χεῖρα, ὑφ' ἧς ἱκανῶς νῦν εἰσιν ὑψωμένοι. Τότε δὲ πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο (37), κατηγοροῦν δὲ οὐδενός. Ἐλυσον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμευον δὲ οὐδένα, καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διατιθέντων ἤρχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς: « Κύριε, μὴ στήσης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. » Εἰ δ' ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν; » Καὶ αὖθις φασὶ μεθ' ἕτερα: « Οὗτος γὰρ καὶ μέγιστος αὐτοῖς πρὸς αὐτὸν ὁ πόλεμος ἐγένετο, διὰ τὸ γνήσιον τῆς ἀγάπης, ἵνα ἀποπνιχθεὶς ὁ θῆρ, οὗς πρότερον ὤετο καταπεπωκέναι ζῶντας, ἐξεμέσῃ (37). Οὗ γὰρ ἔλαβον καύχημα κατὰ τῶν πεπωκότων, ἀλλ' ἐν οἷς ἐπλεόναζον αὐτοὶ, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπήρχον, μητρικὰ σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐκχέοντες δάκρυα πρὸς τὸν Πατέρα. Ζῶν ἤτησαντο, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἦν καὶ συνεμερίζαντο τοῖς πλησίον. Κατὰ πάντων νικηφόροι (38) πρὸς Θεὸν ἀπελθόντες, εἰρήνην ἀγαπήσαντες αἱ, καὶ εἰρήνην αἱ παρεγγυήσαντες, μετ' εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεὸν, μὴ καταλιπόντες πόνον τῆς μητρὸς, μηδὲ στάσιν καὶ πόλεμον τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ χάριν καὶ εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν, καὶ ἀγάπην. » Ταῦτα καὶ περὶ τῆς τῶν μακαρίων ἐκεῖνων πρὸς τοὺς παραπεπωκότας τῶν ἀδελφῶν στοργῆς, ὡφελίμως προσκεισθῶ, τῆς ἀπανθρώπου τε καὶ ἀνηλεοῦς ἐνεκα διαθέσεως, τῶν μετὰ ταῦτα ἀφειδῶς (39) τοῖς Χριστοῦ μέλει προσσηγεμένων.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

*Ὅποια τῷ μάρτυρι Ἀτάλῳ δι' ὄνειρον γέγονε ἐπιφάνεια* (Nic. H. E. iv, 8).

Ἡδ' αὐτῆ τῶν προσηγεμένων μαρτύρων γραφῆ, καὶ ἀλλήντινὰ μνήμης ἀξίαν ἱστορίαν περιέχει, ἣν καὶ οὐδέλις ἂν γένοιτο φόβος, μὴ οὐχὶ τῶν ἐντευξομένων εἰς γνώσιν προσθεῖται. Ἔχει δὲ οὕτως: « Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνου αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενός ὄλωσ τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἦ

(37) Ἴνα... οὗς... ὤετο καταπεπωκέναι ζῶντας, ἐξεμέσῃ. Sunt quibus placeret, virgulam ante ζῶντας transponendo, scribere... οὗς... καταπεπωκέναι, ζῶντας ἐξεμέσῃ. EDIT.

(38) Vulg. Κατὰ πάντα νικηφόροι. Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Reliqui tamen codices Maz, Med. et Fuk. scriptum habent κατὰ πάντων νικηφόροι. Id est, de omnibus victores. Nirephorus vero ita hunc locum reflexit, καὶ πάντες νικηφόροι, etc.

(39) Τῶν μετὰ ταῦτα ἀφειδῶς. Novatianus intelligit, qui lapsis omnem spem indulgentiæ postea recesserunt.

ἔρω μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ βίρρη οὕτω διάγειν, Ἀττάλω μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα, ὃν ἐν τῷ ἀμφιθέατρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, οἷ μὴ καλῶς ποιῶν ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑποκείμενος. Πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέστη μετελάμβανε, καὶ ἠγάριστεν τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἀνεπίσκοποι χάριτος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐχέτω. Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανόν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον (40), περὶ τὴν Φρυγίαν ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεύειν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκφερομένων (πλείστοι γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παρὰ τὸ θεῖον χάρισματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους Ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πῶς παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν περιέχον). καὶ ἡ διαφωνία ὑπαρχούσης περὶ τῶν δεδηλωμένων, αἷσι οἱ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοί, τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ περὶ τούτων, εὐλαβῆ καὶ ὀρθοδοξοτάτην ὑποτάττωσαν, ἐκθέμενοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς τελειωθέντων μαρτύρων διαφόρους ἐπιστολάς, ἃς ἐν δεσμοῖς ἐτινάχοντες, τοῖς ἐπ' Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν ἀδελφοῖς διαγράψαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρω (41) τῷ τότε Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρᾶσθεύοντες (42).

Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace Ecclesiarum quasi legatione fungentes.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅπως οἱ μάρτυρες τῶν Ἐιρηναίων δι' ἐπιστολῆς παρετίθεντο (Nic. H. E. IV. 15-15).

Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες (43) καὶ τὸν Ἐιρηναῖον (44),

(40) Τῶν δ' ἀμφὶ Μοντανόν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον. Hic Alcibiades distinguendus est ab Alcibiade illo, martyrum Lugdunensium collega, de quo supra. Nam hic quidem sanctissimus martyr fuit, ut apparet ex iis quæ de illo referunt Lugdunenses. Alter vero, cum Montano ac Theodoto, signifer fuit sectæ Cataphrygarum. De quo vide cap. 16 et 17 hujus libri.

(41) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρω. Eleutherus, Romanæ urbis episcopus, a Montanistis primum deceptus fuerat, qui falsæ pietatis imagine errorem suum callide obtegebant. Ad hæc, litteris atque exhortationibus Lugdunensium martyrum impulsus, ad Ecclesias Asiæ atque Phrygiæ epistolam scripserat de recipiendis in Ecclesiam Montanistis. Sed statim admonitus a Praxeæ quodam Asiano, pacificas quas miserat litteras revocavit, et Aniceti decessoris sui auctoritatem secutus, novam prophetiam admittere recusavit, ut scribit Tertullianus in libro *Adversus Praxeam*: Nam idem tunc episcopus Romanum agnoscentem jam prophetiæ Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis et Ecclesiis eorum asseverando, et præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum concessare. Baronius quidem in hoc Tertulliani loco per episcopum Romanum, Anicetum intellexit. Verum ego Eleutherum intelligi potius crediderim, tum ob ea quæ hic refert Eusebius de litteris Lugdunensium martyrum ad Eleutherum datis de pace Ecclesiarum, tum ob id quod Tertullianus subnectit de præcessorum auctoritate. Quo nomine Soterem et Anicetum procul dubio designat, qui Montani prophetiam repudiaverant. Hic certe Tertulliani locus valde illustris est, et ex verbis Eusebii quæ nunc præ manibus

A vivendi genus sectabatur, nullumque omnino cibum admittens, solo pane et aqua hactenus vesci consueverat. Cumque in carcere positus eandem vivendi rationem vellet retinere, Attalo post primum quod in amphitheatro confecerat certamen, revelatum est, non recte neque ordine facere Alcibiadem, qui et creaturis Dei minime uteretur, et aliis exemplum scandali fieret. 168 Paruit itaque Alcibiades, et cunctis deinceps cibis promiscue uti cæpit, gratias agens Deo. Neque enim divina gratia eos præsentia sua destituerat, sed consultorem habebant Spiritum sanctum. Verum de his hactenus. Cæterum cum Montanus et Alcibiades ac Theodotus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tanquam prophetæ celebrari cepissent

B (multa quippe divinæ gratiæ miracula in pluribus Ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare), cumque illorum nominum causa dissensio orta esset, qui in Gallia erant fratres, privatum de his judicium suum, religiosum in primis et cum recta fide consentiens, rursus eidem epistolæ subjunxerunt, prolatis imperfectorum apud se martyrum variis epistolis, quas illi dum in vinculis adhuc essent, partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes, partim ad

#### CAPUT IV.

Quomodo martyres Irenæum epistolâ sua commendaverint.

Sed et iidem martyres Irenæum, qui tunc tem-

habemus, maximam lucem accipit.

(42) Τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρᾶσθεύοντες. Christophorus quidem hæc verba retulit ad solum Eleutherum, Romanæ urbis episcopum. Ego vero ad utrosque referri puto, tum ad Eleutherum, tum ad fratres in Asia et Phrygia constitutos. Consulti enim fuerant Lugdunenses et Viennenses a fratribus in Asia et Phrygia consistentibus, quid sentiendum esset de pseudopropheta illa quæ apud ipsos exorta fuerat, quidve agendum foret Montano, Theodoto aliisque, qui per Spiritus sancti

(43) Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες. Blondellus in *Apologia pro sententia Hieronymi*, cap. 8, pag. 26, negat martyres Lugdunenses dedisse litteras ad Eleutherum papam. Nam martyrium Pothimi ac Lugdunensium contigisse affirmat anno vii imp. Marci, Christi 167, quo tempore Soter Rom. Ecclesiam administrabat. Martyres igitur Lugdunenses non poterunt ad Eleutherum scribere, qui nondum Soteri successerat. Proinde Blondellus hanc epistolam a clero Lugdunensis Ecclesiæ scriptam esse contendit. Sed Blondelli vanitatem refellit Eusebius. Quid enim apertius his verbis? Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Ἐιρηναῖον, πρᾶσθεύοντες τὸν ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων. Jam ergo ruit tota Blondelli argumentatio. Cum enim martyres Lugdunenses adhuc in carcere positi scripserint ad Eleutherum papam, qui, teste Blondello, pontificatum inivit anno Christi 170, falsum est quod ait Blondellus, illos anno Christi 167 passos esse martyrium.

(44) Μάρτυρες καὶ τὸν Ἐιρηναῖον. Baronius quidem ad annum Christi 179, cap. 53, ait Irenæum a martyribus Romam missum esse ad Eleutherum papam. Idemque scribit Hieronymus in *Catalogo*. Verum



poris adhuc presbyter Lugdunensis erat Ecclesiæ, A supradicto Eleuthero per litteras commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant quæ sic se habent : « Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere. Has litteras ut ad te perferret, fratrem et collegam nostrum Irenæum hortati sumus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpote æmulatorem Testamenti Christi. Quod si nobis comperitum esset, locum cuiquam conferre justitiam, eum tanquam presbyterum Ecclesiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi imprimis commendassemus. » Cæterum quid opus est expressum in supradicta epistola catalogum martyrum hic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt? Quid item opus est referre numerum confessorum qui postea superfuerunt? Hæc enim quicumque voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos, ut 169 supra monuimus, in *Passionibus martyrum* a nobis collectis integram inseruimus. Atque hæc sunt

πρεσβύτερον τότε ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων, πλεῖστα τῷ ἀνδρὶ μαρτυροῦντες, ὡς αὐτοῦ ἐχουσαι τὸν τρόπον δηλοῦσαι φωναί· « Καίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα καὶ ἀεὶ, πάτερ Ἐλευθέριε (45). Ταῦτά σοι τὰ γράμματα προετρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομίσαι, καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς Διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ἤδειμεν τόπον τιλὴ δικαιοσύνης περιποιεῖσθαι, ὡς πρεσβύτερον Ἐκκλησίας (ὅπερ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ) ἐν πρώτοις ἀνὰ παρθεῖμεθα. » Τί δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον, ἰδίᾳ μὲν τῶν ἀποτιμῆσαι κεφαλῆς τετελειωμένων, ἰδίᾳ δὲ τῶν θηρσὶν εἰς βορᾶν παραδεδημένων, καὶ αὐτὸς τῶν ἐπὶ τῆς εἰρκότητος κεκοιμημένων, τὸν τε ἀριθμὸν τῶν εἰσέτι τότε περιόντων ὁμολογητῶν; Ὅτι γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥάδιον πληρέστατα διαγνώσκειν, μετὰ χειρὸς ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γούν εἶπεν, καταλεχταί. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπ' Ἀντωνίνου τοιαῦτα, quæ Antonini principatu contigerunt.

santi gratiam futura se prædicere jactabant. De his igitur Lugdunenses ac Viennenses presbyteri, ad Asianos sententiam suam perscripserunt peculiari epistola; quam utinam hic quoque apposuisset Eusebius. Epistolas quoque martyrum ea de re ad Asianos scriptas, suis litteris adjecerant presbyteri Lugdunenses, ut sententiam suam auctoritate martyrum confirmarent. Quod si conjicere licet, hæc illorum videtur fuisse sententia, prophetas illos benigne tractandos esse, et ad pœnitentiam provocandos: ac si quidem resipiscerent, ad Ecclesiam admittendos esse, ut pax inter fratres solidetur. Si vero pertinaces in errore suo permane-

rent, nec post frequentes admonitiones obtemperare sacerdotibus vellent, ab Ecclesiæ corpore abscindendos. Porro ab iisdem Lugdunensibus presbyteris Irenæus Romam directus est ad Eleutherum papam, cum epistolis tam martyrum quam Lugdunensis cleri, ut cum Eleuthero de iisdem rebus communicaret. Cum enim in omnibus ecclesiasticis negotiis primæ essent partes episcopi Romani, merito Lugdunenses hanc controversiam ad eum detulerunt: id agentes et omnibus modis studentes, ut episcopi Romani auctoritate quæ semper summa fuit in Ecclesia, hæc apud Asiam orta dissensio sedaretur, et pax in Ecclesia restitueretur.

μαὶ ὡς λύκος ἐκ προβάτων· οὐκ εἶμι λύκος· ῥῆμ' εἰμι καὶ πνεῦμα καὶ δύναμις· ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πνεύματι δύναμιν ἐναργῶς δεῖξάτω καὶ ἐλεγξάτω, καὶ ἐξομολογῆσαι διὰ τοῦ πνεύματος καταναγκασάτω τοὺς τότε παρόντας εἰς τὸ δοκιμάσαι καὶ διαλεχθῆναι τῷ πνεύματι λαλοῦντι, ἀνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, Ζωτικὸν ἀπὸ Κορῆνης κώμης, καὶ Ἰουλιανὸν ἀπὸ Ἀπαμείας. Ὅν οἱ περὶ Θεμίλωρα (8) τὰ στόματα φημύσαντες, οὐκ εἶσαν τὸ ψευδὲς καὶ λαοπλάνον πνεῦμα ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθῆναι. Ἐν ταύτῃ δὲ πάλιν ἕτερα μεταξὺ πρὸς ἐλεγχόν τῶν τῆς Μαξιμίλλης ψευδοπροφητειῶν εἰπῶν, ὁμοῦ τόν τε χρόνον καθ' ὃν ταῦτ' ἔγραφε, σημαίνει, καὶ τῶν προβῆσεων αὐτῆς μέμνηται, δι' ὧν πολέμους ἐσεσθαι καὶ ἀκαταστασίας προεμαντεύσατο· ὧν καὶ τὴν ψευδολογίαν εὐθύνηι ὡς λέγων· « Καὶ πῶς οὐ καταφανὲς ἦδη γέγονε καὶ τοῦτο τὸ ψεῦδος; Πλείω γὰρ ἢ τρισκαίδεκα ἔτη εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐξ οὗ τετελεύτηκεν ἡ γυνή· καὶ οὔτε μερικὸς, οὔτε καθολικὸς κόσμος γέγονε πῖλεμος, ἀλλὰ καὶ Χριστιανοὶ μᾶλλον εἰρήνῃ διάμονος ἐξ ἐλέους Θεοῦ. » Καὶ ταῦτα δὲ ἐκ τοῦ δευτέρου συγγράμματος. Καὶ ἀπὸ τοῦ τρίτου δὲ μικρὰς παραθήσομαι λέξεις, δι' ὧν πρὸς τοὺς ἀκούοντας, ὡς ἄρα πλείους καὶ αὐτῶν μεμαρτυρηκότες εἶεν, ταῦτα φησιν· « Ὅταν τοίνυν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένους ἐλεγχθέντες ἀπορήσωσιν, ἐπὶ τοὺς μάρτυρας καταφύγειν πειρῶνται, λέγοντες πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας, καὶ τοῦτο εἶναι τεκμήριον πιστῶν τῆς δυνάμεως τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου προφητικοῦ πνεύματος. Τὸ δὲ ἐστὶν ἄρα ὡς ἔοικε παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀληθές. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων αἰρέσεων τινες, πλείστους ὄσους ἔχουσι μάρτυρας, καὶ οὐ παρὰ τοῦτο δήπου συγκαταθησόμεθα, οὐδὲ ἀληθεῖαν ἔχειν αὐτοὺς ὁμολογήσομεν. Καὶ πρῶτοί γε οἱ ἀπὸ τῆς Μαρκίωνος αἰρέσεως Μαρκωνισταὶ καλούμενοι, πλείστους ὄσους ἔχειν Χριστοῦ μάρτυρας λέγουσιν· ἀλλὰ τὸν γε Χριστὸν αὐτὸν μετὰ ἀληθεῖαν οὐχ ὁμολογοῦσι. » Καὶ μετὰ βραχέα τοῖς ἐπιφέρει λέγων· « Ὅθεν τοι καὶ ἐπειδὴν οἱ ἐπὶ τὸ τῆς κατὰ ἀληθεῖαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τύχῃ μετὰ τινῶν τῶν ἀπὸ τῆς τῶν Φρυγῶν αἰρέσεως λεγομένων μαρτύρων, διαφέρονται τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ μὴ κοινωνήσαντες αὐτοῖς τελειοῦνται, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συγκαταθέσθαι τῷ διὰ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν πνεύματι. Καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαϊάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασσι, πρόδηλον. »

Montanistas, qui se confessorem et martyrem jactabat; aususque est epistolam catholicam exemplo apostoli scribere ad Ecclesias, ut novam prophetiam commendaret. De hoc multa Apollonius in sequenti capite.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

A

## CAPUT XVII.

De Miltiade et illius scriptis.

Περὶ Μιλτιάδου καὶ ὧν συνέταξε λόγων  
(Nic. H. E. iv, 24).

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ συγγράμματι καὶ Μιλτιάδου συγγραφῆς μέμνηται (9), ὡς λόγον τινὰ καὶ αὐτοῦ κατὰ τῆς προειρημένης αἰρέσεως γεγραφότος. Παραθέμενος γοῦν αὐτῶν λέξεις τινὰς, ἐπιφέρει λέγων· « Ταῦτα εὐρῶν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι (10), ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην. » Ὑποκαταβάς δὲ ἐν ταύτῳ τοῦς κατὰ τὴν Καινὴν Διαθήκην προπεφητευόμενους καταλέγει, ἐν οἷς καταριθμεῖ Ἀμμίαν τινὰ καὶ Κοδράτον, λέγων οὕτως· « Ἄλλ' ὄγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει (11), ᾧ ἔπεται ἄδεια καὶ ἀφοβία, ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἐκουσίου ἀμαθίας, καταστρέφων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προειρηται. Τούτων δὲ τὸν τρόπον, οὕτε τινὰ τῶν κατὰ τὴν Παλαιάν, οὕτε τῶν κατὰ τὴν Καινὴν πνευματοφορηθέντα προφήτην δεῖξαι δυνήσονται, οὕτε Ἄγαθον, οὕτε Ἰούδαν, οὕτε Σίλαν, οὕτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὕτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, οὕτε Κοδράτον, οὕτε τινὰς ἄλλους (12) μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχῆσονται. » Αὐτοὶ δὲ μετὰ βραχεία, ταῦτά φησιν· « Εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὡς φασιν, αἱ περὶ Μοντανῶν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανῶν καὶ τῶν γυναικῶν τίνες παρ' αὐτοῖς διεδέξαντο, δεξιότασαν· δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας, ὃ Ἀπόστολος ἀξιοῖ· ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι τεσσαρεσκαίδεκατον ἡδὴ που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς. » Οὕτως μὲν δὴ τοσαῦτα. Ὁ γὰρ τοι πρὸς αὐτοῦ

In eodem quoque libro Miltiadis cujusdam scriptoris mentionem facit, qui adversus supradictam hæresim librum conscripserit. Citatis enim quibusdam verbis illorum hæreticorum, ita deinde scribit : « Hæc ego cum reperissem in quodam libro ipsorum adversus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat non decere prophetam in exstasi loqui, in compendium redelegi. » Deinde aliquanto post in eodem libro universos Novi Testamenti prophetas enumerat, inter quos Ammiam quamdam et Quadratum recenset his verbis : « Pseudo-propheta autem, inquit, in falso mentis excessu, cujus comes est licentia et audacia, a spontanea quidem imperitia initium sumens, in amentiam autem, ut jam dixi, involuntariam desinens. Hujusmodi vero spiritu nullum unquam nec in Vetere nec in Novo Testamento prophetam afflatum poterunt demonstrare : non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam Philadelphensem, nec Quadratum, nec plures quoque alios, qui nihil ad ipsos pertinent, prædicabunt. » Paucis deinde interjectis, sic loquitur : « Nam si quidem, ut prædicant, post Quadratum et Ammiam Philadelphensem mulieres illæ Montani in prophetiæ gratiam successerunt, ostendant nobis quinam inter ipsos Montano ac mulierculis successerint. Etenim prophetiæ donum in omni Ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere auctor est Apostolus. Sed nullum prorsus poterunt ostendere, tametsi jam quartus decimus

(9) Μιλτιάδου... μέμνηται. Ex his patet error Hieronymi in lib. *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi hæc scribit : *Miltiades, cujus Rhodon in opere suo quod adversus Montanum, Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur.* Non Rhodonem, sed innominatum hunc scriptorem debuit dicere. Nam Rhodon adversus Montanum et Cataphrygas non scripsit, sed adversus Marcionis hæresim, ut testatur Eusebius.

(10) Vulg. τῷ Ἀλκιβιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι. Nescio quo fato Alcibiadis nomen pro Miltiade, et Miltiadis pro Alcibiade substitutum est. Nam superiore quidem capite Miltiadis vocabulum pro Alcibiade positum esse observavimus. Hic contra, Alcibiades pro Miltiades irrepsit. Certe apud Nicephorum Μιλτιάδου legitur, quanquam nec Nicephorus, nec Christophorus hunc locum intellexit.

(11) Ἄλλ' ὄγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει. Male Rufinus et Baronius hæc verba ex Miltiadis libro desumpta esse existarunt. Neque enim hic innominatus auctor quidquam citat ex Miltiadis libro, sed tantum ex responsione Cataphrygarum adversus Miltiadis librum; quod non animadvertenterunt interpretes. Est autem hic hujus loci sensus, magnum esse discrimen inter veros prophetas et falsos. Veri enim prophetæ, qui Spiritu Dei repleti erant, quieto ac tranquillo animo prædicebant futura. Pseudoprophetæ vero, qualis erat Montanus, cum furore et insaniam loquebantur. Certe Catholici hoc præcipue objiciebant Montanistis, qui se prophetico spiritu plenos esse jactabant, quod in exstasi prophetarent, cum tamen nec

in Novo nec in Veteri Testamento prophetas in exstasi unquam prophetasse legamus. Itaque Miltiades librum adversus eos scripsit hoc titulo : *Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν.* Et Eriphanus *Adversus hæresim Montanistarum*, c. 2 : « Ὅσα γὰρ οἱ προφήται εἰρήχασιν, μετὰ συνέσεως παρακολουθοῦντες ἐφθέγγοντο· et c. 4 ac sequentibus, hanc veræ ac spiritualis prophetiæ certissimam notam esse dicit, ut mentis suæ compotes sint, qui futura prædicunt. Similiter Joannes Chrysostomus homilia 29 in *Epistola I ad Corinthios*, ubi discrimen affert inter divinationem et prophetiam. Hoc enim, inquit, proprium est vatis seu divinatoris, ἐμβόλα esse mentis; pelli; trahi; raptari tanquam furentem. Propheta vero non ita : sed mente sobria, et cum modesta ac temperata animi constitutione; et quæ loquitur, intelligens dicit omnia. His adde Hieronymum in *Præfatione Commentariorum in Nahum* : *Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus et Prisca Maximillaque delirant : sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis universa quæ loquitur.* Porro notandum est hunc anonymum scriptorem nunquam exstases appellare vanos illos mentis excessus Montanistarum, sed semper parexstases, ob eam rationem quam supra dixi. Quippe exstases fere in bonam partem sumuntur a Cypriano et Tertulliano; et viris sanctis immixtæ leguntur a Deo, ut Adamo et Petro apostolo. At parexstasis semper in malam partem accipitur.

(12) Οὕτε ἡδὴ τινὰς ἄλλους. In codic. Med., Maz. et Fuk. et apud Nicephorum legitur οὕτε τινὰς, etc.



hic agatur 184 annus ab obitu Maximillæ. » Hæc ille. Miltiades vero, cujus mentionem fecit, alia quoque sui in divinis Scripturis studii monumenta nobis reliquit : tum in libris quos adversus gentes, tum in iis quos adversus Judæos composuit; utrumque argumentum binis voluminibus exsecutus. Præterea *Apologeticum* pro Christiana, quam ipse profēbatur, philosophia, ad hujus sæculi principes conscripsit.

## CAPUT XVIII.

*Quemadmodum Apollonius Cataphrygas consulaverit, et quorum mentionem fecerit.*

Sed et Apollonius, ecclesiasticus scriptor, supradictam Cataphrygarum hæresim adhuc sua ætate vigentem refutare aggressus, peculiare adversus eos volumen condidit, tum falsas prophetias quæ ab illis circumferuntur verbatim expendens, tum vitam moresque eorum qui hæresis illius auctores fuerunt, discutens. Ac de Montano quidem audi si placet quæ dicat : « Sed quisnam est novus ille doctor ? Opera ejus et doctrina satis aperte produnt. Hic est qui nuptiarum discidia docuit, qui jejuniorum leges imposuit ; qui Pepuzam et Tyrium, Phrygiæ oppidula, Jerusalem nominavit, ut cunctos undique homines eo convocaret ; qui pecuniarum exactores constituit ; qui sordidam munerationem oblationum nomine callide obvelavit ; qui doctrinam suam prædicantibus salaria præbet, ut per fœdam ventris ingluviem doctrina ejus convalescat. » Hæc ille de Montano. De Montani vero prophetissis aliquanto post loquitur in hunc modum : Ostendimus igitur, inquit, has principes prophetissas simul ac spiritu impletæ sunt, viros suos dimisisse. « Quantopere ergo mentiebantur qui Priscam virginem vocant ? » Deinde subjungit hæc verba : « Non tibi videtur Scriptura

δεθλωμένος Μιλτιάδης, καὶ ἄλλας ἡμῖν τῆς ἰδίας περὶ τὰ θεῖα λόγια σπουδῆς μνήμας καταλείπειν, ἐν τε οἷς πρὸς Ἑλληνας συνέταξε λόγους, καὶ τοῖς πρὸς Ἰουδαίους, ἑκατέρω ἰδίως ὑποθέσει ἐν δυσὶν ὑπαντήσας συγγράμμασιν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας (13), ὑπὲρ ἧς μετῆι φιλοσοφίας, πεποιεῖται ἀπολογία.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

« Ὅσα καὶ Ἀπολλώνιος τοῖς κατὰ Φρύγας ἀπήλεγξε, καὶ τίνων ἐμνημόνευσε » (Nic. H. E. IV, 25).

Τῆς δὲ κατὰ Φρύγας καλουμένης αἰρέσεως, καὶ Ἀπολλώνιος, ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, ἀκμαζούσης εἰσέτι τότε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐλεγχὼν ἐνοστήσαμενος, ἴδιον κατ' αὐτῶν πεποιεῖται σύγγραμμα, τὰς μὲν φερομένας αὐτῶν προφητείας ψευδεῖς οὖσας κατὰ λέξιν εὐθύμων, τὸν δὲ βίον τῶν τῆς αἰρέσεως ἀρχηγῶν, ὁποῖός τις γέγονε, διελέγχων. Αὐτοῖς δὲ ῥήμασι περὶ τοῦ Μοντανῶ ταῦτα λέγοντος ἀκούει : « Ἀλλὰ τίς ἐστὶν οὗτος ὁ πρόσφατος διδάσκαλος, τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ διδασκαλία δεῖκνυσιν. Οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων, ὁ νηστείας νομοθετήσας (14), ὁ Πέπουζαν καὶ Τύμιον Ἰερουσαλήμ ὀνομάσας (πόλεις δὲ εἰσὶν αὗται μικραὶ τῆς Φρυγίας), τοὺς πανταχόθεν ἐκεῖ συναγαγεῖν ἐθέλων, ὁ πρακτῆρας χρημάτων καταστήσας, ὁ ἐπ' ὄνματι προσφορῶν τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος. ὁ σαλάρια χορηγῶν τοῖς κηρύττουσιν αὐτοῦ τὸν λόγον, ἵνα διὰ τῆς γαστριμαργίας ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου κρατῶνται. » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Μοντανῶ καὶ περὶ τῶν προφητῶν δὲ αὐτοῦ ὑποκαταδὰς οὕτω γράφει : « Δείκνυμεν οὖν αὐτὰς πρώτας τὰς προφητίδας ταύτας, ἀφ' οὗ τοῦ πνεύματος ἐπιτηρώθησαν, τοὺς ἀνδρας καταλιπούσας. Πῶς οὖν ἐψεύδοντο Πρίσκιλλαν παρθένον (15) ἀποκαλοῦντες ; » Ἐτ' ἐπιφέρει λέγων : « Δοκεῖ

(13) Κοσμικοὺς ἄρχοντας. Hieronymus et Rufinus, eosque secuti cæteri interpretes, hæc de imperatoribus Romanis dici existimarunt, quibus Miltiades *Apologeticum* suum nuncupasset. Ego vero cum eo tempore non plures ; sed unus fuerit imperator Romanus, Commodus videlicet, rectores provinciarum malim intelligere. Nam vox ἀρχοντες fere semper præsides provinciarum significat. His igitur *Apologeticum* suum dicavit Miltiades, sicut Tertullianus postea fecit. Nam *Apologeticus* quidem ejus ad omnes generaliter provinciarum præsides directus est. Specialiter vero ad Scapulam, proconsulem Africæ, librum pro Christianis idem Tertullianus misit. Pene omiseram hunc Miltiadem Ecclesiarum sophistam vocari a Tertulliano, id est retioerem.

(14) Ὁ νηστείας νομοθετήσας. Tres quotannis quadragesimas, ac præterea duas Xerophagiarum hebdomadas Montanus instituerat. Ac de Xerophagiis quidem testatur Tertullianus in libro *De jejuniis*. De tribus vero quadragesimis testis est Hieronymus, tum in epistola ad Marcellam, tum in *Commentariis* ad caput 1 Aggæi, ita scribens : *Et omnem laborem manuum, accipiamus jejunia eorum et observationes varias, et χαμυνίας, id est, humidormitiones : qui tribus quadragesimis per annum jejunantes, et ἐηροζαγίας humilantes animam suam,*

*et vel maxime de Tatiani radice crescentes, super hujusmodi laboribus audiunt : Tanta passet estis sine causa.* Cæterum notandum est hoc loco Apollonium tanquam gravissimum facinus obijcere Montano, quod jejunia sub lege, ac sub præcepti forma constitueret : non quod jejunare crimen sit, aut quasi quibusdam in Ecclesia non liceat, semperque licuerit indicere jejunia. Nam et Joannes apostolus Iriduanum Ephesii jejuniis indixit priusquam ad scribendum Evangelium se conferret. Verum Montano id facere nullatenus licebat, homini hæretico, et ab Ecclesiæ corpore segregato, nec ullum sacerdotium gerenti. Merito igitur eum reprehendit Apollonius ; quod ex arbitrio suo, non ex apostolica traditione constitueret jejunia. Nam Catholicorum quidem jejunia ex apostolorum traditione manant ; de solemnibus ac publicis jejuniis loquor, quæ certis diebus in Ecclesia quotannis observabantur. Hæreticorum autem jejunia ex inani præsumptione, et sanctitatis simulatione procedunt. Eujusmodi fuere jejunia quæ Montanus sectatoribus suis tanquam Paracletus indixit.

(15) Πρίσκιλλαν Παρθένον. In codice Maz., Med. et Fuk. et apud Nicephorum legitur Πρίσκων, quam scripturam confirmat etiam Rufinus. Sed et Tertullianus et Firmilianus alique *Priscam* nominant.

σα (16) πᾶσα Γραφή κωλύειν προφήτην λαμβάνειν ἄργυρον καὶ χρυσὸν καὶ χρυσὸν καὶ ἀργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσομαι; ὁ Αὐθὺς δὲ ὑποκαταβάς, περὶ τίνος τῶν κατ' αὐτοὺς ὁμολογητῶν ταῦτά φησιν· « Ἐτι δὲ καὶ Θεμίσιον ὁ τὴν ἀξιώπιστον πλεονεξίαν (17) ἠμφοριζόμενος, ὁ μὴ βαστάσας τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον (18), ἀλλὰ πλήθει χρημάτων ἀποθέμενος τὰ δεσμὰ, δέον ἐπὶ τούτῳ ταπεινοφρονεῖν, ὡς μάρτυς καυχώμενος, ἐτόλμησε μιμούμενος τὸν Ἀπόστολον, καθολικὴν τινα συνταξάμενος ἐπιστολὴν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἀμεινον αὐτοῦ πεπιστευκότας, συναγωνίζεσθαι δὲ τοῖς τῆς κενοφωρίας λόγους, βλασφημῆσαι δὲ εἰς τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν. » Καὶ περὶ ἐτέρων δὲ αὐθὺς τῶν κατ' αὐτοὺς τετιμημένων ὡς δὲ μαρτύρων, οὕτω γράφει· « Ἴνα δὲ μὴ περὶ πλείων λέγωμεν, ἢ προφήτης ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεσιᾶται, ᾧ προσκυνῶσι καὶ αὐτῷ πολλοὶ (19), οὗ τὰς ληστείας καὶ τὰ ἄλλα τολμήματα ἐφ' οἷς κεκόλασται, ὡχ ἡμᾶς δεῖ λέγειν, ἀλλὰ ὁ ὀπισθόδομος (20) ἔχει. Τίς οὖν τίνι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα; πότερον ὁ προφήτης τὰς ληστείας τῷ μάρτυρι, ἢ ὁ μάρτυς τῷ προφήτῃ τὰς πλεονεξίας; εἰρηκός γὰρ τοῦ Κυρίου, μὴ κτήσηθε χρυσόν, μήτε ἀργυρον, μήτε δύο χιτῶνας, οὗτοι πᾶν τούναντιον, πεπλημμελῆκασι περὶ τὰς τούτων τῶν ἀπηγορευμένων κτήσεις. Δειξομεν γὰρ τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς προφήτας καὶ μάρτυρας, μὴ μόνον παρὰ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παρὰ πτωχῶν καὶ ὄρφανῶν καὶ χηρῶν κερματιζόμενος. Καὶ εἰ πεποθήσῃν ἔχουσιν ἐν τούτῳ, στήτωσαν καὶ διορισάσθωσαν ἐπὶ τούτοις (21), ἵνα ἐὰν ἐλεγχθῶσι, πᾶν τοῦ λοιποῦ παύσονται πλημμελοῦντες· δεῖ γὰρ τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τοῦ προφήτου· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Ἴνα δὲ τοῖς βουλομένοις τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον ἢ γκώριμα, κέχρηται ὁπὸ Ἀμιλίου φρονεῖνον ἀνθυπάτου ἐν Ἐφέσῳ, οὗ διὰ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ δι' ὅς ἐτόλμησε ληστείας, ὧν ἡγή παραβάτης (22)· εἶτα ἐπιψεύσάμενος τῷ ὀνό-

(16) *δοκεῖ σοι*. Nicephorus in lib. iv, cap. 26, negativam addit particulam, οὐ δοκεῖ σοι, etc.; atque ita Savilius ad marginem sui libri emendavit.

(17) *τὴν ἀξιώπιστον πλεονεξίαν*. Musculus vertit *indubitata avaritia circumdatus*. Christophorus vero totus revera avaritiæ sordibus involutus. Langus autem interpretatus est, *inexplebilis avaritiæ sordibus obvolutus*, quasi ἀπληστον πλεονεξίαν legeretur. Ego vero non dubito quin hic locus ita intelligendus sit ut verti, quod satis declarat vox ἠμφοριζόμενος, qua *velamentum* et *simulatio* designatur. Etenim Montanistæ illi avaritiam suam religionis prætextu et specioso oblationum vocabulū obvelabant, ut supra dixit Apollonius: « Ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος. »

(18) *τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον*. Christophorus quidem crucem intelligi putavit, eo quod in Evangelio crux portari frequenter dicitur. Sed procul dubio vincula ipsæ intelligi Apollonius, quæ Themison pro Christo portare nequiverat. Quod enim confessionis signum hic vocat Apollonius, sequente linea nominat τὰ δεσμὰ.

(19) *ᾧ προσκυνῶσι καὶ αὐτῷ πολλοί*. Scri-

*universa prohibere, ne propheta munera et pecunias accipiat? Cum igitur videam prophetissam aurum et argentum vestesque pretiosas accepisse, quomodo eam non repudiabo?» Et paulo post de quodam ex eorum numero qui confessores apud ipsos habentur, hæc dicit: « Præterea Themison speciosa avaritia 185 obvelatus, qui confessionis signum non pertulit, sed magna pecuniæ vi erogata vincula abiecit: cum ob eam causam modestius deinceps ac submissius agere deberet, tanquam martyr sese efferens, ausus est exemplo Apostoli conscripta epistola catholica eos quidem, qui fideliores ipso exstiterant, instituere, novæ autem doctrinæ patrocinari, ac postremo in Dominum, in apostolos, et in sacrosanctam Ecclesiam impio loqui. » Rursus de alio quodam ex eorum quos illi tanquam martyres venerantur, ita scribit: « Sed ne de pluribus loquamur, respondeat nobis prophetissa de Alexandro qui se martyrem prædicat: quocum ipsa convivatur; qui adoratur etiam ipse a multis. Cujus latrocinia et reliqua facinora pro quibus poenas dedit, nihil opus est nos dicere, præsertim cum in tabulario contineantur. Uter igitur illorum alteri peccata condonat? An prophetae martyri latrocinia! an martyr prophetæ avaritiam? Cum enim Dominus præceperit: Nolite possidere aurum neque argentum, neque duas tunicas; isti contra in rerum vetitarum possessione graviter deliquerunt. Qui enim ab ipsis prophetæ et martyres dicuntur, eos non solum a divitiis, sed etiam a mendicis, pupillis et viduis pecunias corrogare demonstrabimus. Quod si hac in parte confidunt innocentia suæ, sistant se, et de his nobiscum disceptent, ut siquidem convicti fuerint, saltem in posteram delinquere desinant. Actus enim prophetæ tanquam fructus examinandi sunt: ex fructibus quippe arbor cognoscitur. Quod vero ad Alexandrum pertinet, ut veritas omnibus nosse cupientibus innoescat, judicatus est Ephesi ab Emilio Frontino, Asiæ proconsule, non ob nomen Christi,*

bendum videtur καὶ αὐτῶν, id est Montanistarum.

(20) *ὀπισθόδομος*. Athenis dicebatur ὀπισθόδομος ædes quædam post templum Minervæ Poliadiæ, in qua pecuniæ publicæ recondebantur, ut ex Demosthene docet Harpocration. Sed et in omnibus templis erat ὀπισθόδομος. Varro in lib. iv *De lingua Latina*: *Ideo in ædibus sacris ante cellam, ubi sedes dei est, Græci dicunt πρόδομον. quod post, ὀπισθόδομον*. Eadem habet Pollux in lib. i. Illic vero ὀπισθόδομος pro *tabulario* sumitur seu pro loco in quo tabulæ publicæ asservabantur, non pro ærario, ut sumitur apud Athenienses. Infra δημόσιον ἀρχεῖον vocat Apollonius.

(21) *διορισάσθωσαν ἐπὶ τούτοις*. Musculus vertit, *et super ea nobiscum disceptent, ea lege ut, etc.*

(22) *ὄρ ἡδὴ παραβάτης*. Hunc locum optime Rulinius exposuit hoc modo: *Judicatus est apud Emiliū Frontinum proconsulem Ephesi, non propter nomen Christi, sed propter quædam latrocinia. Nam a Christi nomine jam apostata exstiterat. Sed posthæc ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud judicem aliquid poterant, pro ipso intercederent, simulavit se propter nomen Domini laborare. et per hoc dimittitur*. At Christophorus versio,

sed ob ea quæ perpetraverat atrocinia, cum jam desertor fidei esset. Deinde vero, eminentius nomen Christi, dimissus est, cum urbis illius fideles fessellisset. Ecclesia vero ejus loci unde erat oriundus, ipsum non recepit, eo quod atrocinia exercebat. Si qui vero totum illius negotium scire desiderant, præsto est publicum Asiæ tabularium. Et tamen propheta illum ignorare se fingit, quocum plures anno simul vixit. Hunc nos convincendo, per ipsum etiam prophetæ convincimus falsitatem. Idem in aliis compluribus possumus ostendere. Quod **186** si fiduciam sui habent, subeant examen. » Rursus in alio ejusdem operis loco, de prophetis quos tantopere jactant, hæc subjungit : « Si negant prophetas suos munera accepisse, hoc igitur fateantur, non esse illos prophetas, si munera accepisse convicti sint. Ac tum demum sexcenta ejus rei documenta ac testimonia proferemus. Necesse porro est ut omnes prophetæ fructus atque actus probentur. Dic mihi, tingitne capillos propheta? an stibio oculos linuit? an studet ornari? Prophetane tabula ludit et tesseris? an pecuniam locat fenori? ingenue fateantur ac respondeant utrum hæc agere liceat, an secus. Ego vero hæc apud ipsos acta esse convincam. » Cæterum hic ipse Apollonius in eodem libro testatur, tunc cum hæc scriberet, annum quadragesimum fuisse ex quo Montanus adulterinam illam prophetiam commentus fuerat. Addit præterea Zoticum illum, cujus a priore scriptore facta est mentio, cum jam Maximilla Pepuzis se prophettare simularet, supervenientem dæmonium quo illa agitabatur, conarguere instituisse : verum ab aliis qui idem cum illa sentiebant, esse cohibuit. Meminit etiam cujusdam Thrasæ qui circa hæc tempora martyr fuit. Ad hæc tanquam ex veterum traditione hæc refert, Dominum apostolis suis præcepisse, ne intra duodecim annos Hierosolymis excederent. Utilitur quoque testimoniis ex Joannis Re-

primum in eo peccat, quod *παραβάτην maleficum* vertit; deinde in eo quod *ἐκρήθη* vertit *condemnat* est.

(23) *Βάπτεται*. Hieronymus in *Catalogo* hunc locum ita vertit : *Dic mihi, crinem fucat propheta? stibio oculos linuit? Propheta vestibis et gemmis ornatur? Propheta tabula ludit et tesseris? Propheta senus accipit?* Longe profecto elegantius quam Rufinus. Græci *βάπτειν τὴν τρίχα* dicunt, quod Latini *crines tingere* seu *rutilare*. Id enim præcipue studebant matronæ, ut rutilum haberent crinem. Quam in rem cinere lixivio utebantur, ut docet Varro. Sammonicus Serenus de capillo tingendo ita præcipit :

*Ad rutilam speciem nigros flavescere crines  
Unguento cineris, prædixit Tullius auctor.*

Vide Hesygium in *Ξαρβίξερ*.

(24) *Τεσσαρακοστὸν ἐτύγγανεν ἔτος*, etc. Jam videor mihi deprehendisse quam ob causam Eusebius Apollonium hunc post anonymum illum scriptorem de quo in superiori capite actum est, collocaverit. Cum enim anonymus ille testetur, se quatuordecim annis post Montani et Maximillæ obitum libros suos scripsisse; hic autem Apollonius affirmet, quadraginta annis, antequam scriberet, Montanum prophetiam suam invexisse : putavit Eusebius Apollonium anonymo illo scriptore recen-

A ματι τοῦ Κυρίου, ἀπολελυταί τλανήσας τοὺς ἐκεῖ πιστοὺς. Καὶ ἡ ἰδίᾳ παροικία αὐτὸν, ὄθεν ἦν, οὐκ ἐδέξατο, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ληστήν· καὶ οἱ θέλοντες μαθεῖν τὰ κατ' αὐτὸν, ἔχουσι τὸ τῆς Ἀσίας δημόσιον ἀρχεῖον· ὃν ὁ προφήτης συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν, ἀγνοεῖ. Τοῦτον ἐλέγχοντες ἡμεῖς, δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐξελέγχοντες τοῦ προφήτου. Τὸ ὅμοιον ἐπὶ πολλῶν δυνάμεθα ἀποδείξαι. Καὶ εἰ θαρροῦσιν, ὑπομεινάτωσαν τὸν ἐλεγχον. » Πάλιν τε αὖ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοῦ συγγράμματος, περὶ ὧν αὐχοῦσι προφητῶν, ἐπιλέγει ταῦτα : « Ἐὰν ἀρνῶνται δῶρα τοῖς προφήταις αὐτῶν εἰληφέναι, τοῦτο ὁμολογησάτωσαν, ὅτι ἐὰν ἐλεγχθῶσιν εἰληφότες, οὐκ εἰσὶ προφῆται. Καὶ μυρίας ἀποδείξεις τούτων παραστήσομεν. Ἀναγκαῖον δέ ἐστι πάντας καρποὺς δοκιμάζεσθαι προφήτου. Προφήτης, εἰπέ μοι, βάπτεται (23); προφήτης στιβίζεται; προφήτης φιλοκοσμεῖ; προφήτης τάβλαια καὶ κύβους παίξει; προφήτης δανείζει; Ταῦτα ὁμολογησάτωσαν πότερον ἔξεστιν ἢ μή, ἐγὼ δὲ ὅτι γέγονε παρ' αὐτοῖς, δείξω. » Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ἀπολλώνιος κατὰ τὸ αὐτὸ σύγγραμμα ἱστορεῖ, ὡς ἄρα τεσσαρακοστὸν ἐτύγγανεν ἔτος (24) ἐπὶ τὴν τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ γραφὴν, ἐξ οὗ τῆ προσποιήτῳ αὐτοῦ προφήτῳ ὁ Μοντανὸς ἐπικεχειρήκε. Καὶ πάλιν φησὶν, ὡς ἄρα Ζωτικὸς οὐ καὶ ὁ πρότερος συγγραφεὺς ἐμνημόνευσεν, ἐν Πεπούζοις προφητεύειν ἦδη προσποιουμένης (25) τῆς Μαξιμίλλης ἐπιστάς, ἐλεγεῖται τὸ ἐνεργοῦν ἐν αὐτῇ πνεῦμα πεπειραταί, ἐκωλύθη γε μὴν ὑπὸ τῶν τὰ ἐκείνης φρονούντων. Καὶ Θρασέα δέ τις τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει. C "Ἐτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν Σωτήρᾳ φησι προστεταχέναι τοῖς αὐτοῖ ἀποστόλοις, ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι αὐτὸς Ἱερουσαλήμ. Κέχρηται δὲ καὶ μαρτυραῖς ἀπὸ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως· καὶ νεκρὸν δὲ δυνάμει θείᾳ πρὸς αὐτοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐγηγέρθαι ἱστορεῖ. Καὶ ἄλλα τινὰ φησι, δι' ὧν ἱκανῶς τῆς προειρημένης αἰρέσεως πληρέστατα διετύθηνε τὴν πλάνην. Ταῦτα καὶ ὁ Ἀπολλώνιος.

itorem esse. In quo tamen, meo quidem iudicio, longe falsus est; etenim Apollonius, Montano adhuc superstite cum insanis suis vatibus Priscilla et Maximilla, librum suum composuit, ut ex his fragmentis quæ profert Eusebius elicitur, idque non uno loco; ut cum dixit: *Ἡ προφήτης ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεσιδᾶται, ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί*. Et paulo post de eodem Alexandro loquens ait: *Ὁν ὁ προφήτης συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν ἀγνοεῖ*. Ex quibus verbis apparet et Alexandrum et Montanum ipsum ac Maximillam adhuc vixisse, cum hæc scriberet Apollonius. Neque vero ait Apollonius quadraginta annos effluxisse ab obitu Montani ad tempus quo ista scribebat. Sed id tantum dicit, quadraginta annis antequam ipse ad scribendum accederet, Montanum pseudoprophetiam suam invexisse. Ponamus igitur, Montanum anno ætatis tricesimo fabulam suam inchoasse. Cum Apollonius contra ejus sectam scriberet, vix Montanus septuagesimum annum excesserat. Maximillam autem et Priscillam non statim ab ipso sui erroris exordio Montanus comites habuit; sed eas diu postea prophetiæ suæ retibus implicuisse ac decepsisse mihi videtur.

(25) *Προφητεύειν ἦδη προσποιουμένης*. In tribus codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum habetur *προφητεύειν ἢ προσποιουμένης, levi discrimine*.

velatione depromptis, mortuumque Ephesi ab eodem Joanne per divinam potentiam suscitatum esse narrat. Multa denique alia scribit, quibus perniciosissimum illum errorem abunde et luculentissime confutavit. Hæc Apollonius.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ΄.

Σαραπίωνος περί τῆς τῶν Φρυγῶν αἰρέσεως  
(Nic. H. E. iv, 27).

Τῶν δὲ Ἀπολιναρίου κατὰ τῆς δηλωθείσης αἰρέσεως μνήμην πεποιήται Σαραπίων, ὃν ἐπὶ τῶν δηλούμενων χρόνων μετὰ Μαξιμίον, ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας, κατέχει λόγος γενέσθαι. Μένεται δὲ αὐτοῦ ἐν ἰδίᾳ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Καρικὴν καὶ Ποντικὴν (26), ἐν ἣ διευθύνων καὶ αὐτὸς τὴν αὐτὴν ἄρεσιν, ἐπιλέγει ταῦτα : « Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο ἴδῃτε ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς ἐπιλεγόμενης νέας προφητείας (27) ἐδδέλκνται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι (28), πέποιμα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα. » Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τοῦ Σαραπίωνος ἐπιστολῇ, καὶ ὑποσημειώσεις φέρονται διαφόρων ἐπισκόπων, ὧν ὁ μὲν τις ὡδὲ πως ὑπεσημῆματο· Ἀύρηλιος Κυρήνιος κατὰ ἐρήδισθα ἡμᾶς εὐχόμε· ὁ δὲ τις τοῦτον τὸν τρόπον· Ἄλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Δεβελτοῦ κολωνίας τῆς Θράκης (29) ἐπίσκοπος· ζῆ ὁ θεὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι Σωτῆς ὁ μακάριος ὁ ἐν Ἀγγιάλῳ (30), ἠθέλησε τὸν δαίμονα τὸν Πρι-

(26) Πρὸς Καρικὴν καὶ Ποντικὴν. Eusebius in libro vi, cap. 12, ubi Serapionis Antiocheni opera recenset, habet : Πρὸς Πόντ.ον καὶ Καρικὴν ἐκκλησιαστικὸς ἄνδρας. Apud Hieronymum in *Catalogo* legitur, ad *Carinum et Pontium*. In codice Mediceo *καρτερικὸς* scribitur, mendose.

(27) Ἐπιλεγόμενης νέας προφητείας. Tertullianus *De jejuniis*, initio : *Hi Præcileto controversiam faciunt : propter hoc novæ prophetiæ recusantur*. Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Gaiο Firmilianus quoque in epistola ad Cyprianum : *Illi qui Cataphrygæ appellantur, et novas prophetias usurpare conantur*. Et rursus in eadem epistola : *Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitant, qui etsi novas prophetas recipiunt*, etc. Vetus auctor qui adversus Cataphrygas scripsit, in præmio ad Avireum Marcellum : *Καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ Πόντον Ἐκκλησίαν ὅπῃ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοὶ φασί προφητείας*, etc.

(28) Τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι. Sic codices Maz., Med., Fuk. ac Savillii scriptum habent, pro vulg. ἐν Χριστῷ· præterea voces illas quæ in editis sequuntur, τῇ ἀγὰ τὴν οἰκουμένην ἅλην, non agnoscunt; quod confirmat Rufinus.

(29) Ἀπὸ Δεβελτοῦ κολωνίας τῆς Θράκης. Sic supra innominatus auctor de Zoticō episcopo dixit, ὅπῃ Κομάνης· et Polyocrates in epistola ad Victorem papam, *Θρασέας ἀπὸ Εὐμεβέας*. Multa huiusmodi ἐθνικά εἰσέρωνται cum præpositione, ut notavit Stephanus in libro *De urbibus*. Debelum seu Develtum colonia in Thracia memoratur a geographis, et in nummis veteribus quos edidit Joannes Tristanus. Anchialus quoque, quæ postea nominatur, urbs est Thraciæ satis nota. Sed non sine causa mirari subit, cur in hac epistola Serapionis Antiocheni episcopi, subscriptiones episcoporum Thraciæ fuerint adjectæ. Equidem, si conjecturæ indulgere licet, existimo episcopos Thraciæ epistolam scripsisse ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ adversus prophetiam Montani, eodem plane modo quo presbyteri Viennensis ac Lugdunensis Ecclesiæ super eodem negotio ad illas scripserant, sententiam suam de nova illa prophetia exponentes, ut

## A.

## CAPUT XIX.

Serapionis sententia de Cataphrygarum hæresi.

Apollinaris autem scriptorum adversus supra dictam hæresim mentionem facit Serapio, qui circa hæc tempora Antiochenæ Ecclesiæ episcopus post Maximinum fuisse dicitur. Nam in epistola quam ad Caricum et Ponticum scripsit, eandem refellens hæresim, Apollinarem nominat his verbis : « Atque ut sciatis, inquit, qualiter universa quæ in terris est fraternitas, operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia nominatur, aversata atque abominata est, 187 beatissimi patris Claudii Apollinaris, qui Hierapolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, litteras ad vos misi. » In eadem Serapionis epistola leguntur subscriptiones variorum episcoporum. Quorum unus subscripsit in hunc modum : « Aurelius Cyrenius martyr opto vos bene valere. » Alter autem hoc modo : « Ælius Publius Julius Develtus coloniæ Thraciæ episcopus. Testor Deum qui in cælis est, quod beatus Sotas, qui est Anchiali, dæmonium Priscillæ ejicere voluit, sed hypocritæ nequaquam permiserunt. » Sed et aliorum complu-

supra retulit Eusebius. Certe has subscriptiones ad calcem alicujus epistolæ adjectas fuisse docet vel hæc una Aurelii Cyrenii subscriptio : *Aurelius Cyrenius martyr, opto vos bene valere*. Porro ipsius Serapionis epistolæ episcopus illos subscripsisse, nequaquam verisimile est. Primo quia Eusebius id non dicit, sed tantum subscriptiones plurium episcoporum in illa Serapionis epistola contineri, sicut Apollinaris Hierapolitani epistola eidem Serapionis epistolæ subjecta fuerat. Hoc enim consulto fecerat Serapio, ut plurium episcoporum auctoritate Montani sectam convinceret. Præterea qua ratione fieri posset ut episcopi Thraciæ subscriberent litteris episcopi Antiocheni ? Credibile itaque est id quod dixi, episcopos scilicet Thraciæ communi nomine scripsisse ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ. Quod autem Baronius hæc in concilio gesta esse censet in *Annalibus*, ad annum Christi 175. num. 19, ægrè id illi concesserim. Neque enim subscriptiones illæ synodicas litteras sapiunt; nec Eusebius ullum concilium vel in Asia ab Apollinare, vel in Græcia coactum esse scribit. Sed nec Tertulliani locus ex libro *De jejuniis* quidquam facit pro Baronio : *Aguntur præterea per Græcias illa certis in locis concilia ex universis Ecclesiis, per quæ et altiora quædam in commune tractantur, et ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur*. Hic enim Tertullianus non de conciliis Catholicorum loquitur, sed de conventibus Montanistarum, ut sequentia aperte demonstrant.

(30) Ὁ ἐν Ἀγγιάλῳ. Id est episcopus Anchiali, quod est oppidum in Thracia, ut dixi. At Christophorsonus hæc ita vertit, quasi Sotas in urbe Anchiali dæmonium Priscillæ ejicere voluerit, quod falsum est. Neque enim Priscilla Anchialium venit, sed Sotas episcopus fama novæ illius prophetiæ excitus, ex Thracia in Phrygiam navigaverat, ibique Priscillam, non divino Spiritu, sed a dæmone agitari cernens, eam exorcismis purgare tentaverat. Non solus autem Sotas, sed et plerimi alii episcopi in Phrygiam tunc temporis profecti sunt, ad prophetiam illam de propinquo examinandam, ut diserte testatur anonymus ille scriptor in c. 16.

rium episcoporum idem cum illis sentientium subscriptiones propriis ipsorum manibus appositæ, in illa quam dixi epistola leguntur. Et ea quidem quæ ad illos hæreticos pertinent, hujusmodi fuere.

## CAPUT XX.

*Quæ Irenæus adversus schismaticos Romæ agentes conscripserit.*

Adversus autem illos qui sinceram Ecclesiæ legem adulterabant, Irenæus varias conscripsit epistolas. Alteram ad Blastum quam inscripsit *De schismate*: alteram ad Florinum *De Monarchia*, seu *Quod Deus non sit conditor malorum*. Eam enim opinionem hic defendere videbatur. Qui cum postea in errorem Valentini abreptus fuisset, iterum Irenæus ejus gratia librum *De octonario* composuit. In quo etiam libro primam se apostolorum successionem contigisse significat. Sed et in fine ejusdem libri adnotationem utilissimam reperimus, quæ huic historiæ nostræ inserenda mihi videtur. Sic autem habet: « Adjuvo te, inquit, qui transcripseris hunc librum per Dominum nostrum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, in quo judicaturus est vivos et mortuos; ut conferas quod transcripseris, et diligenter emendes ad exemplar ex quo transcripsisti: utque adjurationem istam similiter exscribas, et codici tuo inseras. » Atque hæc utiliter tum ab illo dicta, tum a nobis commemorata sint, ut priscos illos ac sine controversia sanctissimos viros, tanquam pulcherrimum exemplum exactissimæ diligentiae semper ante oculos habeamus. Porro in ea ad Florinum 188 epistola de qua jam prius dixi, idem Irenæus se cum Poly-carpo familiariter esse versatum prodit his verbis: « Hæc vero dogmata, Florine, ut parcissime ac levissime dicam, non sunt sanæ doctrinæ. Hæc dogmata dissentiunt ab Ecclesia, et in maximam im-

supra. Porro notandum est, Sotam mortuum jam fuisse, cum hæc scribebat Ælius Julius. Quod satis indicat vox illa *μακάριος*, quam Græci de mortuis solent usurpare. Quod si Sotas adhuc superfuisset, ipse profecto hanc rem subscriptione sua firmasset. Sic etiam intelligendum est, quod Serapio Apollinarem *μαχαριώτατον* appellat, quippe qui jam vivere desisset.

(31) *Ἐξ ἐναντίας δὲ τῶν ἐπὶ Ῥώμης*. Hinc orsi sumus caput istud, Rufinum secuti et Musculum, et Christophorsonum. Sed et ratio ita jubet. Hæc enim pendunt ex cap. 16 supra. Certe codex Maz. caput incipit ab his verbis: Καὶ τὰ μὲν κατὰ τούτους ἦν τοιαῦτα· ἔξ ἐναντίας, etc.; cui consentit codex Fuk. et Regius.

(32) *Περὶ μοναρχίας*. Veteres Christiani hac voce crebro uti solebant, quoties adversus gentiles disputarent. Eoque titulo complures libros ediderunt, ut unum Deum omnium rerum conditorem regemque esse ostenderent. Et monarchiam quidem D<sup>no</sup> Patri, *οὐκονομίαν* vero, id est dispensationem atque administrationem, assignabant Filio et Spiritui sancto, ut docet Tertullianus *Adversus Praxeam*, et Tatianus *Adversus Græcos*. Exstat hodie Justinii liber inscriptus hoc titulo. Porro ut ad Irenæi librum accedamus, ex ipso titulo colligi potest, Florinum duo principia invexisse, et Marcionis ac Cer-

sdillaλaς ἐκβαλεῖν, καὶ οἱ ὑποκριταὶ οὐκ ἀφῆκαν. Καὶ ἄλλων δὲ πλείονων τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων συμψήφων τούτοις ἐν τοῖς δηλωθεῖσι γράμμασιν αὐτόγραφοι φέρονται σημειώσεις. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τούτους ἦν τοιαῦτα.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

*Ὅσα Εἰρηναῖος τοῖς ἐπὶ Ῥώμης σχισματικοῖς ἐγγράφως διέλεκται* (Nic. H. E. IV, 30).

Ἐξ ἐναντίας δὲ τῶν ἐπὶ Ῥώμης (31) τὸν ὑγιῆ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν παραχαρττόντων, Εἰρηναῖος διαφοροῦς ἐπιστολάς συντάττει, τὴν μὲν ἐπιγράψας πρὸς Βλάττον περὶ σχίσματος, τὴν δὲ πρὸς Φλωρίνον περὶ μοναρχίας (32) ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν θεὸν ποιητὴν κακῶν. Ταύτης γὰρ τοι τῆς γνώμης οὗτος ἐδόκει προσσπίζειν· δι' ὃν αὐθις (33) ὑποσφύρομεν τῇ κατὰ Οὐαλεντίνου πλάνῃ, καὶ τὸ περὶ ὀγδοῦδος (34) συντάττεται τῷ Εἰρηναίῳ σπουδασμα· ἐν ᾧ καὶ ἐπισημαίνεται τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων κατελιθῆναι αὐτὸν διαδοχὴν. Ἐνθα πρὸς τῷ τοῦ συγγράμματος τέλος χαριεστάτην αὐτοῦ σημείωσιν (35) εὐρόντες, ἀναγκάτως καὶ ταύτην τῆδε καταλέξομεν τῇ γραφῇ, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· Ἰ Ὑρκίζω σε τὸν μεταγραφόμενον τὸ βιβλίον τούτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἵνα ἀντιβάλῃς δ' μετεγράψω, καὶ κατορθώσης αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τούτο, ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὄρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θῆσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. Καὶ ταῦτα ἐπιμελῶς πρὸς ἐκείνου λελέχθω, ὅψ' ἡμῶν τε ἱστορησθῶ, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἀριστον σπουδαιοτάτης ἐπιμελείας τοῦ ἀρχαίου ἐκείνου καὶ βντας ἱεροῦς ἀνδρας ὑπόδειγμα. Ἐν ἧ γέ μὴν προειρηκαμεν πρὸς τὸν Φλωρίνον δ' Εἰρηναῖος ἐπιστολῇ, αὐθις τῆς ἅμα Πολυκάρπῳ συνουσίας αὐτοῦ μνημονεύει λέγων· Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρίνε, ἵνα πεπεισμένως εἴπω, οὐκ ἔστιν ὑγιουῦς γνώμης· ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι

donis dogmatibus adhæsisse: et alterum quidem bonorum, alterum mali auctorem affirmasse.

(33) *Δι' ὃν αὐθις*. Transpositum est ad verbiann, ut ex versione nostra lector animadvertet. Amal autem hujusmodi verborum trajectiones Eusebius noster. Quod ab interpretibus minime observatum, hic semel monendum esse duxi.

(34) *Τὸ Περὶ ὀγδοῦδος*. Hieronymus in Catalogo habet, *Περὶ τῶν ὀγδοαστῶν egregium σύνταγμα*. De ogdoadibus Valentini vide Irenæum et Epiiphanium.

(35) *Σημείωσιν*. Hieronymus et Rufinus *subscriptionem* verterunt, quos secutus est Christophorus. Fateor quidem σημείωσιν interdum pro *subscriptione* sumi, ut in superiori capite vidimus. Hic tamen ita sumi non potest. Nam subscriptio nomen subscribentis debet exprimere. Quod cum hoc loco minime factum sit, nequaquam hæc subscriptio dici debet, sed potius *adnotatio*. Sic σημείωσις dicebatur notæ illæ quæ ad marginem scriptorum codicum appingebantur, ut lector rem notatu dignam ibi contineri intelligeret. Quæ nota in plerisque adhuc Græcis exemplaribus reperitur compendiose expressa duabus tantum prioribus litteris, quæ significant σημείωσιν. Cæterum hoc Irenæi factum aileo placuit Eusebio, ut eandem quoque observationem ipse in vestibulo *Chronicæ* sui apposerit.

τῆ Ἐκκλησίᾳ, εἰς τὴν μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλ-  
 λοντα τοὺς πειθομένους αὐτοῖς· ταῦτα τὰ δόγματα  
 οὐδὲ οἱ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας αἰρετικοὶ ἐτόλμησαν  
 ἀποφρασθαι ποτε· ταῦτα τὰ δόγματα, οἱ πρὸ ἡμῶν  
 πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες,  
 οὐ παρέδωκάν σοι. Εἶδον γάρ σε παῖς ὢν ἐτι ἐν τῇ  
 κάτω Ἀσίᾳ παρὰ τῷ Πολυκάρπῳ, λαμπρῶς πράτ-  
 τοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ, καὶ πειρώμενον εὐδοκι-  
 μεῖν παρ' αὐτῷ. Μᾶλλον γάρ τὰ τότε διαμνημονεύω,  
 τῶν ἐναγχοῦς γινομένων. Αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις  
 συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἐνούονται αὐτῇ, ὥστε με δύ-  
 νασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέ-  
 γετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους (36) αὐ-  
 τοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτήρα τοῦ βίου, καὶ  
 τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο  
 πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν κατὰ Ἰωάννου συναναστρο-  
 φὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν  
 ἑρακτότων τὸν Κύριον· καὶ ὡς ἀπεμνημόνευσε τοὺς  
 λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἢ παρ'  
 ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ  
 περὶ τῆς ἐξουσιαστικῆς, ὡς παρὰ αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς  
 τοῦ λόγου παρειληφώς ὁ Πολύκαρπος, ἀπήγγελλε  
 πάντα σύμφωνα ταῖς Γραφαῖς. Ταῦτα καὶ τότε διὰ  
 τοῦ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ' ἐμοὶ γεγονός σπουδαίως  
 ἦκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάριτι, ἀλλ'  
 ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ· καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ  
 γησθῆναι αὐτὰ ἀναμαρτυκῶμαι· καὶ δύναμαι διαμαρ-  
 τυρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον  
 ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύ-  
 τερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὅσα (37) αὐ-  
 τοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνθημα εἰπὼν, « Ὁ καλὸς Θεὸς, εἰς  
 οὐκὸς με καιροῦς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι »  
 περὶ αὐτοῦ ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἦ ἐστὼς  
 τῶν τούτων ἀκηκόει λόγων. Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν  
 ἃ αὐτοῦ ὦν ἐπέστειλεν, ἦτοι ταῖς γειννωσῆσαι Ἐκκλη-  
 σίας ἐπιστηρίξων αὐτάς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι νοθε-  
 τῶν αὐτοῦ καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆ-  
 ναι· Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος.

ut ad quosdam ex fratribus misit, admonens illos

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὅπως ἐπὶ Ῥώμης ἐμαρτύρησεν Ἀπολλώνιος  
 (Nic. II. E. iv, 26).

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τῆς Κομόδου βασιλείας χρόνον,  
 μεταβέβητο μὲν ἐπὶ τὸ πρῶον τὰ καθ' ἡμᾶς, εἰρήνης  
 σὺν θεῷ χάριτι τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλα-  
 βούσης Ἐκκλησίας· ὅτε καὶ ὁ σωτήριος λόγος ἐκ  
 παντὸς γένους ἀνθρώπων, πᾶσαν ὑπήγετο ψυχὴν ἐπὶ  
 τὴν εὐσεβῆ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ θρησκείαν· ὥστε ἦδη

(36) *Τὰς προόδους.* Sic cod. Reg., Maz., Medic. et Niceph. Ita etiam Fuk. ac Savil., codices textus vulg., παρόδους.

(37) *Καὶ ἐμφράξας τὰ ὅσα.* Hic mos erat veterum Christianorum, ut si forte in familiari colloquio impium aliquem sermonem et a fidei catholica: regula dissentientem audiissent, protinus obturatis auribus sese in fugam darent. Qua de re locus exstat illustris in lib. II *Recognitionum* Pseudo-Clementis, ubi Simon B. Petro ait: *Si dixero quod neque tibi consonum, nec vulgo huic imperito rectum videtur, tu quidem quasi obtupest factus, aures continuo occludens, velui ne blasphemiam polluantur, verberis in fugam.* Sed et Irenæus in lib. III *Contra hæ-*

pietatem eos conficiunt qui illis assentiuntur. Hæc dogmata ne ipsi quidem hæretici extra Ecclesiam positi proferre unquam ausi sunt. Hæc dogmata hi qui ante nos vixere presbyteri, qui etiam apostolorum discipuli exstiterant, nequaquam tibi traderunt. Vidi enim te, cum adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum, splendide agentem in palatio, et magnopere laborantem ut te illi approbares. Etenim ea quæ tunc temporis gesta sunt, melius memoria teneo quam illa quæ nuper acciderunt. Quippe ea quæ pueri didicimus, simul cum animo ipso coalescunt, eique penitus inhærent. Adeo ut et locum ipsum possim dicere, in quo beatissimus Polycarpus cedens diserebat; processus quoque ejus et ingressus, vitæque totius formam, et corporis speciem; sermones denique quos ad populum habebat; et familiarem consuetudinem, quæ illi cum Joanne, ut narrabat, et cum reliquis qui Dominum ipsum vidissent, intercesse- rat: et qualiter dicta illorum commemorabat: et quæcunque de Domino ab iisdem audierat. De miraculis quoque illius ac de doctrina, prout ab iis qui verbum vitæ ipsi conspexerant Polycarpus acceperat, eodem prorsus modo referebat, in omnibus cum Scriptura sacra consentiens. Hæc ego divina mihi largiente clementia tunc studiosius audiebam, non in charta sed in corde meo audita describens: eademque per Dei gratiam assidue repeto ac revolvo. Et in conspectu Dei affirmare possum, beatum illum et apostolicum presbyterum, si quid ejusmodi unquam audiisset, exclamaturum continuo, et obturatis auribus suis dicturum fuisse prout ipsi moris erat: « Deus bone, quæ me in tempora reservasti, ut hæc sustinerem! » Atque ex loco ipso a fugiturum, in quo seu stans, seu sedens, ejusmodi sermones audiisset. Sed et ex epistolis illius id liquido comprobari potest, quas ille partim ad vicinas Ecclesias ut eas confirmaret, partim ad quosdam ex fratribus misit, admonens illos

#### 189 CAPUT XXI.

Quomodo Apollonius Romæ martyrium passus est.

Eodem tempore, Commodus imperium Romanum obtinente, res quidem nostræ in tranquilliore statu versabantur, pace per Dei gratiam cunctas orbis terrarum Ecclesias complexa. Atque interim salutaris Dei sermo ex omni genere hominum quamplurimos ad religiosum summi Numinis cultum

reses, capite quarto, eundem morem declarat his verbis: *Quibus si aliquis annuntiaverit ea quæ ab hæreticis adinventæ sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium.* Præterea Athanasius in *Epistola ad solitarios*: « Ὁ τίς ἀκούσας οὐ δακρύσειε, τάχα καὶ τὴν ἀκοὴν κλείσειεν, ἵνα μὴδὲ ἑτέρου λέγοντος ἀνέχηται; Hieronymus denique in lib. I *Adversus Rufinum*: *Lectis nuper Theophili papæ epistolis, in quibus Origenis exponit errores, dicitur obturasse aures suas, et auctorem tanti mali clara coram omnibus voce damnas-*



pertrahebat : adeo ut multi ex iis qui in urbe Roma genere atque opibus eminebant, simul cum universa domo ac familia salutem consecuturi accurrerent. Verum infestissimus bonis omnibus dæmon et suo ingenio invidus, istud ferre non potuit. Rursus igitur varias adversus nos machinas commentus armatur. Denique Romæ Apollonium quemcumque e numero fidelium, qui in humanioribus litteris et in philosophia eximius habebatur, in iudicium adduxit, suscitato ei accusatore homine quodam perditissimo, qui ad huiusmodi flagitia idoneus inprimis minister dæmonis videbatur. Sed miser, intempestive suscepta accusatione, cum ex imperatoris edicto capitalis pœna in eos qui talia delulissent esset constituta, confestim fractis cruribus occiditur, Perenne ejusmodi adversus ipsum sententiam pronuntiante. Martyr vero Deo acceptissimus, cum iudex multis eum precibus, obsecrasset, petissetque ab illo uti coram senatu rationem

(38) Ἀπεδύετο. Metaphora est ab athletic, qui luctaturi corpora nudabant, et variis artibus ac machinamentis adversarios prosternere studebant.

(39) Ἀπολλώνιον. Hunc Apollonium Nicephorus quidem eundem esse existimavit cum illo qui adversus novam Montani prophetiam scripsit, de quo supra in cap. 16. Sed Hieronymus in *Catalogo* eos distinguit, rectius, ut apparet. Et hunc quidem de quo in præsentī capite scribit Eusebius, senatorem urbis Romæ vocat, de suo id admensus. Neque enim hoc dicit Eusebius. Verum de hac re infra videbimus.

(40) Ἐπιτηδεύων αὐτῷ διακόνων. Hieronymus in libro *De script. eccl.* hunc servum Apollonii esse existimavit, quem secutus est Christophorsonus. Certe ex versione Christophorsoni apparet, illum in Eusebio legisse αὐτῷ διακόνων, contra fidem omnium exemplarium. Obscurum etiam est quod ait ibidem Hieronymus : *A servo Severo proditus*, quasi Severus nomen esset servi. Sophronius tamen vertit, παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρω προδοθεὶς, quasi Severus nomen esset iudicis ad quem delatus fuerat Apollonius. Sed hunc sensum refutat Eusebius, qui iudicem ipsum apud quem Apollonius est accusatus, *Perennem* vocat, non *Severum*.

(41) Κατὰ βασιλικὸν ὄρον. Intelligit legem divi Marci, quæ pœnam capitis sanxerat in eos qui Christianos in iudicium delulissent, ut testis est Tertullianus in *Apologetici* cap. 5. Exstat lex ipsa M. Aurelii imperatoris ad commune Asiæ supra in lib. iv, c. 13, ubi vide quæ adnotavi. At Rufinus legem Trajani videtur intellexisse, vel certe Hadriani ad Minueium Fundanum.

(42) Λιπαρῶς ἰκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ. Solebant interdum iudices ipsi qui Christianos ad se delatos interrogabant, hortari ipsos et obtestari, ut parcerent et consulerent sibi, et deorum cultum amplecterentur. Cujus rei infinita exstant exempla apud Tertullianum, Eusebium et in *Actis* martyrum.

(43) Ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς. Miror id dici de Perenne, quem constat præfectum prætorii fuisse sub Commodo. Erant autem præfecti prætorio illis temporibus ex equestri ordine, nec in senatu sedendi jus habebant? Itaque imperatores quoties præfectum prætorii exactorare vellent, senatorem eum faciebant, laticlaviam ei veste submissa, ut docent scriptores historiae Augustæ. Quomodo igitur fieri potuit ut Perennis, qui erat præfectus prætorio, præciperet Apollonio ut in senatu rationem fidei suæ redderet? Quod si dicas Apollonium fuisse se-

A καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃς εὐ μάλα πλοῦτω καὶ γένει διαφανῶν πλείους ἐπὶ τὴν σφῶν ὁμοσε χωρεῖν πανοικί τε καὶ παγγενῆ σωτηρίαν. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα τοῦτο τῷ μισοκάλῳ δαίμονι βασιλικῶν ὄντι τὴν φύσιν οἰστών· ἀπεδύετο (38) γοῦν αὐθις, ποικίλας τὰς καθ' ἡμῶν μηχανὰς ἐπιτεχνώμενος. Ἐπὶ γὰρ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, Ἀπολλώνιον (39) ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον, εἰς δικαστήριον ἄγει, ἕνα γὰρ τινὰ τῶν εἰς ταῦτα ἐπιτηδεύων αὐτῷ διακόνων (40) ἐπὶ κατηγορίᾳ τάνδρος ἐγείρας. Ἄλλ' ὁ μὲν δελταῖος πρὸς καιρὸν τὴν δίκην εἰσελθὼν, ὅτι μὴ ζῆν ἐξὸν ἦν κατὰ βασιλικὸν ὄρον (41) τοῦς τῶν τοιῶνδε μνηστὰς, αὐτίκα καταγγυται τὰ σκέλη, Περηνίου δικαστοῦ τοιαύτην κατ' αὐτοῦ ψῆφρον ἀπενέγκαντος. Ὅδὲ γε θεοφιλέστατος μάρτυς, πᾶλλὰ

B λιπαρῶς ἰκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ (42), καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς (43) αἰτήσαντος, λογιωτάτην ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει πίστεως ἐπὶ πάντων παρασχῶν ἀπολογία (44), κεφαλικῆ κολάσει ὡς ἀπὸ

C natorem, ac proinde Perennem jussisse ut coram senatu rationem cultus sui redderet, id concedamus, si placet. Sed tunc nascetur alia difficultas, quomodo Perennis de capite senatoris Romani judicare potuerit. Neque enim præfectus prætorio, sed præfectus Urbis de causis senatorum cognoscebat. Ex his facile mihi persuadeo, Apollonium fuisse senatorii ordinis, et scripsit Hieronymus; qui cum, indicio nescio cujus desperati hominis, delatus fuisset ad Perennem præfectum prætorii quasi Christianus, interrogatus a iudice cujus dignitatis esset, cum se senatorii loci esse respondisset, jussus est a Perenne coram senatu rationem fidei suæ reddere. Quod cum Apollonius disertissime præstitisset, senatus sententia extremo supplicio affectus est. Quidni vero credamus Hieronymo, qui et in libro *De ecclesiasticis scriptoribus*, et in epistola ad Magnum, tam discrete significet Apollonium fuisse senatorem. Etsi enim hoc distincte non dicit Eusebius, id tamen ex ejus narratione omnino colligitur, ut supra ostendi. Deinde potuit Hieronymus legere *Acta* ipsa passionis Apollonii, ad quæ nos ablegat Eusebius. In quibus *Actis*, et senator Romanus, et a servo suo proditus dicebatur, ut credibile est. Hæc autem *Acta* Græco sermone perscripta fuerant Romæ a Græcis hominibus, eodem modo quo *Acta* martyrum Lugdunensium Græce scripta sunt Lugduni.

(44) Παρυσῶν ἀπολογία. Hieronymus ex hoc Eusebii loco male intellecto, Apollonium inter scriptores ecclesiasticos numeravit. *Apollonius*, inquit, *Rom. urbis senator, sub Commodo principe a servo proditus quod Christianus esset, imperato ut rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit; et nihilominus sententia senatus pro Christo capite truncatus est.* Quæ sine dubio Hieronymus ex prava Rufini interpretatione hausit, quam secutus quoque est Christophorsonus. Verum Eusebius Apollonium coram iudicibus pro fidei suæ defensione disertissime perorasse tantum dixit, non autem Apologeticum ab eo esse conscriptum. Hunc Rufini et Hieronymi errorem jaupridem notavit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, pag. 208. Cui in hac quidem parte libenter accedo. In eo vero quod Eusebii nostri verba interpolavit, longe, meo quidem iudicio, fallitur. Cum enim in Eusebii libris legatur : Πολλὰ λιπαρῶς ἰκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσαντος, Scaliger correxit ἰκετεύσας τοῦ δικαστοῦ καὶ λόγον αὐτῷ ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσας δοῦναι· atque ita interpre-

ἔργματος (45—46) συγκλήτου τελειοῦται· μηδ' ἄλλως ἀφείσθαι τοὺς ἀπαξ εἰς δικαστήριον παρόντας καὶ μηδὲν τῆς προθέσεως μεταβαλλομένους, ἀρχαίον παρ' αὐτοῖς νόμου (47) κεκρατηκότος. Τούτου μὲν οὐν τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἅς πρὸς πεῦσιν πεποιεῖται τοῦ Περηνίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν ὅτω διαγνώσκειται, ἐκ τῆς τῶν Ἀρχαίων μαρτυριῶν (48) συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴτεται.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Τίνας κατὰ τοῦτους ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν (49) ἐγνωρίζοντο (Nic. H. E. iv, 19).

Δεκάτω γε μὴν τῆς Κομόδου βασιλείας ἔτει, δέκα πρὸς τρισὶν (50) ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν λειτουργήσασα Ἐλεύθερον διαδέχεται Βίκτωρ· ἐν ᾧ καὶ Ἰουλιανοῦ δέκατον ἔτος ἀναπλήσαντος, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικιῶν τὴν λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Δημήτριος· καθ' οὗ καὶ τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας ὕψους ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ὁ πρόσθεν ἦδη δεδωλωμένος, ἔτι τότε Σαραπίων ἐπίσκοπος ἐγνωρίζεται· Καισαρείας δὲ τῆς ἐπὶ Παλαιστίνῃ καθηγίτο Θεόφιλος. Καὶ Νάρκισσος δὲ ὁμοίως, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος ἐποίησατο, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας ἔτι τότε τὴν λειτουργίαν εἶχεν. Κορίνθου δὲ τῆς καθ' Ἑλλάδα κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐπίσκοπος ἦν Βάχχυλλος (51), καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας Πολυκράτης, καὶ ἄλλοι δὲ, ὡς γε εἶχες, ἐπὶ τούτοις μνηρίοι κατὰ τοὺςδε διεπέρεπον. Ὡν γε μὴν ἔγγραφος ἡ τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ὀρθοδοξία, τοὺς αὐτῶς ὀνομαστὶ κατελέξαμεν.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τοῦ τότε κινήθεντος ἀμφὶ τοῦ Πάσχα ζητήματος (Nic. H. E. iv, 36).

Ζητήσεως δῆτα κατὰ τοὺςδε οὐ μικρὰς ἀνακινή-

statur : Deo autem acceptissimus martyr, postquam multis precibus a iudice contendisset, ut in senatu rationem reddere sibi liceret, etc. Verum huic emendationi omnes scripti codices, et ratio ipsa refragatur. Hieronymus quoque ita legit ut hodie editum est; vertit enim, imperato ut rationem fidei suæ redderet.

(45—46) Ὡς ἀπὸ δόγματος. Omnes interpretes et ipse Scaliger huic locum ita verterunt, quasi prima particula otiosa sit. Quod tamen verum non puto : primum quia senatores iudices non erant, nec jurisdictionem habebant; deinde Perennis, qui iudex erat in ea causa, Apollonium ad senatum remisit, non ut senatus de eo iudicaret, sed ut Apollonium coram eo rationem cultus sui redderet. Hunc scilicet honorem senatui deferendum putavit, ut hominem senatorii ordinis non prius damnaret, quam senatus ipse de ejus crimine cognovisset. Senatus igitur cum Apollonium audisset, hominem juxta legum præscripta judicandum esse respondit. Post hæc Apollonius capite plexus est, iudicio quidem Perennis ipsius, sed tamen ex senatus sententia, eo quod senatus reum audierat, et in damnationem ejus consenserat.

(47) Ἀρχαίον παρ' αὐτοῖς νόμου. Lex pro more et consuetudine hic sumi videtur. Quanquam interpretes de lege scripta hæc accepisse video. Legem igitur seu rescriptum Trajani ad Plinium Senatum intelligo, in quo cavetur Christianos qui-

fidei suæ redderet, elegantissima oratione pro defensione fidei suæ coram omnibus pronuntiata, capitali supplicio a senatu damnatus est. Quippe veteri apud eos lege sancitum erat, ut Christiani qui semel in jus vocati fuerant, nisi a proposito suo discederent, nequaquam dimitterentur. Porro cuncta ab illo in iudicio dicta, et quæcumque Perenni interroganti respondit, et orationem illam quam pro fidei nostræ defensione in senatu habuit, quisquis nosse voluerit, ex Antiquorum martyrum passionibus a nobis collectis poterit percipere.

#### CAPUT XXII.

Quinam eo tempore episcopi inclaruerint.

Interea Cōmodo decimum annum imperii agente, cum Eleutherus tredecim annis episcopatum administrasset, 190 Victor in ejus locum successit. Eodemque anno cum Julianus decimum annum expleset, Ecclesiarum Alexandrinæ administrationem suscepit Demetrius. Per idem tempus Serapio, de quo paulo ante diximus, Antiochensis Ecclesiæ episcopus successionis ordine octavus ab apostolis, etiam tum florebat. Cæsareæ vero in Palæstina præerat Theophilus. Narcissus item cujus supra meminimus, Hierosolymitanæ Ecclesiæ sacerdotio fungebatur. Tunc etiam Corinthi in Achaia Bacchylus, et Ephesi in Asia Polycrates episcopi fuere. Sed et alii præter hos innumerabiles iisdem, ut credibile est, temporibus enituerunt. Verum nos, ut par erat, eorum duntaxat nomina recensuimus, qui rectæ fidei doctrinam scriptis suis proditam nobis reliquerunt.

#### CAPUT XXIII.

De questione quæ tunc temporis agitata est super Pascha.

Iisdem temporibus gravi controversia exorta, eo

dem inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere.

(48) Τῶν Ἀρχαίων μαρτυριῶν. Edit. μαρτύρων, sed longe rectius in codice Maz. et Fuk. legitur μαρτυριῶν. Nam Eusebii passionem martyrum, quæ Græce μαρτύρια dicuntur, collegerat, partim ex actis judicialibus, partim ex epistolis fidelium, ut ipse testatur in lib. iv, cap. 15. Hoc opus inscriptum erat Ἀρχαίων μαρτυριῶν συναγωγή, ut videre est in præmio hujus libri. Quod postea Symeon Metaphrastes in collectionem suam transfudit.

(49) Ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν, id est, episcopi metropolitani. Potest etiam de patriarchis intelligi. Tamen in codice Mediceo voces illæ τῶν ἐπαρχιῶν omissæ sunt, nec eas agnoscit Rufinus, nec vetustissimus codex Maz. et Fuk.

(50) Δέκα πρὸς τρισίν. At in Chronico anni 15 assignantur Eleuthero, et ad ultimum usque Commodi annum ejus pontificatus producit. Quæ profecto mira dissensio est.

(51) Vulg. Βάχχυλλος. Rectius apud Nicephorum scribitur Βάχχυλος, nec aliter Rufinus et Hieronymus. Græci hujusmodi ὑποκοριστικά per simplex λ efferre solent : Βάχχυλος, ex quo Βαχχυλλίδης, Σιμίλος, Παπίλος, Αἰσχύλος, Δημόλος. Interdum tamen per duplex λ efferunt diminutiva vocabula, ut Διούλλος et Ἡρύλλος, quod est parvus Jupiter, parvus Hercules. Ita ergo Βάχχυλλος, parvus Bacchus.

quod omnes per Asiam Ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ, quartadecima luna salutaris Paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die præscriptum erat Judæis ut agnum immolarent : eaque omnino luna in quemcunque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant : cum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more uterentur, qui ex apostolorum traditione profectus etiamnum servatur, ut scilicet non alio quam Resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat : synodi ob id, cœtusque episcoporum convenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt : ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium Resurrectionis Domini unquam celebretur : utque eo duntaxat die Paschali jejuniorum terminum observemus. Exstat etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palæstina congregati sunt : quibus præsidebant Theophilus Cæsariæ Palæstinæ, et Narcissus Hierosolymorum episcopus. Alia item exstat epistola synodi

(52) Vulg. *ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσαι αἱ παροικίαι*. Longe præferenda est lectio quam in quatuor nostris codicibus reperimus Maz., Med., Fuk. et Savil., *ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσης αἱ παροικίαι*. Porro Asia tribus modis sumitur, ut docet Aristides in *Allocutione Smyrnæa* ad imperatorem. Interdum enim accipitur pro tertia parte orbis terrarum, interdum pro provincia, in novem conventus seu jurisdictiones divisa, quæ parebat Romano proconsuli; nonnunquam strictius sumitur pro ea regione quæ ad fontes Mæandri porrigitur. Cum igitur Eusebius hic affirmet Asiæ totius Ecclesiæ diem Paschæ una cum Judæis celebrasse, quæri merito potest quomodo hic sumendum sit Asiæ nomen. Mihi quidem videtur intelligi provincia Asiæ quam proconsul regebat.

(53) *Ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent *ἐπὶ τῆς τοῦ Πάσχα σωτηρίου ἑορτῆς*.

(54) *Κατὰ ταύτην... τὰς τῶν αἰτιῶν ἐπιλύσεις*. Jacobus Usserius in *Prolegomenis ad Ignatii epistolas*, c. 9, scribit Asianos, qui primo Azymorum die cum Judæis Pascha celebrabant, eum diem cum luctu ac jejuniis transegisse, eoque demum transacto jejunium quadragesimale solvisse. Verum huic sententiæ refragatur Eusebius, qui diserte affirmat Asianos die 14 primi mensis, quinvis non esset Dominica, finem statuisse Quadragesimæ. Quod vero Usserius affert Chrysostomi testimonium, meo quidem iudicio, ejus sententiæ nihil adjuvat. Nam Chrysostomus in oratione illa adversus eos qui primo Pascha jejunant, invehitur adversus quosdam Quartadecimanos, qui xiv luna cum Judæis Pascha celebrabant, eoque die jejunabant ac mysteria celebrabant; id enim proprium erat Quartadecimanorum, ut in eorum hæresi tradit Epiphanius. Verum priscos Asianos ita fecisse, nec Chrysostomus, nec alius quisquam dixit.

(55) *Ταῖς ἀρὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις*. Notanda sunt hæc Eusebii verba, quibus aperte significat, solos Asianos tunc temporis Pascha cum Judæis celebrasse, reliquas autem omnes Ecclesias aliter observasse. Quare non assentior Halloixio nec Usserio, alisque, qui credunt Syros etiam ac Mesopotamios ac Cilicias idem tunc fecisse quod Asianos. Imo vero Syri et Mesopotamii hoc quidem tempore recte sentiebant, ut patet ex eorum conciliis, quæ hic ab Eusebio memorantur. Nam Osdruene pars est Mesopotamiæ Postea vero

θεσίης, ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσης αἱ παροικίαι (52) ὡς ἐκ παραδόσεως ἀρχαιοτέρας, σελήνης τὴν τεσσαρσχαίδεκάτην ὄντο δεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς (53) παραφυλάττειν, ἐν ἧ ἴθειν τὸ πρόβατον Ἰουδαίους προηγόρευτο· ὡς δέον ἐκ παντὸς κατὰ ταύτην, ὅποια δ' ἂν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι, τὰς τῶν αἰτιῶν ἐπιλύσεις (54) ποιῆσαι, οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀρὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις (55), ἐξ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατήσαν ἔθος φυλαττοῦσαι, ὡς μετετέρη προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι (56). Σύνοδοι δὲ καὶ συγκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταῦτον ἐγίνοντο, πάντες τε μὲν γνώμη δι' ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικῶν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυπούντο, ὡς ἂν μὴδ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς Κυριακῆς ἡμέρα τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιτελοῖτο τοῦ Κυρίου μυστήριον, καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ Πάσχα νηστεῶν φυλαττομέθα τὰς ἐπιλύσεις (57). Φέρεται δ' εἰσεῖν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τηρικᾶδε συγκεκροτημέ-

ad Judaicam observationem delapsi sunt : idque ante concilium Nicænum, ut docet Athanasius. Contra vero Asiani, damnato pristino errore, saniorum sententiam amplexi sunt. Certe aut concilium Nicænum Asiani morem Ecclesiæ Romanæ sequabantur in observatione Paschæ, ut docet epistola Constantini ad Ecclesias, quam refert Eusebius in libro iii *De ejus vita*, cap. 18.

(56) *Τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι*. Paulo ante dixerat τὰς τῶν αἰτιῶν ἐπιλύσεις ποιῆσθαι. Cyrillus in *Homiliis Paschalibus* περιλύειν τὰς νηστείας, pro eodem frequenter usurpat. Dicebatur etiam ἀπολύειν. Ita Epiphanius in hæresi lxxv, quæ est Aeriaeorum : *Ποῖαν τὴν ἡμέραν ἄγειν, πῶς τὴ ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακὴν, φανερόν ἐστι*. Item in *Expositione fidei catholicæ* : *Ἐν ἄλλοις δὲ τόποις οὐ γίνεται λατρεία τῆς οἰκονομίας, ἢ μόνον ἐπιφώσκουσης τῆς Κυριακῆς, ὅτε ἀπολύει περὶ τὴν τῶν ἀλεκτρούων κλαγγήν*. Scio quidem doctissimum Epiphanius interpretem ἀπολύειν vertisse *dimittere populum*. Verum interpretationem nostram confirmat Clemens in libro v *Constitutionum*, cap. 15, qui pro verbo ἀπολύειν, quo usus est Epiphanius, posuit ἀπονυστίζεσθαι, qua voce usus est etiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem et Hippolytus in *Canonis Paschali*. Quæsitum fuit apud veteres qua hora solvendum esset jejunium Paschale. Alii usque ad diluculum Dominicæ Paschalis post galli cantum aiebant producendum esse jejunium, ut videre est apud Epiphanius et Clementem. Alii vespere Sabbati Paschalis jejunium dissolvebant. Atque ita præcipit Cyrillus in *Homiliis paschalibus*. Quæ quidem institutio utilior videtur et rationi magis consentanea. Nam cum nocte quæ Paschalem diem antecedit, pernociandum esset in ecclesia, propter laborem vigiliæ sic jejunium solvi oportuit, ut fideles in ecclesia fatiscerent. Certe olim in Ecclesia Romana Sabbatis per Quadragesimam, non jejunabant, propterea quod ab eo die in ecclesia B. Petri vigiliis agere consueverant, ut docet Leo in sermone 4, *de Quadragesima*. Sed et monachi quoties vigilandum esset, maturius finiebant jejunium, διὰ τὸν κόπον τῆς ἀγρυπνίας, ut legitur in *Typico sancti Sabæ*.

(57) *Φυλαττομέθα τὰς ἐπιλύσεις*. In codice Maz. et Fuk. scriptum inveni φυλαττώμεθα. Ac licet præcesserit ἐπιτελοῖτο, tamen hæc modi mutatio elegantior videtur.

ων γραφή, ὧν προϋτέτακτο Θεόφιλος (58) τῆς ἐν Αἰσαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃς δὲ ὁμοίως ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος, ἐπίσκοπον Βίκτορα ὁλοῦσα· τῶν τε κατὰ Πόντον ἐπισκόπων ὧν Πάλμας (59) ὡς ἀρχαιότατος προϋτέτακτο, καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν δὲ παροικίων, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει· ἔτι τε τῶν κατὰ τὴν Ὀσσηνὴν καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις. Καὶ ἰδίως Βαχχύλλου (60) τῆς Κορινθίων Ἐκκλησίας ἐπισκόπου, καὶ πλείστον ὄσων ἄλλων, οἱ μὲν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν τε καὶ κρίσιν ἐξηνεγγεμένοι, τὴν αὐτὴν τέθεινται ψῆφον. Καὶ τούτων μὲν ἦν ὄρος εἷς, ὁ δεδηλωμένος.

·ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ΄.

Περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν διαφωνίας  
(N. r. II. E. iv, 37).

Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρότερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι ἐπισημαζόμενον, ἡγεῖτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν ἡ πρώτῳ Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν διευπώσατο γραφῆ, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν (61) ἐκτίθεται διὰ τούτων· « Ἡμεῖς οὖν ἀρχιδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλη στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ἡ ἔργεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγραμμέναι παρθένοι. Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στήθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκῶς (62), καὶ μάρτυς, καὶ διδάσκαλος· οὗτος

(58) Ὁν προϋτέτακτο Θεόφιλος. Nicephorus, cum hunc Eusebii locum exscriberet, Narcissum Hierosolymorum episcopum Theophilo Cæsariensi episcopo præposuit; in quo longe falsus est. Nam Cæsariensis episcopus, ante concilium Nicænum, et diu postea, metropolitani honorem ac dignitatem semper obtinuit, ita ut omnibus Palestinæ conciliis præsideret tanquam primæ sedis episcopus. Nihilominus tamen Hierosolymorum episcopi honor semper est habitus, utpote apostolicæ Ecclesiæ quæ primæ episcopum habuisset. Itaque quodam honoris privilegio fruebantur ejus sedis episcopi; nec Cæsariensi episcopo subjacebant, sed erant αὐτοκέφαλοι. Id declarat canon 7 concilii Nicæni. Sed et Græcus auctor *Synodici*, cum Cæsariensem episcopum Hierosolymitano anteponi minime ferret, duas ex una fluxit synodos: primam Hierosolymitanam Narcissi, secundam Cæsariensem Theophili.

(59) Πάλμας. Erat hic episcopus Amastridis in Pontio, de quo Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Ecclesiam Amastrianorum, teste Eusebio in lib. iv, cap. 23. Eodem nomine fuit quidam vir consularis quem Adrianus occidi jussit, ut scribit Spartianus. Male a Rufino et Christophorono Palma dicitur et Palmeas. Nam Πάλμας Latinis est *Palma*, ut Μίδας *Mida*, Θρακίας *Thrace*, Μναστίας *Mnastea*. Porro Eusebius hunc Palmam præsedisse ait ob antiquitatis prærogativam, non autem quasi metropolitanum. Neque enim Amastris, sed Heraclea metropolis fuit urbium Ponti. Verum in ecclesiasticis conciliis diversa fuit sedendi ratio pro diversis temporibus ac locis. Simplicissima quidem et rationi maxime consenta-

A Romanæ, cui Victoris episcopi **191** nomen præfixum est. Habentur præterea litteræ episcoporum Ponti, quibus Palma utpote antiquissimus præfuit. Epistola quoque Ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus. Ecclesiarum quoque in Osdroenæ provincia et in urbibus regionis illius constitutarum litteræ visuntur. Seorsum vero Bacchylli Corinthiorum episcopi, aliorumque eomplurium epistolæ exstant. Qui omnes eandem fidem eandemque doctrinam proferentes, unam edidere sententiam. Et hæc quidem fuit, ut dixi, illorum definitio.

CAPUT XXIV.

De dissensione Ecclesiarum Asiæ.

B Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a majoribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates præerat. Qui quidem in ea epistola quam ad Victorem et ad Romanæ urbis Ecclesiam scripsit, traditionem ad sua usque tempora propagatam exponit his verbis: « Nos igitur verum ac genuinum agimus diem: nec addentes quidquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina extincta sunt, quæ illo adventus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e cælo veniet plenus majestate et gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim apostolis, qui mortuus est Hierapoli, et duæ ejus filiæ quæ virgines consenuerunt: alia quoque ejusdem filia, quæ Spiritu sancto afflata vixit, et Ephesi requiescit. Præterea Joannes qui in sinu Domini recubuit, qui etiam sacerdos fuit, et laminam gestavit; martyr denique et doctor exstiterit. Hic, inquam, Joanne sessionis fuit ratio, ut antiquissimus episcopus cæteris præsideret. Postea episcopis primariarum urbium seu metropoleon, id honoris concessum. Apostolicæ vero sedes, utpote matres reliquarum Ecclesiarum, citra controversiam principem semper locum obtinuerunt. Inter quas Romana Ecclesia, tanquam caput omnium Ecclesiarum ab apostolicis usque temporibus habita est.

(60) Καὶ ἰδίως Βαχχύλλου. Hieronymus in libro *De Script. eccles.* hunc locum ita exponit: *Bacchylus Corinthi episcopus sub eodem Severo principe clarus habitus, de Pascha ex omnium qui in Achaia erant episcoporum persona, elegantem librum scripsit.* Ex his apparet, Hieronymum vocem ἰδίως ita interpretatum esse, quasi Bacchylus seorsum et ipse in Achaia concilium congregaverit. Verum alius quoque sensus afferri potest, ut scilicet Bacchylus privato nomine epistolam scripserit de Pascha, non autem synodicam ut cæteri. Sic ἰδίως ἐπιστολήν dicit Eusebius in lib. vi, cap. 11.

(61) Τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν. Codex Medicæus et Savillii scriptum habent, εἰς αὐτοῦς, non male; vulgatam tamen lectionem tuetur Rufinus.

(62) Τὸ πέταλον πεφορεκῶς. Hieronymus in lib. *De Script. eccles.* hæc Polycratis verba sic vertit, *qui supra pectus Domini recubuit, et pontifex ejus fuit, auream laminam in fronte portans.* Rufinus vero ita interpretatur, *qui fuit summus sacerdos et pontificale πέταλον gessit.* De pontificatu Judæorum hæc non esse accipienda, satis apparet. Neque enim Joannes pontifex fuit Judæorum, aut ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus

nes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam episcopus et martyr fuit, itemque Thræseas Eumeniæ episcopus et martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beati Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit: qui et Sardibus situs est, adventum Domini de cœlis, in quo resurrecturus est, exspectans. Hi omnes diem Paschæ quarta decima una juxta Evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, **192** ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos assectatus sum: fuerunt enim septem omnino ex cognatis mei episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego, inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fra-

vocem addidit *pontifex ejus*, id est Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem ejus faciebant. Primum quod sacerdos fuerit, deinde quod martyr; tertio quod doctor seu evangelistes. Proinde ut martyr Christi et evangelistes Christi fuit, sic etiam sacerdos Christi intelligatur necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est primos illos Christianorum pontifices exemplo Judæorum pontificum, hoc honoris insigne gestasse. Certe et Jacobum fratrem Domini qui primus Hierosolymis episcopus est ordinatus, pontificalem laminam in fronte gestasse auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, et in hæresi lxxviii. Idem de Marco evangelista tradit auctor ms. *Passionis ejus: Quem quidem B. Marcum juxta ritum carnalis sacrificii, pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum, illustrium virorum syngraphæ declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de stirpe eum levitica, imo pontificis Aaron sacræ successionis originem habuisse.*

(53) *Kal Θρασεάς.* Hic est Thræsea martyr, cujus mentionem facit Apollonius in libro *Contra Calaphrygas*, supra cap. 18, in fine: *Kal Θρασεά δέ τινας τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει.* Hunc in urbe Smyrna martyrio consummatum esse scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado et cæteri qui *Martyrologia* scripsere. Polycrates tamen tantum dixit, *ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται.*

(64) *Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα.* Hujus martyris mentionem facit Melito, Sardinus episcopus, in libro *De Pascha*, his verbis: *Ἐπὶ Σερουιλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ὃ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικεῖα, etc.*, quæ enavit Eusebius supra in libro iv. Fuit hic episcopus Laodiceæ in Asia; cujus temporibus commota est questio in urbe Laodicea de festo paschali. In veteri *Martyrologio Romano* quod edidit Rosweydeus, quinto die Octobris hæc habentur: *Eumeniæ Thræseæ episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis.* Die autem sequenti hæc notantur: *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli apostoli discipulis.*

(65) *Παπείριον τὸν μακάριον.* In cod. Maz., Med. et Fuk. scriptum invenit Παπείριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit cujus urbis episcopus fuerit hic Papirius. Invenio tamen apud Symeonem Metaphrasticum, Papirium hunc successorem fuisse B. Polycarpi Smyrnæorum episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in *Vita S. Polycarpi*: *Κατέστησε δὲ ὁ Πολύκαρπος καὶ ἄλλους μὲν*

ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Ἐτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς καὶ Θρασεάς (63) καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενεῖας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα (64), ὃς ἐν Λαοδικεῖα κεκοίμηται; Ἐτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον (65), καὶ Μελλίωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον (66) ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ἧ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μὴδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανὼνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἐτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὁμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν

ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς (67) μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὕψους καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἔγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρυνε τὴν ζύμην (68) ἐγὼ οὖν, ἀδελφοί, ἐξήχοντα πάντες ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, καὶ συμβεβηκῶς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς,

διακόνους· ἕνα δὲ ᾧ ὄνομα Καμέριος, ὃς καὶ τρίτος ἀπ' αὐτοῦ μετὰ Παπύριον ἐπίσκοπος γεγένηται. Rufinus quoque *Papyrium* vocat. Sic enim præferunt vulgatæ editiones; sed vetustissimus codex Corbeiensis habet *Papirium*.

(66) *Τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον.* Hieronymus in libro *De scr. pt. eccl.* hæc Polycratis verba ita vertit: *Et Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis.* Ex quibus apparet, Hieronymum verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: *Μελλίωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον.* Rectius Rufinus ita interpretatur: *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, et Spiritu sancto repletum.* Sic enim supra Polycrates de Philippi filia locutus est: *Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσάμενη, id est, Spiritu sancto repleta.* Certe Melitonem a plerisque prophetam existimatum fuisse testatur ipse Hieronymus in libro *De script. eccl.*, ita de eo scribens: *Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit eum a plerisque nostrorum prophetam putari.*

(67) *Ἐπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς.* Rufinus existimavit septem ordine parentes seu propinquos Polycratis, episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: *Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, et ego octavus.* Certe hic sensus ex verbis Græcis elici potest. Tamen cum Polycrates non addat, propinquos suos Ephesinæ urbis omnes episcopos fuisse, possumus intelligere illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse.

(68) *Ὅταν ὁ λαὸς ἤρυνε.* Text. vulg. *ἤρυνε*, quod ferri non potest; nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius projiciebat. Sic enim diserte lex jubet. Quare hoc loco restitutum scripturam optimorum codicum Vaticani, Regii et Mazarini, in quibus diserte scriptum est *ἤρυνε τὴν ζύμην.* In Fuk. scriptum invenit *ἤρυνε*. Sed et in codice Mediceo prius scriptum erat *ἤρυνε*, sed postea erasa litera *ρ*, ejus loco *τ* substitutum est. Est autem ἀρύνειν plebeium vocabulum: cujusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hac epistola apparet. Significat autem *tollere, removere*; unde et ἀρύνειν. Cæterum in antiquis codicibus Vaticano et Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. *ἤρυνε*, id est, *alias scribitur ἤρυνε*. Quam de-

καὶ πᾶσαν ἀγίαν Γραφήν διεληλυθώς, οὐ πύρομαι ἅ ἐπι τοῖς καταπληροσσομένοις. Οἱ γὰρ ἐμοῦ μεζζονες εἰρηρασι· « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. » Τοῦτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων· « Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὐς ὁμεις ἡξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ (69), καὶ μετεκαλεσάμην ὧν τὰ ὀνόματα ἐν γράφῳ, πολλὰ πλήθη εἰσίν. Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρὸν μου ἄνθρωπον, συνηδοκῆσαν τῇ ἐπιστολῇ, εἰδότες ὅτι εἰκὴ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολιτεύμαι. » Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστῶς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμοίαις Ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνει, ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἐνώσεως πειράται, καὶ στηλιτεύει (70) γὰρ διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκέλεσε ἀνακρίστων ἀδελφούς. Ἀλλ' οὐ πᾶσι γὰρ ταῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἡρέσκατο. Ἀντιπαρακελεύονται ὄητα αὐτῷ, τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἐνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. Φέρονται δὲ καὶ αὐτῶν φωναί, πληκτικώτερον καθαρπομένουν τοῦ Βίκτωρος. Ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἤγειτο (71) κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστεῖλας.

<sup>71</sup> Act. v.

teriore m lectionem Rob. Stephanus placuisse miror. Certe Rufinus h̄rnuce legit, ut ex versione ejus appareat. Sic enim vertit, qui omnes ita observarunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus auferit. Facessat igitur deinceps emendatio eorum, qui h̄rnuce τὰ δζυμα hic restituerunt.

(69) Οὐς ὁμεις ἡξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ. Scripserat igitur Victor papa ad Polycratem Ephesinæ urbis episcopum, ut, convocato episcoporum Asiæ concilio, litteras suas et sententiam Romani concilii de celebratione festi paschalis ipsis recitaret: minatus sese illum a communione Romanæ Ecclesiæ segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret, et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates: Οὐ πύρομαι ἐπι τοῖς καταπληροσσομένοις. Cæterum quod attinet ad convocacionem episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco appareat.

(70) Καὶ στηλιτεύει. Langus quidem vertit notat. Musculus vero et Christophorus verterunt *invectitur*, quia scilicet στηλιτευτικός λόγος *invectiva oratio* dicitur. Cæterum cum hæc ab Eusebio obscurius narrata sint, multi dubitarunt utrum Victor papa Ecclesiis Asiæ a communione sua revera sejunxerit, an vero id tantum conatus atque interminatus sit. Quod ad me attinet, hoc postremum verius puto. Etenim Eusebius discrete dicit ἀποτέμνειν πειράται. Deinde epistolæ Irenæi et aliorum episcoporum ad Victorem scriptæ, satis arguunt rem adhuc in pendenti fuisse, nec damnationis sententiam etiamtum a Victore in Asianos fuisse prolatam. Sic enim scribit Eusebius de Irenæi litteris ad Victorem: Τῷ γὰρ μὴ Βίκτωρι προσηχόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ, πλεῖστα ἔτερα παραίνει. Nondum ergo Ecclesiis Asiæ a communione Victor absciderat, cum has litteras scriberet Irenæus, quandoquidem Victorem Irenæus his litteris admonet, ne illas ob vetusti moris observantiam a totius Ecclesiæ corpore sejungere velit. Socrates tamen in libro v, cap 22, Eusebii verba ita accepit, quasi Victor Asianos a communione sua separaverit. Atque ita auctor *Libri synodici*, cujus tamen testimonium parvi facio. Obser-

A tribus toto orbe dispersis sermones sæpe contuli, qui Scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longe majores erant dictum scio: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus ». Post hæc de episcopis qui simul aderant cum hæc scriberet, et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur: « Possem etiam episcoporum qui mecum sunt, facere mentionem, quos peliistis ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina si ascripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobant, gnari me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse. » His ita gestis, Victor quidem Romanæ urbis episcopus illico omnes Asiæ vicinarumque provinciarum Ecclesias tanquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione abscindere conatur; datisque litteris universos qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate Ecclesiæ prorsus alienos esse pronuntiat. Verum hæc non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quæ paci et unitati charitatique erga proximum congruebant.

vavi enim illum scriptorem, quisquis fuerit, multa temere confingere. Sed nostram sententiam confirmat, primo Eusebius ipse in locis supra citatis. Deinde Photius in *Bibliotheca*, cap. 120, ubi scribit Irenæum plures dedisse litteras ad Victorem papam, dum illum hortatur ne ob dissensionem de Pascha ullos a communione Ecclesiæ segregaret. Ergo ante litteras Irenæi neminem adhuc Victor a communione præsciderat. Sed neque dici potest post epistolas Irenæi id a Victore factum fuisse. Primo enim Eusebius hoc non dicit, non omisurus utique, si id a Victore postea factum fuisset. Imo vero prorsus contrarium innuit, dum Irenæum ob hujusmodi litteras vocat *εἰρηνοποιόν*, id est *pacis auctorem*. Litteræ igitur Irenæi ad Victorem papam scriptæ, pacem Ecclesiæ præstiterunt. Cum enim Victor paratus esset excommunicationis sententiam promere adversus Asianos, Irenæi epistola eum a consilio dimovit. Quare non assentior Halloixio, qui ad *Vitam Irenæi*, pag. 668, asserit Victorem adversus Asianos excommunicationis tulisse sententiam.

(71) Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἤγειτο. Fit igitur hæc Irenæi epistola synodica, utpote scripta nomine Ecclesiæ Galliæ, cujus caput erat Lugdunum. Proinde hæc epistola referri debuerat inter concilia Galliæ, ut olim monui Jacobum Sirmondum, virum doctissimum, nec unquam nisi honorifice nominandum. Etenim ille editionem suam *Conciliorum Galliæ* a Constantini temporibus exorsus est; hoc solum in præfatione sua monuisse contentus, duas synodos Lugdunenses quibus præfuit Irenæus memorari: quarum in altera Valentinus et Marcion damnati sint. In altera vero Pascha non nisi die Dominicæ celebrandum cum tredecim episcopis Irenæus decrevit. Verum quoniam harum synodorum obscurior esset memoria, ideo se illas prætermisisse scribit. Ego vero prioris quidem illius synodi Lugdunensis fateor obscuram esse memoriam. Sed posterior illa in qua de die Paschæ actum est, illustrissimo Eusebii testimonio confirmatur. Locus est cap. 23 hujus libri, ubi de synodis episcoporum agit, quæ ob controversiam super Pascha variis in locis congregatæ sunt, et de synodiciis cujusque concilii



Exstant etiamnum eorum litteræ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola quam scripsit nomine fratrum quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die Dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum: Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei Ecclesias morem sibi a maioribus traditum custodientes, a communione abscindat. Et

litteris tractans Eusebius, Lugdunensem synodum cui præfuit Irenæus, non postremo loco commemorat, καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπισκόπος. Subjungit etiam Eusebius epistolam synodicam Irenæi, de qua nunc agimus. Quanquam dubitari potest, utrum hæc synodica Irenæi epistola ad Victorem papam eadem sit cum illa cuius meminit Eusebius in dicio capite 23, an autem diversa, et in alia synodo Lugdunensi conscripta. Equidem unam eandemque esse existimo. Id enim suadere videntur Eusebii verba, cum dicit: Παριστάται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον. Deinde quod ait Eusebius, hanc epistolam ex persona fratrum, id est episcoporum Galliæ, ab Irenæo esse conscriptam. Neque enim verisimile est, duas synodos de una eademque re tam brevi temporis intervallo in Gallia congregatas fuisse. Porro si quis scire desiderat undenam Jacobus Sirmundus duas illas Lugdunenses hauserit synodos, sciat id desumptum esse ex veteri Synodico Argentorati edito. Sed huius libelli auctorem sublestæ fidei esse jam supra monuimus; qui cum sciret Irenæum adversus Valentinum et alios hæreticos scripsisse, arrepta hinc occasione, finxit synodum Lugdunensem adversus illos hæreticos ab Irenæo collectam fuisse.

(72) Παριστάται μὲν τὸ δεῖν. In libro Turnebi ad oram emendatum est τῷ δεῖν. Quæ emendatio etiam in Morei ac Gruteri libris habetur. Nec dubito quin Eusebius ita scriptum reliquerit. Sic enim loqui solet, ut notavi ad caput vicesimum tertium libri quarti.

(73) Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἶδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Duplicem ait Irenæus tunc temporis fuisse dissensionem in Ecclesia: primam de die Paschæ, alteram de forma jejunii. Non dicit dissensionem de jejunio, sed tantum de jejunii forma; id est, quot diebus esset jejunandum, ut postea explicat Irenæus. Omnes enim, tam ii qui Pascha die Dominico celebrabant, quam illi qui cum Judæis quarta decima luna festum illud prægebant, in eo quidem conveniebant, quod ante Pascha jejunarent. Quod jejunium ex traditione apostolica susceperant perinde ac festum Paschale. Certe Eusebius in libro secundo, capite decimo septimo, testatur Christianos in Ægypto temporibus beati Marci evangelistæ, paschale jejunium celebrasse. Ac licet fortasse quis concesserit Eusebium illic falli, qui Therapeutas illos de quibus Philo in libro *De vita contemplativa*, Christianos fuisse crederet, illud tamen ex eo loco colligitur, paschale jejunium usitatum fuisse temporibus apostolorum juxta Eusebii sententiam. Idem quoque ex Epiphanio licet colligere.

(74) Τῆς νηστείας. Tres apud veteres Christianos fuisse jejunii species. Primum fuit jejunium quartæ et sextæ feriæ, quod solvebatur hora diei nona, post finem stationis seu συνάξεως. Quare a Tertulliano vocantur stationum semijejunia. In Typico monasterii Sancti Sabæ dicitur νηστεία τῆς

παριστάται μὲν τὸ δεῖν (72) ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον. τῷ γε μὴν Βικτωρι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ ἀρχαίους ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ, καὶ αὐτοῖς δὲ βήμασι τάδε ἐπιλέγων: Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἶδους (73) αὐτοῦ τῆς νηστείας (74).

ἐννάτης. Secunda species fuit jejunium Quadragesimale, quod sub vesperam solvebatur. Nam hora nona fiebat synaxis, et post missarum solemniam vespertinum canebatur officium, ac deinde populus dimittebatur, ut docent Epiphanius, Amalarius et concilia Anglicana. Tertium genus jejunii fuit omnium strictissimum, quod usque ad galli cantum et primæ lucis exortum producebatur: quod idcirco ὑπερθεσις dicebatur, Latine *superpositio*. Hæc tria jejunandi genera aperte distinguit Epiphanius in *Expositione fidei catholicæ*, quæ legitur ad calcem librorum illius *Contra hæreses*. Postquam enim de jejunio quartæ et sextæ feriæ, itemque de jejunio Quadragesimæ locutus est, transiens ad jejunium Paschalis hebdomadis, ait fideles per eam hebdomadam solo pane et aqua vesci ad vesperam. Adiditque: Ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς καὶ τριπλᾶς καὶ τετραπλᾶς ὑπερθεσίαι, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρις ἀλεκτρούων κλαγγῆς. Id est: *Verum hi qui studiosi sunt, biduum ac triduum et quadriduum superponunt: quidam totam hebdomadam usque ad galli cantum.* Dionysius quoque Alexandrinus in epistola ad Basilidem, νηστείας et ὑπερθεσιν aperte distinguit. Postquam enim dixit, per sex illos jejuniorum dies qui Pascha antecedunt, non ex æquo ab omnibus jejunari, subdit hæc verba: Οἱ μὲν πάσας ὑπερθεσίαις ἄσπιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας: οἱ δὲ οὐδεμίαν, καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθεσίαις, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονοὸν ἐκλείπουσι, συγγνώμῃ τῆς ταχυτέρας γεύσεως: οἱ δὲ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑπερθετέμενοι, ἀλλὰ μὴδὲ νηστεύσαντες, etc. Id est: *Alii quidem totum sex dierum spatium superponunt, jejunii perseverantes: alii vero biduum, quidam triduum, nonnulli quadriduum: alii ne unum quidem diem superponunt. Et iis quidem qui multum in superpositionibus desudaverunt, ac deinde fessi propemodum deficiunt, indulgenda est celerior refectio. Si qui vero non modo non superaverunt, sed ne jejunarent quidem, etc.* Vides jejunium a superpositione hic distingui a Dionysio, et ὑπερθεσιν quidem sumi pro abstinentia a cibo usque ad galli cantum: jejunium vero pro inedia usque ad vesperam. Tertullianus quoque tres agnoscit species jejunii. Primam penitus sublatis cibi, secundam diminuti, tertiam demorati. Primam simpliciter jejunium solet appellare: secundam vero alicubi vocat portionale jejunium et xerophagiam; tertiam, stationum semijejunia. Cum tres ergo fuerint species jejunii, quæri non immerito potest de qua loquatur hic Irenæus. Ac primum constat Irenæum non hic loqui de jejunio quartæ et sextæ feriæ, seu de jejunio stationum. Quippe Irenæus hic manifeste loquitur de jejunio diei solidi, non autem dimidiati. Ait enim: Οἱ μὲν γὰρ οἶονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, etc. At jejunium quartæ et sextæ feriæ non erat plenum jejunium, nec diei solidi, ut supra dixi. Quare locus Irenæi de hoc jejunio intelligi non potest. Restat ergo ut vel de jejunio quadragesimali, quod solvebatur ad vesperam, vel de superpositione locum hunc accipiamus. Ac Dionysius quidem Alexandrinus et Epiphanius in locis supra memoratis suadere videntur ut de superpositione potius intelligamus.

Οἱ μὲν γὰρ ὄντοια (75) μίαν ἡμέραν (76) δεῖν αὐτοὺς ἄνηστεύειν, οἱ δὲ δύο (77), οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα (78) ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς

(75) *Οἱ μὲν γὰρ ὄντοια μίαν ἡμέραν.* Hæc Irenæi verba varie a variis accepta sunt, dum pro suo quisque studio Irenæum ad suas partes trahere conatur. Bellarminus quidem de Quadragesima locum hunc intellexit. id est de quadraginta dierum jejuniis ante Pascha. Itaque cum Irenæus scribit quosdam unum diem jejunasse, id Bellarminus ita intelligit, ut diem unum, verbi gratia secundam feriam, absque ullo transegerit cibo, ac deinde modica refecione corpus curaverint. Idem deinceps tertia feria, idem quarta, quinta et sexta fecerint, donec totam Quadragesimam expleant. Verum hæc explicatio et a verbis et a sensu Irenæi penitus abhorret. Nonnullos vidi qui hunc Irenæi locum de quadraginta quidem dierum jejuniis acciperent, sed ita explicarent, ut quidam uno die, quidam biduo aut triduo jejunarent per singulas Quadragesimæ hebdomadas. Quæ quidem expositio priore illa multo videtur probabilior. Alii, inter quos est cardinalis Perronius, Irenæi locum accipiunt, non de tota Quadragesima, sed de hebdomade Paschali, quæ incipit a secunda feria majoris hebdomadæ. Confirmat hanc sententiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem, his verbis: Ἐπεὶ μὴδὲ τὰς ἐξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μὴδὲ ὁμοίως πάντας διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτίθεισιν, etc., ut supra. Non ovum ovo similis est, quam sunt inter se similia hæc duo loca, Irenæi ac Dionysii, adeo ut Dionysius cum hæc scriberet, Irenæi locum in mente habuisse mihi videatur. Tertius his adjungi potest locus Epiphani in *Expositione fidei catholicæ*, supra jam a nobis commemoratus.

(76) *Μίαν ἡμέραν.* Sine dubio intelligit Irenæus sextam feriam majoris hebdomadæ. Cum enim de jejuniis paschali loquatur, et quosdam uno die tantum die jejunare dicat, quem alium diem intelligere potest, quam diem Paschæ? Sic enim vocabatur dies ille, ut ex Tertulliano jam pridem ab aliis observatum est. Quo quidem die, communis et publica jejunii religio erat, ut scribit Tertullianus in libro *De oratione*. Qua de re insignis est Methodii locus in *Convivio virginum*, oratione tertia, qui hic meretur ascribi: Ὅσπερ γὰρ εἰ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπιτομῶν νοσηλευομένου προσέφερε τροφήν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύσασθαι τούτων τῶν προσφερομένων, λέγων· Ὅς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὡ σῦτος, καλόν, ἐχρῆν ὡσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καὶ σὲ καρτερώς διαμένοντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν· ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμυσθῆναι τὸ σύνολον. Id est: Nam quemadmodum si cui periculose ægrotanti die Paschæ ac jejunii, cibum aliquis porrigat, jubeatque ut ob corporis infirmitatem degustet aliquid ex iis quæ porriguntur, ita dicens: Bonum revera esset, o amice: oportebat te quoque, sicut et nos, fortiter perseverantem eadem percipere. Hodie enim penitus interdictum est ullam cibi mentionem facere. Et hoc est jejuniium quod in Canonibus Timothei Alexandrii vocatur ἡ νηστεία τοῦ Πάσχα. De ejusdem diei solenni jejuniio Tertullianus in libro *De jejuniis* ita loquitur: *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et jejuniis Parascevem?* Quippe hic dies xat' ἐξοχῆν dicebatur Parasceve. Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi* 18: Διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἐκ τῆς ὑπερβόσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας, etc. Id est: Ob laborem vero antecedentem, tum ex superpositione jejunii Parasceves, tum ex pervigilio, etc.

(77) *Οἱ δὲ δύο.* Parascevem scilicet et Sabbatum magnum. His enim diebus Catholici omnes, nisi quibus morbus causa esset, jejunabant. Tertullianus in libro *De jejuniis*: *Certe in Evangelio illos*

A post multa alia in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis: Neque enim de die solum controversa est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam

*dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatas est Sponsus; et hos esse jam solos legitimos jejuniis Christianorum.* Et infra capite 13 ejusdem libri: *Ecce enim convenio vos et præter Paschæ jejunantes, citra illos dies quibus ablatas est Sponsus.* Denique in capite 14, eos dies Parascevem fuisse et Sabbatum significat his verbis: *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus et jejuniis Parascevem? Quamquam vos etiam Sabbatum continuatis: si quando, nunquam nisi in Pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.*

(78) *Οἱ δὲ τεσσαράκοντα.* Antequam hunc locum exponamus, stabilienda est ejus lectio. Christophorus quidem et Savilius hunc locum ita legerunt ac distinxerunt: *Οἱ μὲν γὰρ ὄντοια μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι, τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* Cui lectioni favet Rulini interpretatio; sic enim vertit: *Quidam enim putant uno tantum die observari debere jejuniium, alii duobus: alii vero pluribus; nonnulli etiam quadraginta; ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuunt.* Eandem lectionem secutus est Joannes Langus, qui Nicephorum interpretatus est. Verum huic lectioni omnes nostri codices refragantur. Certe in codice Maz. hic locus uno tenore ita scribitur: *Οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* In Mediceo vero et Fiketiano post vocem ὥρας apponitur virgula. Regius autem codex ita interpungit: *Οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* Quod si post vocem τεσσαράκοντα distinctionem affixeris, nullus jam erit sensus. Quo enim referentur verba illa quæ sequuntur ὥρας ἡμερινὰς, etc., utrum ad illos qui unum diem, an ad hos qui quadraginta dies jejunant? Ad hos certe referenda potius videntur, utpote ultimo loco positos. Jam vero si ad hos retuleris, illud necessario consequetur eos qui quadraginta dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comedisse, quandoquidem horas tam nocturnas quam diurnas jejuniis deputabant. Deinde cum Irenæus jam dixerit alios uno die, alios biduo, alios vero pluribus diebus jejunare, quid necesse est addere alios quadraginta diebus jejunare, cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta satis comprehendantur. Verior itaque est nostrorum codicum scriptura, quam Musculus in interpretatione sua fideliter expressit hoc modo: *Si quidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant, alii duos, alii plures; alii quadraginta horas diurnas et nocturnas computantes, diem suum statuunt.* Constituta jam lectione hujus loci, ad illius expositionem veniamus. Ait igitur Irenæus quosdam quadraginta continuis horis diurnis simul ac nocturnis jejunasse. Sunt qui existiment hoc quadraginta horarum jejuniium ab illis celebratum fuisse in memoriam spatii illius quod a morte Christi ad ejus resurrectionem interfuit. Id autem spatium fuit horarum circiter quadraginta, ab hora scilicet sexta Parasceves, usque ad diluculum primæ ferie. Ego vero, illud quadraginta horarum jejuniium ab his potius celebratum esse crediderim in honorem ac memoriam quadraginta dierum ac noctium quibus Christus in solitudine jejunavit. Nam cum veteres illi Christum omnibus modis imitari student, jejuniium illud quadraginta dierum, quod supra humanas vires erat, hoc saltem quadraginta horarum jejuniium æmulabantur. Tria igitur ex hoc Irenæi loco colligimus. Primum est, jejuniium ante Paschale jam inde ab apostolicis temporibus semper in Ecclesia usitatum fuisse. Alterum, jejuniium illud in honorem Quadragesimæ Christi fuisse cele-

enim existimant unico die sibi esse jejunandum : alii duobus, alii pluribus : nonnulli etiam quadraginta horis diurnis **193** ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud majores nostros cœpit : qui negligentius, ut verisimile est, præsertim, ex simplicitate et imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen et omnes isti pacem

(98) Ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην. Lego, οὐ μόνον πέμπτην καὶ ἕκτην, ἀλλὰ καὶ ἑβδόμην, prorsus necessaria, ut mihi videtur, emendatione. Cum enim antea locutus sit Eusebius de quinta et sexta editione ab Origene reperta, hoc amplius addit, etiam septimam in hexaplis Psalmorum exemplaribus ab Origene positam fuisse. Septuplex igitur fuit Psalmorum editio. Verum cum hæc septima editio Psalmos tantum haberet, ideo Origenes titulum editionis suæ, Ἐξαπλῶν scilicet, non immutavit. Porro emendationem et expositionem nostram plane confirmat Joannes Zonaras in *Historia imp. Severi* ita scribens de Origene: Καὶ τῶν ταύτας ἑρμηνευσάτων συναγαγὼν τὰ συγγράμματα, τῶν ἑβδόμητονταῦθ' οὐ δευτέρου, τοῦ τε Ἀκύλου καὶ τοῦ Συμμάχου, καὶ τοῦ Θεοδοτίωνος, καὶ οὐσ' ἄλλων ἀνωμόμων ἑρμηνέων (ἡγήνηται γὰρ τὰ ἐκεῖνων ὀνόματα) ἐπιλοπόντησε τὰ τῶν Ἐξαπλῶν λεγομένων συγγράμματα: ἐν δὲ τοῖς Ψαλμοῖς καὶ ἑβδόμης μέμνηται ἑρμηνείας, ὡς ἐν Ἱερυχοῖ εὐρημένης. Id est: *Collectis voluminibus eorum qui Scripturas Hebraicas Græce interpretati fuerant, duorum scilicet ac septuaginta Seniorum, Aquilæ item ac Symmachii, Theodotionis et duorum aliorum, quorum nomina ignorantur, editionem Hexaplorum elaboravit. In Psalmis vero etiam septimæ interpretationis meminit, quam Hierichunte repertam esse dicit.* Non potest melius scholium afferri ad expositionem Eusebii, quam hic Zonaræ locus. Sed quod addit Zonaras, septimam editionem Hierichunte repertam fuisse, id Eusebius aperte non dicit. Epiphanius quidem in libro *De ponderibus*, et Athanasius in *Synopsi* aiunt quintam editionem Hierichunte in dolio repertam fuisse. Nicephorus vero sextam simul ac septimam editiones Hierichunte inventas esse existimavit. Cæterum, etsi auctores quintæ ac sextæ editionis ignorantur, Judæos tamen illos fuisse constat. Ita certe Hieronymus in lib. *ii Adversus Rufinum*: *Magnis, ut scio, sumptibus redemisti Aquilæ et Symmachii et Theodotionis, quintæque et sextæ editionis Judaicos translatores.* Scio Claudium Salmasium in libro *De lingua Hellenistica*, pag. 159, negasse, quintam et sextam editionem ab Hieronymo usquam nominari. Sed refellitur tum ex loco Hieronymi quem supra citavi,

οὐκ εἰδῶς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὐρίον ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει (97), τὴν δὲ, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῶδες. Ἐν γε μὴν τοῖς Ἐξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν, μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην (98) παραθεῖς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὐθις σεσημειῖται, ὡς ἐν Ἱερυχοῖ εὐρημένης ἐν πίθει, κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. Ταύτας δὲ ἀπάσας ἐπὶ ταύτων συναγαγὼν, διελῶν τε πρὸς κῶλον (99), καὶ ἀντιπαρθείας ἀλλήλαις (1) μετὰ

tum ex ejusdem libro *De scripturis ecclesiasticis*, cap. 54. Idem in *Commentariis ad cap. i Sophonis*, quintam editionem nominatim citat, et in lib. *i in Habacuc*, sub initium.

(99) Διελῶν τε πρὸς κῶλον. Male Christophorus vertit, *columellis inter se distinguit*. Cola sunt versus seu membra sensum integrum absolventia. Hieronymus in *Apologia ii adversus Rufinum*: *Ei quod nunc verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras et silvam nominum quæ scriptorum confusus sunt vitio, sensuumque labyrinthos, per versus cola digererem.* Idem in *praefatione in Josue*: *Monemusque lectorem, ut siquam Hebraicorum nominum et distinctiones per membra divisus diligens scriptor conservet, ne et noster labor et ipsius studium pereat.* Sed et in *Praefatione in translationem Isaiaë* testatur se translationem suam per cola seu versus distinguisse: *Nemo, cum prophetas versus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, et aliquid simile habere de Psalmis, et operibus Salomonis.* Sed quod in *Demosthene et in Tullio fieri solet, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo scribendi genere distinguimus.* Eadem quoque dicit in *Praefatione in Ezechielem*. Præterea igitur apud Latinos Hieronymus interpretationem suam per versus distinguit, imitatus Origenem, qui in *Hexaplis* idem præstitit. Porro Origenes in eò maxime consulit legentium utilitati. Nam quæcumque per versus distincta sunt, ea facilius tum intelliguntur, tum memoriæ mandantur. Adde quod ad Græcæ editiones inter se comparandas, prorsus necessaria fuit hujusmodi distinctio. Exemplum Origenis secuti sunt postea complures: et in Novo Testamento idem præstitit quod ille prius fecerat in Veteri, ut testatur Hesyehius Hierosolymitanus in libro quem inscripsit *Στιχηρὸν δωδεκίμ prophetarum*. Quem quidem librum ideo sic inscripsit, quod ad marginem singulorum versuum apposuerat expositionem locorum difficultium, quod *παρτίθεσθαι* et *παράθεσιν* ipse vocat. Verba Hesyehii sunt hæc: Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπουδάσμα, στιχηρὸν ὡς τὰ πολλὰ πρὸς τὴν τῶν μελετωμένων σαφήνειαν, τὰς προφητείας ἐκτίθεσθαι, etc. Quæ Latine ita reddidimus: *Libros propheticos majoris perspicuitatis causa, per versus cola dividere, velut inventum est sanctorum Patrum. Nam initio suæ ulla distinctione legebantur. Postea vero viri docti et sacrarum litterarum studiosi, majoris, ut dixi, perspicuitatis causa, hujusmodi versus distinctionem excogitarunt. Ita prophetarum libri ab illis editi sunt. Sic Davidis Psalmi, sic Proverbia et Ecclesiastes et Canticum canticorum. Sic liber Jobi per versus distinctus reperitur. Sed et librum apostolicum, id est, Actus et Epistolas apostolorum, hoc modo ab aliquibus descriptum inveni.* Subjungit deinde Hesyehius hæc verba: Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ μὲν τῶν ἀσπρῶν ἢ τῶν στίχων σαφηνίζει διαίρεσις. Ubi στίχους vocat quæ κῶλα dicere debuisse.

(1) Καὶ ἀντιπαρθείας ἀλλήλαις. Supra monimus quid primum ab Origene præstitum sit in *Hexaplorum* editione, quod singulas interpretationes

καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως (2), τὰ τῶν Ἀλεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῶν ἀντίγραφα (3) καταλείπειν, ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου (4), καὶ Θεοδοτίωνος ἑκδοσὶν ἅμα τῆ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας (5).

per versuum cola distinxit. Itaque versuum distinctio quam hodie in Septuaginta seniorum interpretatione cernimus, Origenis inventum est. Secundum Origenis inventum est, quod interpretationes illas e regione sibi invicem opposuit, ut si forte alter ab altero dissentiret, uno statim intuitu posset agnosci. Docet id Hieronymus in *Prefatione ad Chromatium in librum Paralipomenon*, his verbis: *Et certe Origenes non solum exempla composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens; ut unus dissentiens statim, cæteris inter se consentientibus arguatur.* Et Epiphanius quidem singulas versiones in singulis paginis dispositas fuisse dicit, quem secutus est Nicephorus. Rufinus vero in hujus loci interpretatione, non paginas sed columellas dixit, quod eodem recidit. Certe idem Rufinus in lib. II *Adversus Hieronymum*, paginas et columellas pro eodem sumit: *Voluit Origenes nostris ostendere, qualis apud Judæos Scripturarum lectio teneretur, etc., in propriis paginis vel columellis editiones eorum singulas quasque descripsit, et ea quæ apud illos sunt addita, vel decerpta, certis quibusdam notis additis ad versiculorum capita designavit.* Malim tamen columellas dicere quam paginas, cum in una pagina plures fuerint columnæ.

(2) *Μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως.* Hic locus non parvam habet difficultatem, quem Musculus quidem ad verbum ita transtulit: *His autem cunctis in unum corpus compactis divisisque per colon, et invicem inter se una cum Hebræorum annotatione oppositis, exemplaria nobis quæ Hexapla dicuntur reliquit.* Christophorus vero ad sensum magis quam ad verbum interpretatus est hoc modo: *Atque ipsas in unum volumen omnes redigens, columellis inter se distinxit, et alteram alteri ex adverso, unâ cum exemplari Hebræorum opposuit.* Dionysius autem Petavius in animadversionibus ad librum Epiphani *De ponderibus*, hunc Eusebii locum ita vertit: *Has omnes editiones in unum conjiciens, et per columellas dividens, ac sibi invicem opponens, cum Hebraica ipsa significatione, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit.* Sed hæc postrema interpretatio, quod pace viri doctissimi mihi quondam amicissimi dictum sit, ferri omnino non potest. Neque enim Eusebius dixit, *μετὰ τῆς Ἑβραίων σημασίας, sed σημειώσεως.* Est autem σημείωσις proprie adnotationis. Sic in lib. V, cap. 20, *χαρτεστάτην σημειώσιν* Irenæi vocat, notationem quam Irenæus sua manu apposuerat ad finem libri sui. *Σημειώσεις* quoque inscribentur libri Origenis quos in Leviticum et in Numeros scripserat, quæ ab Hieronymo et Rufino *Excerpta* appellantur. Hi libri nihil aliud erant quam notationes seu breviores commentarii non in totum librum continuo scripti, sed in quædam duntaxat loca quæ expositione opus habere videbantur. Unicum hodie fragmentum superest horum Origenis librorum in c. 26 *Philocaliæ*, ἐξ ὧν αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως. Verum hæc vocis hujus significatio quem hic locum habere possit, non satis videtur. Nicephorus quidem cum hanc vocem non intelligeret, ejus loco παρασημειώσιν posuit. Quod tamen non multo clarius est. Epiphanius vero in hæresi Origenistarum, cap. 3, παραθέσεις pro eodem usurpat, ὡς εἶναι μὲν τὰυτὰ καὶ καλεῖσθαι Ἑξαπλᾶ, ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἐρμηνείας, δύο ὁμοῦ παραθέσεις τῆς Ἑβραϊκῆς φύσει δι' Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν στοιχείων. Eusebius ergo σημειώσιν vocat Hebraicum textum, eo quod prænotatus esset ac præfixus sex Græcis interpretationibus; perinde

interpretationes cum in unum corpus collegisset, et per certa cola ac membra distinxisset, et sibi invicem e regione opposuisset, una cum ipso Hebraico textu, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; postea vero editionem Aquilæ et Symmachi

ac in commentariis verba scriptoris præfixi solent expositioni. Nam σημείωσις non solum expositionem significat, verum etiam textum cui adhibetur expositio. Ita σχόλια veteres dicebant loca excerpta ex aliquo scriptore, quibus subjecta erat adnotatio, ut observari ad librum quartum.

(3) *Ἑξαπλῶν ἀντίγραφα.* Ex hoc loco aperte convincitur, Hexapla dicta esse eo quod sex interpretationes Græcæ in iis continerentur præter Hebraicum textum; qui quidem in duabus paginis duplici modo perscriptus erat, in altera quidem Hebraicis; in altera vero Græcis litteris. Idem disertè scribit Epiphanius in hæresi Origenistarum, cap. 3. Et certe ratio ita suadet. Nam ut tetrapla dicta sunt, quod quatuor Græcas interpretationes in unum collectas habent, sic etiam hexapla appellata sunt, quod sex Græcas versiones complecterentur, Aquilæ videlicet et Symmachi, et Septuaginta interpretum ac Theodotionis; quintam denique et sextam interpretationem. Hebraicus autem textus, cum ipsum authenticum esset exemplar, inter versiones numerandus non fuit. Quare fallitur Rufinus in hujus capituli versione, qui *Hexapla* dicta esse credidit, eo quod duas Hebraici textus editiones, et Aquilæ ac Symmachi et Septuaginta seniorum ac Theodotionis versionem exhiberent. Fallitur etiam Nicetas in *Thesuro orthodoxæ fidei*, lib. IV, pag. 212, idem fere sentiens quod Rufinus. Sed et D. Petavius magnopere in his explicandis fluctuavit, ut patet ex ejus animadversionibus ad librum Epiphani *De ponderibus*. Turbavit illum præcipue septima illa versio, quam in *Hexaplis* fuisse scribit Eusebius. Sed nos superius rationem reddidimus, cur ob illam titulus *Hexaplorum* non fuerit immutandus. Hæc enim scripsissem incidi in historiam Imp. Severi a Zonara conscriptam, ubi de *Hexaplis* et *Tetraplis* Origenis eadem prorsus quæ nos scribit, et Eusebii locum, licet suppresso auctoris nomine, perinde ac nos interpretatur.

(4) *Ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου.* Hunc Eusebii locum Zonaras in suis *Annalibus* ita expressit: *Ἰδιαιτὰ δὲ τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἑκδοσὶν μετὰ γὰρ τῆς τῶν Ἑβδομήκοντα καὶ δύο παραθέσεις, τὰ λεγόμενα Τετραπλᾶ παραδεδωκε.* Quæ Wolfius Latine ita vertit: *Aquilæ vero, Symmachi et Theodotionis editiones rectissime cum Septuaginta duorum versione comparata, commentaria tetrapla, hoc est, quadruplicia composuit.* Sed primo quidem probare non possum, quod *ἰδιαιτὰ* vertit *rectissime*. Nam Zonaras *ἰδιαιτὰ* posuit pro eo quod dixerat Eusebius *ἰδίως*, id est *separatim*. Nam cum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis ac Septuaginta seniorum editio in Hexaplis una cum Hebraico textu bifariam scripto, et cum quinta, sexta ac septima editione collocata esset, Origenes quatuor illas priores editiones seorsum in tetraplis posuit, sublato Hebraico textu cum quinta et sexta, ac septima versione. Deinde quod addidit Wolfius, Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis versionem in *Tetraplis* comparatas fuisse cum versione LXX seniorum, verumne sit, nescio. Certe id Eusebius non dicit. Imo vox illa *ἰδίως* innuere nobis videtur, singulas versiones in *Tetraplis* seorsum collocatas fuisse, non e regione sibi invicem oppositas, sicut in *Hexaplis*. Hieronymus in loco supra citato videtur asserere, etiam in *Tetraplis* singula verba quatuor editionum e regione fuisse disposita.

(5) *Ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας.*



## CAPUT XVII.

De Symmacho interprete.

Sciendum porro est Symmachum, qui unus ex illis interpretibus fuit, Ebionæum fuisse. Est autem Ebionæorum hæresis ita dicta, eorum qui Christum ex Josepho et Maria genitum nudumque hominem esse dicunt, et legem Judaico more servandam esse contendunt, quemadmodum in superioribus libris retulimus. Exstant certe etiamnum commentarii Symmachi, in quibus adversus Evangelium Matthæi acriter disputans, supradictam hæresim astruere videtur. Atque hos Symmachi commentarios una cum alijs sacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis, testatur Origenes se a Juliana quadam accepisse, ad quam ii libri successionis jure pervenerant.

## CAPUT XVIII.

De Ambrosio.

Per idem tempus Ambrosius qui Valentini hæresim sectabatur, veritatis quam prædicabat Origenes virtute convictus, et quasi lumine quodam menti irradiante collustratus, ad rectæ fidei quæ in Ecclesia prædicatur professionem transit. Alii quoque complures eruditi homines, pervulgato ubique Origenis nomine illecti, ad eum confluebant, periculum de ejus viri in sacris litteris peritia facturi. Innumeri præterea hæretici, nec pauci ex illustribus philosophis, studiose eum auscultabant: et præter rerum divinarum scientiam, Græcicæ

Ἐπισκευασας cod. Reg., cui consentit etiam Suidas in voce Ὀριγένης. Nostri tamen codices, Maz., Med. et Fuketianus uno consensu scriptum habent ἐπι-κατασκευάσας. Quæ si vera est lectio, ut certe mihi persuasit, sequitur editionem *Tetraplorum* confectam esse ab Origene post *Hexaplorum* editionem. Hanc enim vim habet verbum ἐπικατασκευάσας. Quod idem est ac si diceret, ἐπι τῇ τῶν Ἑξαπλῶν ἐκδόσει κατασκευάσας. Nam cum Origenes animadvertisset *Hexaplorum* codices nimio sumptu ac labore indigere, *Tetrapla*, quorum usus erat facilius, elucubravit, demptis duabus Hebraici textus editionibus, et quinta sextaque ac septima interpretatione. Hacenus quidem hæc doctorum omnium fuit opinio, *Tetraplorum* codices ante *Hexapla* ab Origene elaboratos fuisse. Ita disertè scribit Usserius in *Synagmate de Septuaginta Interpretum versione*, rap. 5; Salmasius in libro *De lingua Hellenistica*. Verum hic Eusebii locus, ex manuscriptorum codicum fide emendatus, sententiam illorum prorsus evertit.

(6) Πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον. Pessime Rufinus et Christophorus hunc locum verterunt, quasi Symmachus auctoritate Evangelii secundum Matthæum nisus fuerit ut hæresim suam confirmaret. Nec melius Nicephorus hunc locum accepit, qui scribit Symmachum commentarios in Matthæum edidisse. Scio quidem Ebionæos solum Matthæi Evangelium admisisse. Verum illud Ebionæorum Evangelium, non ipsum Matthæi erat ejusmodi nos habemus, sed prorsus adulteratum, et capite ipso, id est Christi genealogia mutilatum, ut docet Epiphanius in eorum hæresi. Quippe Evangelium secundum Hebræos quo ipsi utebantur, ut docet Eusebius in lib. iii, au-

## A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ Συμμάχου τοῦ ἑρμηνέως (Nic. H. E. v, 12).

Τῶν γε μὴν ἑρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἰστέον, Ἐβιωναίων τὸν Σύμμαχον γεγενῆσθαι. Αἴρεσις δὲ ἐστὶν ἡ τῶν Ἐβιωναίων οὕτω καλουμένη, τῶν τὸν Χριστὸν ἐξ Ἰωσήφ καὶ Μαρίας γεγενῆσθαι φασκόντων, ψιλὸν τε ἀνθρώπον ὑπειληφῶτων αὐτὸν, καὶ τὸν νόμον χρῆναι Ἰουδαϊκώτερον φυλάττειν ἀπισχυριζομένων, ὡς πού καὶ ἐκ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἔγνωμεν. Καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον (6), τὴν δεδιλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. Ταῦτα δὲ ὁ Ὀριγένης μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς Γραφὰς ἑρμηνεύων τοῦ Συμμάχου, σημαίνει· παρὰ Ἰουλιανῆς τινας εἰληφέναι, ἦν καὶ φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ Ἀμβροσίου (Nic. H. E. v, 12).

Ἐν τούτῳ καὶ Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν (7) αἰρέσεως, πρὸς τῆς ὑπὸ Ὀριγένους προσευομένης ἀληθείας ἐλεγχθεὶς, καὶ ὡς ἂν ὑπὸ φωτὸς καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁρθοδοξίας προστίθεται λόγῳ· καὶ ἄλλοι δὲ πλείους τῶν ἀπὸ παιδείας, τῆς περὶ τὸν Ὀριγένην φήμης πανταχόσε βοωμένης, ἤσσαν ὡς αὐτὸν, πείραν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τάνδρῳς ληψόμενοι· μυρῖοι τε τῶν αἵρετικῶν, φιλοσόφων τε τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγοι, διὰ σπουδῆς αὐτῷ προσεῖχον (8), μονονουχὶ πρὸς τοῖς θεοῖς, καὶ τὰ τῆς ἑξωθεν

Authenticum Matthæi Evangelium esse dicebant, teste Hieronymo in *Commentariis in Matthæum*. Ἀποτεινόμενος igitur hoc loco recte veritatem, *disputans adversus Evangelium Matthæi*, verum scilicet et nostrum. Musculus vertit *invehendo*, non male. Porro ab hoc Symmacho Ebionæi postea dicti sunt Symmachiani, eo quod Symmachus dogma illorum validissime asseruisset. Ambrosius seu quis alius, in *prologo Commentariorum in Epistolam ad Galatas*: *Sicut et Symmachiani qui ex Pharisæis originem trahunt, qui, servata omni lege, Christianos se dicunt, more Photini Christum non Deum et hominem, sed hominem tantummodo definiunt*. De iisdem Augustinus in lib. i *Contra Cresconium*, cap. 31.

(7) Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν. Idem testatur Origenes in proximo tomii *V Explanationum in Joannis Evangelium*, ubi ipsum Ambrosium alloquitur his verbis: *Ipsa igitur penuria denuntiantium meliora, minime ferens absurdum et privatam fidem tua erga Jesum dilectione, truidideras aliquando teipsum verbis: a quibus data postea tibi intelligentia, usus, prout decebat, damnata heresi discessisti*. Exstat hic Origenis locus in cap. v *Philocaliæ*. Quidam tamen Ambrosium non Valentini, ut Eusebius ait, sed Marcionis hæresim prius sectatum esse scribit. Ita Epiphanius: *Τινὲς δὲ τὸν Ἀμβρόσιον ἔφασαν οἱ μὲν Μαρκεωνιστῆν, οἱ δὲ Σαβελλιανόν*. Ubi *Sabellianum* posuit pro *Valentiniano*.

(8) Προσεῖχον. Id est, auscultandi gratia scholam ejus frequentabant. Hos a discipulis separat Eusebius. Itaque addit, *μονονουχὶ παιδεύμενοι*, id est, *sepe ut discipuli*; quod non intellexit Christophorus.

φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι. Εισῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας (9-10) ἐώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλοσοφία μαθήματα, γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ τὰ ἄλλα προπαιδευόμενα παραδιδούς, εἰς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις προάγων, καὶ τὰ παρὰ τοῦτοις συγγράμματα διηγούμενος, ὑπομνηματίζόμενός τε καὶ θεωρῶν εἰς ἕκαστα, ὥστε μέγαν καὶ παρ' αὐτοῖς Ἑλλησι φιλόσοφον τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι. Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰδιωτικωτέρων ἐνήγειν ἐπὶ τὰ ἐγκύκλια γράμματα, οὐ μικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδεϊότητα εἰς τὴν τῶν θείων Γραφῶν θεωρίαν τε καὶ παρασκευὴν (11). Ὅθεν μάλιστα καὶ ἑαυτῷ ἀναγκαίαν ἤγησαστο τὴν περὶ τὰ κοσμικὰ καὶ φιλόσοφα μαθήματα ἄσκησιν.

percepturos esse ad sacram Scripturarum intelligentiam. Quocirca sæcularis literaturæ et philosophiæ studia sibi quoque imprimis necessaria esse existimavit.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅσα περὶ Ὀριγένους μνημονεύεται  
(Nic. II. E. v, 12, 13).

Μάρτυρες δὲ καὶ τῆς περὶ ταῦτα αὐτοῦ κατορθώσεως, αὐτῶν Ἑλλήνων οἱ κατ' αὐτὸν ἤμαχότιες φιλόσοφοι· ὧν ἐν συγγράμμασι, πολλὴν μνήμην εὑρομεν τοῦ ἀνδρός· τοτὲ μὲν αὐτῷ προσηγορούμεν τοὺς ἐαυτῶν λόγους, τοτὲ δὲ ὡς διδασκάλῳ εἰς ἐπίκρισιν τοῖς ἰδίους ἀναφερόμεν πόνους. Τί δεῖ ταῦτα λέγειν, ὅτε καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστάς Πορφύριος (12), συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐνστησάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰς θείας Γραφὰς διαβάλλειν πεπειραμένος, τῶν τε εἰς αὐτὰς ἐξηγησαμένων μνημονεύσας, μηδὲν μηδαμῶς φαῦλον ἐγκλημα τοῖς δόγμασιν ἐπιβαλεῖν δυνήθεις, ἀπορίᾳ λόγων, ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν τρέπεται καὶ τοὺς ἐξηγητὰς διαβάλλειν, ὧν μάλιστα τὸν Ὀριγένην (13), ὃν κατὰ τὴν νέαν ἡλικίαν ἐγνωκέναι φήσας, διαβάλλειν μὲν πειρᾶται. Συνιστῶν δὲ ἄρα τὸν ἄνδρα ἐλάνθανε, τὰ μὲν ἐπαληθεύων, ἐν οἷς οὐδ' ἑτέρως αὐτῷ λέγειν ἦν δυνατόν, τὰ δὲ καὶ ψευδόμενος, ἐν οἷς λήσεσθαι ἐνόμιζε· καὶ τοτὲ μὲν ὡς Χρι-

(9-10) Ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας. Ex discipulis suis scilicet. Itaque in interpretatione mea has duas voces addidi, ad planiorem intelligentiam huius loci quem non intellexerunt interpretes. Solus Rufinus sensum Eusebii assecutus est, cuius versio commentarii vicem hic præstat. Sic enim vertit: *Philosophorum quoque opinatissimi quique, tam in nostris eum, quam in suis magistrum incomparabilem ferebantur. Erat namque ei mos iste, ut si quos nostrorum adolescentulorum ingeniosos videret et lectioni satis deditos, traderet eis etiam ea quibus philosophi velut primis elementis discentes imbuerent solent*, etc.

(11) Θεωρίαν τε καὶ παρασκευὴν. Hoc loco verba sunt transposita more Eusebiano. Amat enim Eusebius, ut jam monuimus, huiusmodi trajectiones vocum. Quod cum non animadvertissent interpretes, in errore sæpe lapsi sunt. Sic igitur construendus est hic locus: Οὐ μικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδεϊότητά τε καὶ παρασκευὴν, εἰς τὴν τῶν θείων Γραφῶν θεωρίαν.

(12) Ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστάς Πορφύριος. Porphyrius primum quidem Athenis Longinum audivit Platonice sectæ philosophum. Deinde Plotini fama excitus, Romam venit, ubi cum Plotinum audiisset sexennio, valetudinis recuperandæ causâ migravit in Siciliam, atque illic quindecim libros proposuit adversus Christianos. Hieronymus

quoque philosophiæ præcepta quasi discipuli ex illo percipiebant. Quoscunque enim ex discipulis solertia et acumine ingenii præditos animadvertent, eos in philosophiam introducebat, geometriam illis tradens et arithmetica aliasque prævias disciplinas: inde ad varias philosophorum sectas eos perducens, et libros a 219 veteribus philosophis conscriptos exponens; commentarios quoque in singulos scribens, et reconditos sensus penitus inquirens, adeo ut apud ipsos etiam gentiles summus philosophus pronuntiaretur. Ex rudioribus vero atque hebetioris ingenii discipulis, multos ad humaniorum artium studia cohortabatur, asserens non mediocrem illos facultatem ex huiusmodi studiis

B

#### CAPUT XIX.

Quæ de Origene a gentilibus commemorata sint.

Quantum porro in iis studiis excelluerit, testes sunt ipsi gentilium philosophi qui ejus ætate flourerunt. Quorum in libris crebram huius viri mentionem fieri deprehendimus, dum vel proprios libros ei nuncupant, vel eosdem examinandos tanquam ad magistrum suum dirigunt. Sed quid de iis dico, quando et ipse Porphyrius, qui nostra propemodum memoria in Sicilia degens, contra fidem nostram libros conscripsit, in quibus divinas Scripturas calumniari conatus est, mentionem faciens eorum qui illas interpretati sunt, cum dogmata ipsa atque assertiones nullatenus posset reprehendere, præ rationum inopia ad convicia conversus, interpretes ipsos criminatur. Ex quibus præcipue Origenem, quem sibi adhuc adolescenti cognitum esse dicit, calumniari quidem nititur; revera tamen hominem imprudens commendat; partim vera dicendo, ubi aliter dicere non poterat; partim mentiendo, quo-

*De script. eccl.*, Eusebii libros enumerans: *Contra Porphyrium qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant libri 30.* Eodem alludit in præfatione *Commentariorum in Ezechielem*, his verbis: *Verum quia et tu indesinenter hoc flagitas, et magno vulnere cicatrix paulatim obducitur, scorpiusque inter Enceladum et Porphyrium Trinacriæ humo premitur*, etc., ubi scorpii nomine Rufinum designat, qui capta urbe in Siciliam se receperat, ut ipse testatur in epistola ad Ursatum, quam præfixit interpretationi *Homiliarum Origenis in libros Numerorum*. De iisdem Porphyrii libris Chrysostomus in homilia 6 in *Epistolam ad Corinthios*: Ἰκανοὶ οὐ καθ' ἡμῶν εἰρηκότες, τὴν ἀρχαῖότητα μαρτυρῆσαι τοῖς βιβλίοις, οἱ περὶ Κέλσον καὶ τὸν Βατανεώτην. Ubi *Bataneotem* vocat Porphyrium, sicut et Hieronymus.

(13) Ὁν μάλιστα τὸν Ὀριγένην. Post hæc verba scripti codices nostri punctum alius notant, non virgulam, ut est in editione Rob. Stephani. Leve id quidem prima fronte videri potest; verum nisi ita interpungas ut est in scriptis codicibus, quæ sequuntur verba minime cohererebunt. Aut enim delendus erit articulus postpositivus qui sequitur ὃν, aut pro φήσας emendandum erit φησά; si vero interpunctionem scriptorum codicum sequi malis, tum planissimus erit sensus, nec ulla emendatione opus erit.

ties se latere posse sperabat. Interdumque eum, utpote Christianum, accusat: interdum eximiam ejus doctrinam in philosophicis admiratur et prædicat. Sed ipsa illius verba, si placet, audiamus: « Quidam, inquit, requiritæ Judaicarum Scripturarum solutionem potius quam desertionem investigare cupientes, ad expositiones quasdam conversi sunt male cohærentes, nec Scripturis ipsis satis accommodatas: quæ non defensionem peregrinæ illius sectæ, sed potius approbationem et laudem suæ ipsorum doctrinæ continerent. Postquam enim ea quæ a Mose apertissime dicta sunt, figuras quasdam atque adumbratas imagines esse **220** jactarunt, ac veluti oracula arcanis plena mysteriis divino quodam cultu prosecuti sunt, hujusmodi vanitatis præstigiis mentis acie quodammodo fascinata, expositiones suas deinceps proferunt. » Et aliquanto post: « Hujus autem absurditatis exemplum sumatur ex eo viro quem ego admodum adolescens videre aequiui, qui et tunc temporis maximam laudem adeptus fuerat, et nunc quoque ob ea quæ reliquit ingenii sui monumenta magnopere comprobatur: Origene scilicet, cujus gloria apud doctrinæ hujus magistros eximia habetur. Hic enim cum au-

(14) *Θαυμάζω και διαγράφω*. Duæ priores voces absunt a codice Maz., Med. et Fulk., nec videntur admodum necessariae.

(15) *Τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς*. Male Rufinus et Christophorus animi sui iudicium interpretantur. Langus quoque eodem modo verba Porphyrii intellexit. Verum non ea mens est Porphyrii. Intellexit enim Porphyrius auditorum seu potius legentium animos, verborum magnificentia ab illis interpretibus perstrictos fuisse et quasi fasci-

(16) *Νέος ὡρ ἐντετύχηκα*. Vincentius Lirinensis in cap. 23 male hæc Eusebii verba accepit. Sic enim scribit de Origene: *Ait namque impius ille Porphyrius, exitum se fama ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse, ibique eum vidisse jam senem*, etc. Atqui Porphyrius non dicit Origenem ab se visum esse Alexandriæ jam senem. Equidem libentius crediderim Origenem a Porphyrio adhuc puero visum esse in urbe Tyro, in qua Origenes relicta Alexandria diutissime commoratus est. Fuit enim Porphyrius patria Tyrius, ejusque adolescentia in ea tempora incidit quibus Origenes Tyri morabatur. Senem autem illum Alexandriæ videre quomodo potuit Porphyrius, cum eo tempore quo ex Alexandria discessit Origenes novum quinquagesimum ætatis annum attingisset?

(17) *Ἀκροατὴς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου*. Ammonii Alexandrini celeberrimi illius philosophi de quo ad librum xxii Ann. Marcellini plura adnotavi, auditorem fuisse Origenem Adamantium, Porphyrio tam disertè id affirmanti credendum est. Verum inter Ammonii auditores fuit etiam eodem tempore alter Origenes, Herennii ac Plotini condiscipulus, de quo Porphyrius in *Vita Plotini*, Longinus in libro *De fine*, Eusebius et Hierocles in libro *De Providentia*, et alii loquuntur. Baronius quidem in *Annalibus* et Lucas Holstenius vir doctissimus in 2 et 6 capite *De vita scriptisque Porphyrii*, hunc Origenem unum eundemque esse cum Origene Adamantium crediderunt. Verum ego duobus potissimum argumentis adductus, longe ab his dissentio. Primum ducitur ex testimonio Longini philosophi, qui in libro *De fine* Ammonium et Origenem Platonicos

στανου κατηγορων, τοτε δε την περι τα φιλοσοφα μαθηματα επιδοσιν αυτου θαυμάζω και διαγράφω (14). Ἄκουε δ' οὖν ἃ φησι κατὰ λέξιν· « Τῆς δὲ μοθηρίας τῶν Ἰουδαϊκῶν Γραφῶν οὐκ ἀπόστατιν, λύσιν δέ τινες εὐρεῖν προθυμηθέντες, ἐπ' ἐξηγήσεις ἐτρέποντο ἀσυγκλώστους καὶ ἀναρμόστους τοῖς γεγραμμένοις, οὐκ ἀπολογίαν μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ὀνειῶν, παραδοχὴν δὲ καὶ ἐπαινον τοῖς οἰκείοις φερούσας. Αὐνίγματα γὰρ τὰ φανερώς παρὰ Μωυσεὶ λεγόμενα εἶναι κομπάσαντες, καὶ ἐπιθειάσαντες ὡς θεσπίσματα πλήρη κρυφῶν μυστηρίων, διὰ τε τοῦ τύφου τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς (15) καταγοητεύσαντες, ἐπάγουσιν ἐξηγήσεις. » Εἶτα μεθ' ἑτέρα φησιν· « Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας, ἐξ ἀνδρός ἢ καγὼ κοιμηθὴ νέος ὢν ἐτι ἐντετύχηκα (16), σφόδρα εὐδοκιμήσαντος, καὶ ἐτι δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος παρελθῶν Ὀριγένους, οὗ κλέος παρὰ τοῖς διδασκάλοις τούτων τῶν λόγων μέγα διαδέδοται. Ἀκροατὴς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου (17) τοῦ πλείστην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἐπίδοσιν ἐν φιλοσοφίᾳ ἐσχηκός τις γεγονός, εἰς μὲν τῆν τῶν λόγων ἐμπειρίαν, πολλὴν παρὰ τοῦ διδασκάλου τῆν ὠφέλειαν ἐκτήσατο, εἰς δὲ τῆν ὀρθὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, τῆν ἐναντίαν ἐκεῖνῳ τοῦ βίου πορείαν ἐποίησατο. Ἀμμώνιος μὲν γὰρ Χριστιανός

philosophos recenset inter eos qui sententias et opiniones suas ad utilitatem posterorum scriptis mandare noluerunt, sed satis habuerunt eas auditoribus suis viva, quod aiunt, voce tradere. Quod si quid ab aliquo eorum scriptum sit (verba sunt Longini) quemadmodum ab Origene liber unus *De dæmonibus*, hæc sane parvi momenti sunt, quippe qui perfunctorie nec data opera ad scribendum se contulisse videantur. Quis hæc de Origene Adamantio dicta esse credat, quem constat *πολυγραφώτατον* fuisse, ut indices ejus librorum ab Eusebio conscripti testantur. Sed et ipse Porphyrius in hoc loco qui ab Eusebio adducitur, ait Origenem celeberrimum fuisse ob scripta quæ posteris reliquit, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος. Secundum argumentum nobis subministravit Porphyrius in *Vita Plotini philosophi*, haud procul ab initio, cujus verba ex interpretatione Ficini hic apponam: *Cum vero Herennius et Origenes, et Plotinus olim inter se constitissent, ne Ammonii dogmata ederent, quæ audita ab illo, tanquam imprimis purgata præcipue comprobaverant: Plotinus quidem stetit promissis, Herennius autem primus pacta dissolvit; et Origenes Herennium est seculus. Scripsit vero nihil præter quemdam de dæmonibus librum, atque sub Gallieno librum, in quo regem solum effectorem esse probabat.* Hic postremus liber in laudem Gallieni imperatoris ab Origene conscriptus videtur, ut poetica enim ejus facultatem prædicaret. Fuit enim Gallienus poetice deditus, exstantque aliquot ejus versus nuptiales inter fragmenta Petronii Arbitri. Eo enim alludere videtur titulus libri, ὅτι μόνος ποιητῆς ὁ βασιλεύς. Quod si verum est Origenem hunc Plotini condiscipulum librum illum scripsisse imperante Gallieno, profecto ab Origene Adamantio distinguendus est necessario. Adamantius enim Origenes ad usque imperium Gallieni minime pervenit, cum Gallo et Volusiano imperantibus obierit, anno natalis Domini 252, ut recte a Baronio observatum est, cum annum ætatis nonum et sexagesimum transeisset.

ἐν Χριστιανοῖς ἀνατραφεῖς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε τοῦ A  
 φρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἤψατο, εὐθύς πρὸς τὴν  
 κατὰ νόμους πολιτεῖαν μετεβάλετο, Ὁριγένης δὲ  
 Ἑλλήν ἐν Ἑλληνσι παιδευθεὶς λόγοις, πρὸς τὸ βάρβα-  
 ρον ἐξώκειλε τόλμημα (18). Ὡ δὲ φέρων αὐτόν τε  
 καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἔξιν ἐκαπήλευσε (19), κατὰ  
 μὲν τὸν βίον, Χριστιανῶς ζῶν καὶ παρανόμους, κατὰ  
 δὲ τὰς περὶ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ Θεοῦ διέξας,  
 ἑλληνίζων τε καὶ τὰ Ἑλλήνων τοῖς ὀνόμασι ὑπο-  
 καλλόμενος μύθοις (20). Συνῆν τε γὰρ αὐτῷ Πλά-  
 τωνα, τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου (21), Ἀπολλο-  
 φάνους (22) τε καὶ Λογγίνου (23), καὶ Μοδεράτου (24),  
 Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἑλ-

(18) Πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα.  
 Christianorum ac Judæorum religionem gentiles B  
 barbaram vocabant, ut ex Justino, Tatiano aliisque  
 constat. Quidquid enim Græcum non esset, id vo-  
 cabant barbarum. Porro τόλμημα, id est *audaciam*,  
 Porphyrius appellat *fiduciam* et *magnitudinem animi*  
*Christianorum*, qui tormenta ipsamque adeo mor-  
 tem despiciebant, morique malebant millies, quam  
 Christi fidem negare et diis gentium sacrificare.  
 Hæc est, quod *audaciam barbaricam* vocat Porphy-  
 rius; deos scilicet Romanorum et edicta impera-  
 torum contemnere.

(19) Ἐκαπήλευσε. Metaphora est a cauponibus,  
 qui vina inter se miscere et adulterare solent. Quo  
 sensu Paulus apostolus, *non cauponantes verbum*  
*Dei*. Recte ergo Rufinus vertit, *quo se conferens*,  
*omne illud præclarum ingenium philosophicis litteris*  
*expositum vitiauit atque corrupit*. Videtur autem le-  
 gisse Rufinus, ὅ φ δὲ φέρων αὐτόν, καὶ τὴν ἐν τοῖς  
 λόγοις ἔξιν ἐκαπήλευσε. Quod profecto rectius vi-  
 detur. Neque enim video quomodo dici possit αὐτόν  
 ἐκαπήλευσε. Forte etiam legi posset, ὅ φ δὲ φέρων  
 αὐτόν, αὐτό τε καὶ τὴν, etc., αὐτό, id est τὸ βάρ-  
 βαρον τόλμημα. Sensus autem si hoc modo lega-  
 mus, erit illustris. Origenes, inquit, cum se a Græ-  
 corum philosophia ad Christianam sectam contulis-  
 set, et hanc ipsam, et quem in philosophicis usum  
 sibi comparaverat, vitiauit atque corrupit.

(20) Ὑποκαλλόμενος μύθοις. Metaphora est a  
 cauponibus seu dolosis institoribus, qui falsum pro  
 vero supponentes, emptorem circumveniunt. Pergit  
 enim explicare Porphyrius, quo pacto Origenes  
 ἐκαπήλευσε, id est fucum fecit, non autem, ut  
 Langus et Christophorsonus, ad quamvis abusus  
 est. Et sectam, inquit, Christianam ad quam se  
 contulerat, et usum quem adeptus erat in philo-  
 sophia, vitiauit, foris quidem vivens ut Christia-  
 nus, intus vero eadem sentiens quæ Græci, eor-  
 umque opiniones pro barbaris Judæorum et Chri-  
 stianorum fabulis in libris suis supponentes atque  
 substituens. Christophorsonus nihil hic vidisse  
 satis ostendit Latina ejus interpretatio.

(21) Τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου. Certe  
 Origenes in libris *contra Celsum* citat interdum  
 Numenium philosophum. Fuit hic Pythagoricus  
 philosophus oriundus Apamea Syriæ, cujus cele-  
 berrimum illud dictum refert Clemens Alexandrinus  
 in libro decimo *Stromatei*: *Quid aliud, inquit, est*  
*Plato quam Moyses Attice loquens?* Scripserat tres  
 libros *Περὶ τὰγαθοῦ*, et alium *Περὶ τῶν παρὰ*  
*Πλάτωνι ἀπορρήτων*, qui citantur ab Eusebio in  
 libris *De præparatione*. Citatur ab eodem Eusebio  
 in libro decimo quarto *De præparatione*, insigne  
 fragmentum ex ejusdem Numenii libro *De Acade-*  
*micorum a Platone disensione*. Sed et Origenes in  
 libro quarto *contra Celsum*, librum ejus *De Numeris*  
 et librum *De loco* commemorat, et alium cui titulus  
 erat Ἐπόπτης, quem quidem eundem esse exi-  
 stimo cum illo quem Eusebius nominat *Περὶ τῶν*

ditor fuisse Ammonii illius qui nostra ætate ma-  
 ximos progressus in philosophia fecerat: quod qui-  
 dem ad doctrinam pertinet philosophiæ, plurimum  
 ex magistri sermonibus profecit; quod vero spectat  
 ad rectum vitæ institutum atque propositum, plane  
 contrariam viam ingressus est. Quippe Ammonius  
 cum Christianus inter parentes Christianos educa-  
 tus fuisset, simul atque per ætatem sapere potuit  
 et philosophiæ limen attingere, statim ad vivendi  
 rationem legibus consentientem descendit. Origenes  
 vero, cum gentilis esset et gentilium innutritus dis-  
 ciplinis, ad barbaram declinavit audeciam: cui  
 seipsum mancians, et se et quem adeptus fuerat

παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων. Ἐγὼ δ' οἶδα καὶ Νου-  
 μήνιον τὸν Πυθαγόρειον, ἄνδρα πολλῷ κρεῖττον διη-  
 γησάμενον Πλάτωνα, καὶ τῶν Πυθαγορείων δογμά-  
 των περσεύσαντα, πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων  
 αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωυσέως, ὡσπερ ἐν τῷ κα-  
 λουμένῳ ἔποπι, scribendum ruo ἐπόπτη. Locus  
 autem ita vertendus est: *Equidem Numenium Py-*  
*thagoricum, qui longe melius quam Celsus Platonem*  
*exposuit, et Pythagoræ dogmata defendit*, etc. Δηγη-  
 σάμενος enim idem valet ac ἐξηγησάμενος, ut no-  
 tavi ad caput 14 hujus libri. Numenius igitur Py-  
 thagoræ et Platonis dogmata inter se consentire  
 demonstravit. Unde ab aliis Pythagoricus, ab aliis  
 Plonicus appellatur. Certe Porphyrius in *Plotini*  
*Vita*, Cronium et Numenium, inter philosophos Pla-  
 tonicos recenset: Ἀνεγινώσκατο μὲν αὐτῷ τὰ ὑπο-  
 μνήματα εἰτε Σεθέρου εἴη, εἰτε Κρονίου, ἢ Νου-  
 μηνίου, ἢ Γαίου, ἢ Ἀττικῶς, κἄν τοῖς Περιπατη-  
 τοῖς τὰ τε Ἀσπασίου καὶ Ἀλεξάνδρου. Longinus  
 etiam in libro *De fine*, Numenium, Cronium et Mo-  
 deratum inter eos nominat philosophos qui Pytha-  
 goræ simul et Platonis dogmata conjunxerunt. Idem  
 confirmat Chalsidius in *Timæum* Platonis, et Æneas  
 Gazensis in *Theophrasto*. Chronii philosophi liber  
*Περὶ παλιγγενεσίας* citatur a Nemesio in libro *De*  
*natura hominis*, capite 2.

(22) Ἀπολλοφάνους. Inter philosophos ex quibus  
 Stobæus ἐκλογὰς suas composuit, nominatur Ἀπολ-  
 λοφάνης Αἰγυπτίος.

(23) Καὶ Λογγίνου. Hic est Cassius Longinus,  
 cujus unicus hodie liber restat, *De sublimi genere*  
*dicendi*. Et hunc quidem plerique homines gram-  
 maticum fuisse existimant. Fuit tamen professione  
 philosophus, ut præter Suidam testatur Vopiscus  
 in *Aureliano*. Eumque in philosophia Platonica  
 magistrum habuit Athenis Porphyrius, ut ipsemet  
 scribit in libro *De philosophica auscultatione*, cujus  
 initium legitur apud Eusebium in lib. x *Præpara-*  
*tionis*: Τὰ Πλάτωνεια ἐπιτῶν ἡμῶς ὁ Λογγίνος  
 Ἀθήνησι, etc. Id est, *Cum in Platonis natalitiis*  
*Longinus nobis epulum præberet Athenis*, etc. So-  
 lebant enim magistri ac professores philosophiæ  
 Platonici natalem Platonis quotannis sacrificio et  
 convivio celebrare, teste Porphyrio in *Plotini Vita*.  
 Quod cum a Longino factum sit Athenis, apparet  
 illum philosophiæ Platonici præceptorem fuisse.  
 Sed et Plotini dictum illud, cum Longini liber *De*  
*principiis* Romæ in schola Plotini fuisset recitatus,  
 Longinum philologum magis esse quam philoso-  
 phum; satis significat, Longinum professione qui-  
 dem philosophum fuisse, sed in eloquentia atque  
 in omni genere doctrinæ nihilominus exercitatum.  
 Porro Longinus eadem ætate vixit qua Origenes,  
 eoque junior fuit, et diu post illum est mortuus.  
 Miror itaque, cur Porphyrius eum inter vetustiores  
 philosophos nominet, quorum scripta Origenes  
 lectitabat.

(24) Καὶ Μοδεράτου. Hic Moderatus, Gadibus  
 oriundus, undecim libros *Πυθαγορείων σχολῶν*

usum in philosophia, adulteravit : quantum quidem ad mores, Christiano ritu et adversus legum præscripta vivens ; quantum vero ad opiniones de rebus ipsis ac de Deo spectat, græcizans, et Græcorum seu gentilium sermones peregrinis supponens fabulis. Versabatur enim assidue cum Platone. Numenii quoque, Cronii, Apollophanis et Longini, Moderati etiam ac Nicomachi, et aliorum qui inter Pythagoricos præcipui habentur, scripta quotidie habebat in manibus. Adhibebat etiam Chæremonis Stoici et Cornuti libros. A quibus cum allegoricum in explicandis Græcorum mysteriis modum didicisset, eum Judaicis Scripturis adhibuit. Hæc Porphyrius in libro tertio ejus operis quod adversus Christianos composuit. Qui de viri quidem illius studio et multiplici doctrina verissime pronuntiavit. Sed in eo manifestissime mentitus est (quomodo enim non mentiretur qui adversus Christianos scribebat ?) quod ipsum quidem a gentilibus ad Christianos transiisse dicit ; Ammonium vero a veri Numinis cultu ad gentilium ritum se contulisse. Nam et Origenes Christianæ fidei doctrinam a majoribus suis acceptam servavit, ut in superioribus 221 ostendimus ; et Ammonius divinæ philosophiæ præcepta ad extremum usque terminum vitæ integra atque immota retinuit. Testantur id etiamnum lucubrations viri illius ob ea quæ reliquit ingenii monumenta celeberrimi, exempli gratia liber ille cui titulus est : *De consensu Moysis ac Jesu*, et quicumque alii apud studiosos reperiuntur. Atque hæc a nobis dicta sint, tum ad convincendam mendacissimi hominis calumniam, tum ad eximiam Origenis in Græcicis disciplinis eruditionem declarandam. De qua ipse in epistola quadam adversus eos qui nimium ejus studium erga hujusmodi disciplinas reprehendebant, seipsum purgans ita scribit : Cum vero totum me addixissem verbo Dei, ac de nostra

conscripserat, teste Porphyrio in libro *De vita Pythagoræ* et Stephano in voce *Γάδαρα*. Corruptum est hujus nomen in Commentariis Syriani, cognomento Philoxeni, in XII *Metaphysicis* Aristotelis, pag. 91, ubi Oderatus et Nicomachus inter recentiores Pythagoricos numerantur. De Nicomacho Photius in *Bibliotheca* et Suidas.

(25) *Καὶ Χαϊρήμωνος*. Chæremonis Stoici librum *De cometis* laudat Origenes in libris *Contra Celsum*. Hic Chæremon philosophiam docuit Alexandriæ, et successorem habuit Dionysium Alexandrinum, ut docet Suidas in *Dionysio*. Restituendum est hoc nomen in libro septimo *Nat. Quæst.* Senecæ, capite 5 : *Charimander quoque librum De cometis scripsit*. Scribendum est *Chæremon*. De hoc Hieronymus in libro secundo *Adversus Jovinianum* ita scribit : *Chæremon Stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis, semper in templo fuerint, etc.* Qui locus Hieronymi totus desumptus est ex Porphyrii lib. IV *De abstinentia*. Exstat epigramma Martialis in hunc Chæremonem Stoicum, libro undecimo, epigrammate 58, ex quo apparet circa tempora Trajani illum vixisse.

(26) *Κουρνούτου τε ταῖς βίβλοις*. Cornutus Afer, Leptitanus, Romæ philosophiam docuit Claudii Neronis temporibus. Scripsit multa tum de philosophia, tum de eloquentia, ut refert Suidas. Huc

λογίμων ἀνδρῶν ὠμίλει συγγράμμασιν· ἐχρήτο δὲ καὶ Χαϊρήμωνος (25) τοῦ Στωϊκοῦ, Κουρνούτου τε ταῖς βίβλοις (26). Παρ' ὧν τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ' Ἑλλήσι μυστηρίων γνῶνς τρόπον, ταῖς Ἰουδαϊκαῖς προσέψε Γραφαῖς. Ταῦτα τῷ Πορφυρίῳ κατὰ τὸ τρίτον σύγγραμμα τῶν γραφέντων αὐτῷ κατὰ Χριστιανῶν εἴρηται, ἐπαληθεύσαντι μὲν περὶ τῆς τάνδρως ἀσκήσεως καὶ πολυμαθείας, ψευσαμένῳ δὲ σαφῶς (τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ κατὰ Χριστιανῶν;) ἐν οἷς αὐτὸν μὲν φησὶν ἐξ Ἑλλήνων μετατεθεισθαι, τὸν δ' Ἀμμώνιον ἐκ βίου τοῦ κατὰ τὴν θεοσέβειαν, ἐπὶ τὸν ἔθνικον τρόπον ἐκπεσεῖν. Τῷ τε γὰρ Ὀριγένει τὰ τῆς κατὰ Χριστὸν διδασκαλίας ἐκ προγόνων ἐσώζετο, ὡς καὶ τὰ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἐδήλου, τῷ τε Ἀμμωνίῳ τὰ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραια, καὶ ἀδιάπτωτα, καὶ μέχρις ἐσχάτης τοῦ βίου διέμενε τελευτῆς, ὡς πού καὶ οἱ τάνδρως εἰσέτι νῦν μαρτυροῦσι πόνοι, δι' ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων παρὰ τοῖς πλείστοις εὐδοκιμοῦντος· ὡς περ οὖν καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος *Περὶ τῆς Μωσθεῶς καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας*, καὶ ὅσοι ἄλλοι παρὰ τοῖς φιλοκάλοις εὑρηγται. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς παράστασιν ἐγκείσθω (27), τῆς τε τοῦ ψευδηγόρου συκοφαντίας, καὶ τῆς Ὀριγένους καὶ περὶ τὰ Ἑλλήνων μαθήματα πολυπειρίας· περὶ τῆς πρὸς τινὰς μεμφαμένους αὐτῷ διὰ τὴν περὶ ἐκεῖνα σπουδὴν ἀπολογούμενος, ἐν ἐπιστολῇ τινι ταῦτα γράφει· « Ἐπεὶ δὲ ἀνακειμένῳ μοι τῷ λόγῳ, τῆς ἐφ' ἡμῶν διατρεχούσης περὶ τῆς ἕξεως ἡμῶν, προσέειπεν ὅτι μὲν αἰρετικοὶ, ὅτι δὲ οἱ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ἔδοξεν ἐξετάσαι τὰ τε τῶν αἰρετικῶν δόγματα, καὶ τὰ τῶν φιλοσόφων περὶ ἀληθείας λέγειν ἐπαγγελλόμενα. Τοῦτο δὲ πεποιήκαμεν, μιμησάμενοι τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείνοις ἐσχηκότα παρασκευὴν, καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτέρῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν· ὅτινα εὔρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ (28) τῶν φιλοσόφων

Persius quintam satyram tanquam magistro suo dicavit. Ejus liber *De Græcorum theologia* citatur ab auctore *Etymologici*, in voce *Zeús*. Is ipse est liber qui primum ab Aldo Manutio Græce est editus sub nomine Phornuti, cum *Carnutus* scribi debeat, ut docet auctor *Etymologici*. Quippe locus ille qui citatur in *Etymologicis*, exstat hodie apud Phornutium in capite primo. Hunc libellum olim manuscriptum vidimus in bibliotheca Memmiana, sed nulum erat nomen auctoris. Ex eo autem libro apparet, Cornutum allegoricas sectatum fuisse. Quare Porphyrius merito illum recenset inter philosophos qui tropologicum sensum adamarunt. Ejusdem libri meminit Theodoritus in libro secundo *De curatione Græcarum affectionum* : Κορνούτος δὲ ὁ φιλόσοφος, τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ζυγτέθεικε.

(27) *Εἰς παράστασιν ἐγκείσθω*. Codex Fnk. et Medicæus habent *κείσθω*, et mox τὰ Ἑλλήνων μαθήματα, cui consentit codex Maz., quod quidem ad posteriorem locum pertinet.

(28) *Εὔρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ*. Ex his verbis colligere est, Origenem eodem magistro quo Heraclam usum esse in philosophia. Vocabatur autem ille Ammonius, ut Porphyrius supra dixit, vir sui temporis philosophorum celeberrimus. De quo nihil attinet hic ea repetere quæ notati ad Amm. Marcellinum.

μαθημάτων, ἤδη πέντε ἔτεσιν αὐτῷ προσκαρτερήσαντα, πρὶν ἐμὲ ἄρξασθαι ἀκούειν ἐκείνων τῶν λόγων. Διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα, μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ (29), βιβλία τε Ἑλλήνων κατὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν. » Καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ περὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀσχίσεως ἀπολογουμένῳ εἰρηγται. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ἐπ' Ἀλεξανδρείας αὐτῷ τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, ἐπιστάς τις τῶν στρατιωτικῶν, ἀνείδου γράμματα Δημητρίῳ τε τῷ τῆς παροικίας ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ τότε τῆς Αἰγύπτου ἐπάρχῳ, παρὰ τοῦ τῆς Ἀραβίας ἡγουμένου, ὡς ἂν μετὰ σπουδῆς ἀπάσης τὸν Ὀριγένην πέμψοιεν κοινῶν ἰστοντα λόγων αὐτῷ. Τοιγαροῦν προπεμφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν Ἀραβίαν. Οὐκ εἰς μακρὴν δὲ τὰ τῆς ἀφίξεως εἰς πέρας ἀγαθῶν, αὐθις ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανήκει. Χρόνου δὲ μεταξὺ διαγενομένου, οὐ σμικροῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀναρρηπισθέντος πολέμου, ὕπεξελθὼν τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ μηδὲ τὰς κατ' Αἰγύπτου διατριβὰς ἀσφαλεῖς ἑαυτῷ ἡγούμενος, ἐλθὼν ἐπὶ Παλαιστίνης, ἐν Καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἐνθα καὶ διαλέγεσθαι, τὰς τε θείας ἐρμηνεύειν Γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας (30) οἱ τῆδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσβυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἤξιουν. Ὁ καὶ αὐτὸ γένου' ἂν ἐκδηλον, ἀφ' ὧν περὶ τούτου Δημητρίῳ γράφοντες, Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ θεόκτιστος ὁ Καισαρείας, ὡδὲ πως ἀπολογούνται. Προσέθηκε δὲ (31) τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἤκούσθη, οὐδὲ νῦν γεγέννηται, τὸ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὀμιλεῖν, οὐκ οἷδ' ὅπως (32) προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. Ὅπου γοῦν εὐρίσκονται οἱ ἐπιτρεῖται πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπιτόπων ὡσπερ ἐν Λαράνδοις Εὐέλπιδι ὑπὸ Νέωνος, καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλίνῳ ὑπὸ Κέλσου, καὶ ἐν Συννάδοις (33) Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικῷ τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. Εἰκόσ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι. » Τοῦτον καὶ ἐτι νέος ὢν ὁ δη-

A eruditione fama jam crebrior spargeretur, confluentibus ad me nunc hæreticis, nunc Græcarum disciplinarum studiosis, et maxime philosophis: scrutari hæreticorum dogmata, et quæcumque a philosophis de veritate jactantur, excutere constitui. Atque hoc fecimus, tum Pantæni illius qui ante nos multis profuit, exemplum secuti, qui quidem hujusmodi cognitione non mediocriter instructus fuit: tum Heraclæ qui nunc inter presbyteros Alexandrinæ sedet Ecclesiæ: quem ego apud magistrum philosophiæ reperi, quintum jam annum ei operam dantem, priusquam ego ejusmodi doctrinam auscultare cœpisssem. Atque in circo cum vulgari veste antea usus fuisset, ea deposita, philosophicum induit habitum, quem etiamnum retinens, B Græcorum libros studiose evolvere non desistit. » Hæc ab Origene dicta sunt, ut studium illud quod Græcis disciplinis impenderat, excusaret. Sub idem tempus cum Alexandriæ moraretur, miles quidam adveniens, Demetrio Ecclesiæ episcopo, et præfecto Ægypti litteras a duce Arabiæ detulit, quibus posebat ut confestim ad se Origenem mitterent, qui doctrinam suam ipsi communicaret. Missus igitur ab illis Origenes, in Arabiam perrexit. Nec multo post, perfecto cujus causa venerat negotio, Alexandriam regressus est. Aliquanto post tempore cum Alexandriæ gravissimum bellum excitatum fuisset, clam inde aufugiens, ac ne in Ægypto 222 quidem commorari tutum ratus, Palestinam petiit, et Cæsareæ domicilium fixit. Ubi etiam ab illius regionis episcopis rogatus est, ut publice in Ecclesia dissereret, et divinas Scripturas, tametsi nondum presbyter ordinatus, exponeret. Atque id manifestum fuerit vel ex iis quæ Alexander Hierosolymorum et Theoclistus Cæsariensis episcopus ad Demetrium pro hujus facti defensione scribunt in hunc modum: Quod vero in litteris tuis adjecisti, nunquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut præsentibus episcopis laici concionarea-

(29) Μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ. Ex his apparet, nullum etiam tum peculiarem fuisse vestitum clericorum, quandoquidem Heraclas Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et qui postea ejusdem loci episcopus fuit, philosophicum pallium semper retinuit.

(30) Ἐπὶ τοῦ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας. Hinc colligitur Origenem, qui catechetes fuerat Alexandriæ, in privato auditorio, non autem in ecclesia catechumenos instituisse. Neque enim Alexandro et Theoclisto episcopis id obijceret Demetrius, quod Origenem in ecclesia docere jussissent, si Alexandriæ idem ab Origene factum fuisset. Quare fallitur Rufinus, qui in cap. 3 hujus libri ita scribit: Videns Demetrius episcopus quod ad ipsum præcipue doctrinæ gratia et prædicationis verbi Dei, multitudines plurimæ convolarant, catechizandi ei, id est, docendi magistrum in Ecclesia tribuit.

(31) Προσέθηκε δέ. Alloquebantur Demetrium in tertia persona, idque honoris causa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἀγιότης, sanctitas tua. Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus.

(32) Οὐκ οἷδ' ὅπως. Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum episcopo, viri disertissimo, unde singulari numero loquitur οὐκ οἷδα, quamvis non tantum suo, sed et Cæsariensis episcopi nomine litteras scribat.

(65) *Τὸν πάντα χρόνον*. Codex Medicæus addit ὡς ἔπος εἰπεῖν. Quod confirmare videtur Rufinus. Eadem verba reperi etiam in codd. Maz., Fuk. et Sav. Cæterum in hujus loci distinctione variant nostri codices. Nam Regius quidem uno tenore scribit *προσανέχοντες αὐτῷ ὅτι διδασκάλω*, et sic Nicephorus. Reliqui codices post vocem αὐτῷ moram adhibent.

auscultantes, soli interpretationem sacræ Scripturæ, ac reliquum omne ecclesiasticæ doctrinæ officium permiserunt.

### CAPUT XXVIII.

#### *De persecutione sub Maximino.*

Interea cæso Alexandro imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum succedit Maximinus. Qui, gravi odio succensus adversus familiam Alexandri in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos Ecclesiarum antistes, utpote evangelicæ prædicationis auctores, interficijussit. Quo tempore Origenes librum *De martyrio* composuit, quem Ambrosio et Protocletio Cæsariensis Ecclesiæ presbytero dedicavit, eo quod uterque in ea persecutione non mediocri discrimen subierat. Unde et maximam gloriam ob confessionem nominis Christi ambo retulisse perhibentur, cum Maximinus non plus quam 229 triennii spatium perdurasset. Hujus porro persecutionis tempus indicat Origenes tum in primo et vicesimo libro *Expositionum in Joannis Evangelium*, tum in diversis epistolis.

### CAPUT XXIX.

#### *De Fabiano, qualiter Romanorum episcopus divinitus designatus est.*

Interim cum Gordianus in Maximini locum successisset, mortuo Pontiano qui sex annis episcopatum tenuerat, Ecclesiæ Romanæ administrationem suscepit Anteros. Hic intra unius mensis spatium sacerdotio perfunctus, Fabianum successorem reliquit. Hunc Fabianum post Anterotis mortem una cum aliis familiaribus suis Romam ex agro venisse dicunt, atque illic degentem, opitulante Dei gratia, præter omnium expectationem ad pontificatus sortem pervenisse. Nam cum fratres omnes successoris ordinandi causa in ecclesia essent congregati, ac plerique jam illustres aliquot et nobiles viros eligendos esse conjicerent, de Fabiano quidem qui tum præsens aderat, nemo ne tantisper quidem cogitabat. Columham tamen repente e sublimi delapsam capiti illius insedis narrant, quæ Spiritus sancti qui olim sub columbæ specie in Servatorem descenderat, imaginem referre videbatur. Quo spectaculo permotus populus a divino Spiritu incitatus, summa cum alacritate uno consensu simul omnis exclamare cœpit dignum esse,

(66) *Ἐκκλησιαστικοῦ λόγου.* Id est officium docendi in Ecclesia, de quo supra adnotavi.

(67) *Ὁν πλείονος ἢ τρίτους χρόνου.* Hujus loci sensum Christophorus minime intellexit, qui Ambrosium et Protocletum sub finem imperii Maximini ob nomen Christi vexatos fuisse censuit. Verum id non dicit Eusebius, sed hoc tantum sibi vult, toto Maximini imperii tempore persecutionem duravisse, sed dies illius breviter fuisse, ut de Antichristo Scriptura loquitur. Porro persecutio illa sub Maximino imp. post diuturnam Ecclesiæ pacem repente oborta est ob frequentes et gravissimos terræ motus, quos more suo gentiles Christianis imputabant, ut testis est Firmilianus in epistola ad Cyprianum. Vide Baronium ad annum Christi 237.

Α ανέχοντες αὐτῷ, οἷα διδασκάλῳ μόνῳ τὰ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἐρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου (66) πράττειν συνεχῶρουν.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

*Περὶ τοῦ κατὰ Μαξιμίον διωγμοῦ* (Nic. H. E. v, 20).

Τὸν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα, Μαξιμίνος Καίσαρ διαδέχεται· ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλείωνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐπέβρασε, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἀρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας ἀναιρεῖσθαι προστάττει. Τότε καὶ Ὀριγένης τὸν *Περὶ μαρτυρίῳ* συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκλήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα· ὅτι δὴ ἀμφω περίστασις οὐχ ἢ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατεβλήθη. Ἐν ἧ καὶ διαπρῆψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὐ πλείονος ἢ τρίτους χρόνου (67) τῷ Μαξιμίῳ διαγενομένου. Σησημεῖται δὲ τούτων τοῦ διωγμοῦ τὸν καιρὸν ἐν τε τῷ δευτέρῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν εἰς εὐδὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν, καὶ ἐν διαφόροις ἐπιστολαῖς ὁ Ὀριγένης.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

*Περὶ Φαβιανοῦ, ὡς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ παραδόξως ἀνεβλήθη* (Nic. H. E. v, 26).

Γορδιανῷ δὲ (68) μετὰ Μαξιμίον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας Ποντιανὸν ἔτεσιν ἕξ ἐπισκοπεύσαντα, διαδέχεται Ἀντέρως, καὶ τούτον Φαβιανὸς ἐπὶ μῆνα τῆς λειτουργίας διακονησάμενον. Ἐξ ἀγροῦ φασὶ τὸν Φαβιανὸν μετὰ τὴν Ἀντέρωτος τελευτήν ἄμ' ἐτέροις (69) συνελθόντα, ἐπιχωριάσειν τῇ Ῥώμῃ, ἐνθα παραδοξότατα πρὸς τῆς θείας οὐρανοῦ χάριτος ἐπὶ τὸν κλῆρον παρεβλήθη. Τῶν γὰρ ἀδελφῶν ἀπάντων χειροτονίας ἔνεκεν τῆς τοῦ μέλλοντος διαδέξασθαι τὴν ἐπισκοπὴν, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συγκεκροτημένων, πλείστον τε ἐπιφανῶν καὶ ἐνόβων ἀνδρῶν τοῖς πολλοῖς ἐν ὑπονοίᾳ (70) ὑπαρχόντων, ὁ Φαβιανὸς παρῶν οὐδενὸς μὲν ἀνθρώπων εἰς διάνοιαν ἦεν· ὁμοῦ δ' οὖν ἄρβρον ἐκ μετώρου περιστερὰν καταπτῶσαν ἐπικαθεσθῆναι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ μνημονεύουσι, μίμημα ἔδεικνυμένην τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἐν εἰδῇ περιστερᾶς καθόδου. Ἐφ' ᾧ τὸν πάντα λαὸν ὡσπερ ὑψ' ἐνὸς πνεύματος θεοῦ κινηθέντα ὁμοῦσε, προθυμῆα πάσῃ καὶ μιᾷ ψυχῇ, ἄξιον ἐπιθεῖσθαι (71), καὶ ἀμελλήτως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἐπισκο-

(68) *Γορδιανῷ δέ.* Ab his verbis caput 29 incipit in codd. Maz. et Fuk. et Reg.

(69) Ἄμ' ἐτέροις. Lego ἄμ' ἐταίροις, ut legisse videtur Rufinus. Mox ubi legitur, συνελθόντα ἐπιχωριάσειν, ita potest accipi quasi scriptum sit ἔνεκα τοῦ ἐπιχωριάσειν. Atque ita sensus non erit absolutus nisi post vocem παρεβλήθη.

(70) Ἐν ὑπονοίᾳ. Musculus eumque secutus Christophorus, hunc locum ita verterunt: *Et multi de compluribus illustribus et nobilibus viris eligendis cogitarent.*

(71) Ἄξιον ἐπιθεῖσθαι. Fuit enim hæc solemnitas acclamatio in electionibus episcoporum, ejus rei plurima passim occurrunt exempla, ut apud Philostorgium in libro ix, cap. 10. Et in Actis designationis Eradii quæ inter epistolas Augustini leguntur,

πῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι. Τότε δὴ καὶ τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν ἐπισκόπου Ζεβίνου τὸν βίον μεταλλάξαντος, Βαβύλας τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, ἐν τε Ἀλεξάνδρεια μετὰ Δημήτριον (72) [ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα], Ἡρακλῆς τὴν λειτουργίαν παρελήφεν· τῆς δὲ τῶν αὐτόθι κατηγήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος, εἰς καὶ οὗτος τῶν Ὀριγένους γενόμενος φοιτητῶν.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ὅσοι γενόμενοι Ὀριγένους φοιτητα  
(Nic. II. E. v. 20).

Τῷ δὲ Ὀριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι, πολλοὶ προσήεσαν οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς μυριοὶ φοιτητα τὰς πατριδας ἀπολιπόντες· ὧν ἐπιστήμους μάλιστα ἔγνωμεν, Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπιστάπων διαβόητος Γρηγόριος, τὸν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδορον· οὗς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα (73) δεινῶς ἐπιοημένους, φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θεῖαν ἔκχησιν ἀντικαταλλάξασθαι προὔτρέψατο. Πέντε δὲ ἔτους ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι, τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἀμφὺ ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν ἀξιοῦσθαι. Invinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, Ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ Ἀφρικανοῦ (Nic. H. E. v. 21).

Ἐν τούτῳ καὶ Ἀφρικανὸς, ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεὺς (74) ἐγνωρίζετο. Ἐπιστολὴ τούτου Ὀριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀπορούτος ὡς ἀν νόθου καὶ πεπλασμένης οὐσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὀριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. Τοῦ δ' αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε Χρονογραφῶν ἔχθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς φησιν αὐτὸν πορεῖαν στέλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν,

eodem acclamationes leguntur: *Dignus et justus est, dictum est vicies. Bene meritus, bene dignus, dictum est quinquies.*

(72) *Μετὰ Δημήτριον.* Post hæc verba add. Med., Maz. et Fuk. hæc addunt: ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα, quæ nec Regius codex nec Rufinus agnoscunt.

(73) *Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα.* Romanorum disciplinas Eusebius appellat jus civile, quod Gregorius in urbe Beryto disciebat, tunc cum ab Origene ad altiora studia est excitatus, ut ipsemet scribit in oratione ad Origenem. Idem testatur Origenes in epistola ad Gregorium, cap. 13 *Philocalice.*

(74) *Ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεὺς.* Hæc verba delenda esse existimo. Primum, quia nec in versione Rullini, nec apud Hieronymum habentur. Deinde cum de scriptore ecclesiastico hic agatur, ridiculum foret ante omnia mentionem facere librorum, qui nihil præter medicinas ex herbis et metallicis, ac magicis figuris atque incantationibus continebant. Nam ejusmodi erant Κεστῶν libri, ut testis est et Suidas et Georgius Syncellus a Veneris cesto ita dicti, eo quod amatorum præcipue complecterentur. Postremo Africanus is

A statimque comprehensum sacerdotali cathedrâ imposituit. Per idem tempus mortuo Zebino Antiochenorum episcopo, subrogatus est Babyllas. Alexandriæ vero cum post mortem Demetrii, qui annos tres et quadraginta sacerdotio perfunctus fuerat, Heraclas ministerium suscepisset Ecclesiæ, scholam ad cives in fide instituendos obtinuit. Dionysius, qui et ipse unus e discipulis fuerat Origenis.

#### CAPUT XXX.

Qui fuerint Origenis discipuli.

Interim dum Origenes apud Casaream consuetudo docendi munere fungeretur, non solum regionis illius incolæ, sed etiam plurimi ex remotissimis provinciis discipuli relicta patria ad eum concurrerant. Quorum præcipuos fuisse cognovimus Theodorum, qui et Gregorius dictus est, episcoporum nostra ætate celeberrimus; et fratrem ejus Athenodorum. Quos Origenes Græcis Romanisque disciplinis nimium deditis cum vidisset, in eorum animos instillans philosophiæ amorem, abjectis prioribus studiis ad rerum divinarum meditationem traduxit. Igitur cum quinquennio integro in ejus auditorio versati fuissent, tantopere in divinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, Ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti.

#### C

#### CAPUT XXXI.

De Africano temporum scriptore.

Claruit iisdem temporibus Africanus, qui libros Κεστῶν titulo inscriptos composuit. Hujus exstat epistola ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ quæ in Danielis libro legitur, spuriam et commentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam Origenes copiosissime respondit. Ejusdem Africani quinque *De chronographia* libri accuratissime compositi ad nos etiam pervenerunt, in quibus esse Alexandriam profectum esse testatur, ob maximam

qui Κεστούς composuit, alius omnino esse videtur ab Africano Chronographo, de quo hic loquitur Eusebius. Nam ille quidem *Cestorum* scriptor oriundus fuit ex Libya, ut testatur Suidas, et Σέκτος vocabatur teste eodem Suida. Scaliger tamen in animadversionibus Eusebianis Sextum Africanum eum appellat. Sed forte apud Suidam Κέστος emendandum est pro Σέκτος, ut Africanus ille *Cestus* cognominatus sit, perinde ac Clemens Stromateus. Africanus vero Chronographus oriundus fuit ex Palæstina, oppido Emmaunte, ut docet Eusebius in *Chronico*, qui et Julium Africanum eum appellat. Præterea Christianus fuit, cum alter *Cestorum* scriptor gentilis fuerit, ut ex argumento ejus librorum satis apparet. Fuit etiam alter Julius Africanus, qui librum *De bellico apparatu* conscripsit. Qui quidem liber in manuscripto codice bibliothecæ Regiæ Κεστοῦ inscribitur, atque ita citatur a Politiano in *Miscellaneis*. Sane Græci in præfigendis librorum titulis ambitiosi fuerunt. Κεστούς itaque videntur vocasse libros, qui multiplici variarum rerum cognitione referti essent, instar *cesti*, qui apud Græcos *balteum variegatum* significat. Ab eadem causa dicti sunt Clementis *Σερωματεῖς*.

omnium famam atque existimationem de Heracla, quem in philosophia aliisque Græcorum disciplinis excellentem, ad episcopatum Alexandrinæ Ecclesiæ provectum fuisse supra docuimus. Altera quoque ejusdem Africanus exstat epistola ad Aristidem, de dissensione quæ videtur esse inter Matthæum et Lucam in stirpe Christi referenda. In qua evangelistarum consensum apertissime demonstrat ex narratione quadam quam a majoribus acceperat: quam et nos jam antea in primo hujus operis libro, suo loco inseruimus.

## CAPUT XXXII.

*Quot et quos Origenes Cæsariæ in Palæstina Commentarios scripsit.*

Per hæc tempora Origenes in Isaiam simul et Ezechielem *Commentarios* composuit. Ex quibus in tertiam quidem partem Isaiæ, usque ad visionem illam quadrupedum in solitudine, triginta ad nos volumina pervenerunt: in Ezechielem vero quinque et viginti, præter quæ 291 in univsum hunc prophetam nihil scripsit. Interea cum Athenis moraretur, commentarios quidem in *Ezechielem* absolvit: inchoavit autem expositionem in *Canticum canticorum*, quam ad quintum usque librum ibidem agens produxit. Deinde Cæsarcam reversus, opus illud decem libris comprehensum ad exitum perduxit. Verum quid attinet hoc loco omnium hujus viri librorum accuratum indicem texere? cum id proprium opus desideret, jamque a nobis præstitum sit in libro quem *De Pamphili*, qui nostra ætate presbyter idem ac martyr fuit, *vita* conscripsimus. Ubi cum probare vellemus quantum Pamphili studium erga divinas litteras fuisset, indices librorum tum Origenis, tum aliorum Ecclesiæ scriptorum quos illo undecunque collegerat, exhibuimus. Ex quibus quicumque voluerit, certissime poterit cognoscere quænam ex Origenis operibus ad nos usque pervenerint. Nunc vero ad historię seriem redeamus.

(75) *Ὅτι καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου.* Tres libros *De vita Pamphili martyris* scripsit Eusebius, et quidem elegantissimos, ut testatur Hieronymus in *Apologetico adversus Rufinum*, ubi etiam fragmentum ex tertio ejus operis libro adducit. Eorumdem librorum meminit in epistola ad Marcellam. Porro in tertio libro *De vita Pamphili martyris*, indicem Origenis librorum retulerat Eusebius. Hieronymus in *Apologetico adversus Rufinum: Numerus*, inquit, *librorum ejus indices, qui in tertio volumine Eusebii, in quo scribitur Vita Pamphili, continentur: et non dico sex millia, sed tertiam partem non reperies.*

(76) *Ἰεροῦ μάρτυρος.* Recte, meo quidem iudicio, codd. Medicæus et Fuk. scribunt una voce *ἱερομάρτυρος*. Sic autem Græci vocant eos qui sacerdotes simul et martyres fuerunt, ut patet ex Græcorum *Menologiis*. Cum ergo Pamphilus presbyter idem et martyr fuerit, merito *ἱερομάρτυρος* appellatur. Sic etiam in sequenti capite scriptum habent codd. Med. et Fuk. Græci quatuor habent martyrum genera, ut

διὰ πολλῆν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην· ὃν ἐπὶ λόγους φιλοσόφους καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν εὐ μάλᾳ διαπρέψαντα, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας ἐγχειρισθῆναι ἐδηλώσαμεν. Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν ἐν ἡ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν εὐαγγελιστῶν παρίστησιν, ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν καταλευσῆς, ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως πρὸς λαβὼν ἐξεθέμην.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΒ΄.

*Tira Ὀριγένης ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐξηγήσατο (Nic. H. E. v, 19).*

Καὶ Ὀριγένης δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ εἰς τὸν Ἡσαῖον, ἐν ταῦτῳ δὲ καὶ τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ συνετάττετο· ὧν εἰς μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ Ἡσαίου μέχρι τῆς ὁράσεως τῶν τετραπῶδων ἐν τῇ ἐρήμῳ, τριάκοντα εἰς ἡμᾶς περιῆλλον τόμοι. Εἰς δὲ τὸν Ἰεζεκιὴλ πέντε καὶ εἰκοσιν, οὓς καὶ μόνους εἰς τὸν πάντα πεποιῆται προφήτην. Γενόμενος δὲ τῆνικαδὲ ἐν Ἀθήναις, περαινέει μὲν τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, τῶν δὲ εἰς τὸ ἄσμα τῶν ἀσμάτων ἀρχεται, καὶ πρόεισι γε αὐτόθι μέχρι πέμπτου συγγράμματος. Ἐπανελευθῶν δὲ ἐπὶ τὴν Καισαρείαν, καὶ ταῦτα εἰς πέρας δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν ἔχει. Τί δεῖ τῶν λόγων τάνδρος ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸν ἀκριβῆ κατάλογον ποιῆσαι, ἰδίας δέμενος σχολῆς; Ὅτι καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου (75) τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ μάρτυρος (76) ἀναγραφῆς, ἐν ἣ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν τοῦ Παμφίλου ὁδοσὴ τις γέγονε, παριστῶντες, τῆς συναχθείσης αὐτῷ τῶν τε Ὀριγένους καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τοὺς πίνακας παρεθέμην. Ἐξ ὧν ὅτι φίλον πάρεστιν ἐντελέστατα (77) τῶν Ὀριγένους πόνων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα διαγνώναι. Νοὺν δὲ πορευτέον ἐπὶ τὴν τῆς ἱστορίας ἀκολουθίαν.

De eorum *Menologiis* colligitur. Quosdam enim *μεγαλομάρτυρας* vocant, id est, *magnos martyres*, qualis est Demetrius, Georgius ac Theodorus. Alios vocant *ὀσιομάρτυρας*, verbi gratia Niconem et alios. Alii vocantur *ἱερομάρτυρες*, martyres scilicet qui episcopali apice decorati sunt. Interim tamen presbyteros sic appellant. Certe in *Typico* sancti Sabæ, die 22 Marti adnotatur festum τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βασιλείου πρεσβυτέρου. Reliqui simpliciter *martyres* dicuntur a Græcis. Est etiam apud eos titulus *πρωτομάρτυρος*, qui communis est Stephano ac Theclæ. Nam ut inter viros primus Stephanus, sic prima inter feminas Thecla martyrio coronata est. Cæterum quanto sint elegantiores Latinis Græci, vel ex hoc apparet, quod apud Græcos singuli sancti sua habent epitheta, quibus quasi titulis ornantur ac distinguuntur.

(77) *Ἐντελέστατα.* Adverbialiter positum est more Græcorum, quod tamen nec Musculus nec Christophorus animadvertenterunt.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΓ'.

A

## CAPUT XXXIII.

## De errore Berylli.

Περὶ τῆς Βηρύλλου παρατροπῆς (Nic. H. E. v. 22).

Βήρυλλος ὁ μικρῶ πρόθετον δεδηλωμένος Βοστροῦν τῆς Ἀραβίας ἐπίσκοπος, τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπων κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειράτο, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν λέγειν τομῶν μὴ προϋφυστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφῆν (78), πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, μηδὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνῃν τὴν πατρικὴν. Ἐπὶ τούτῳ πλείστον ἐπισκόπων ζητήσεις καὶ διαλόγους πρὸς τὸν ἀνδρα πεποιημένων, μεθ' ἑτέρων παρακληθεὶς Ὀριγένης, κάτεισι μὲν εἰς ὀμιλίαν ταπρῶτα τῷ ἀνδρὶ, τίνα νοῦν ἔχοι, ἀποπειρώμενος, ὡς δ' ἔγνω δ τι καὶ λέγει (79), εὐθύνας μὴ ὀρθοδοξοῦντα, λογισμῶ τε πείσας καὶ ἀποδείξει ἀναλαβῶν αὐτὸν (80), τῇ περὶ τοῦ δόγματος ἐπιστησιν ἀληθείᾳ, ἐπὶ τε τὴν προτέραν ὕγιῃ δόξαν ἀποκαθίστησι. Καὶ φέρεται γε εἰσέτι νῦν ἔγγραφα τοῦ τε Βηρύλλου καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης συνόδου, ὁμοῦ τὰς Ὀριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις, καὶ τὰς λεχθείσας ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παροικίας διαλέξεις, ἕκαστά τε τῶν τότε πεπραγμένων περιέχοντα. Καὶ ἄλλα μὲν οὖν μετὰ Ὀριγένους περὶ μνήμη (81) παραδίδασιν τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ προσφύτεροι· ἃ καὶ παρήσαιν μοι δοκῶ, οὐ τῆς ἐνεσώσεως ἐχόμενα πραγματείας. Ὅσα δὲ ἀναγκαῖα τῶν περὶ αὐτὸν διαγνῶναι ἦν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονημένης ἡμῶν τε καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ Ἀπολογίας (82), πάρεστιν ἀναλέξασθαι· ἦν τὸν φιλαί-

B

Tunc temporis Beryllus, de quo superius dietum est, Bostrorum in Arabia episcopus, ecclesiasticam pervertens regulam, nova quædam et aliena a fide catholica inducere conatus est; ausus asserere Dominum ac Servatorem nostrum, antequam inter homines versaretur, non substitisse in propriæ personæ differentia: nec propriam sed paternam duntaxat divinitatem in se residentem habere. Cumque ea de re plurimi episcopi quæstiones ac disputationes adversus illum habuissent, rogatus una cum reliquis Origenes, primum quidem cum illo familiariter collocutus est, ut quænam esset hominis sententia exploraret. Postquam veroliquido cognovit quid diceret, errorem ejus coarguit: allatisque rationibus ac demonstrationibus convictum hominem quasi manu apprehendens, ad veritatis viam perduxit, et ad pristinam sanamque sententiam revocavit. Exstant hodieque tum Berylli, tum synodi ipsius causa congregatæ edita monumenta; in quibus et quæstiones adversus illum propositæ ab Origene, et disputationes in Ecclesia ejus habitæ, et singula quæ tunc gesta sunt continentur. Sed et alia de Origene quamplurima **232** memoriæ tradita sunt a senioribus nostræ ætatis presbyteris: quæ quoniam ad præsentis operis institutum nihil faciunt, omittenda esse duxi. Quæcumque vero necesse est de illo cognoscere, ea

(78) Κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφῆν. Musculus **C** verit, secundum propriæ ac separatæ substantiæ circumscriptionem non existisse; male, ut apparet. Itaque Christophorus vocem illam separatæ exprinxit; cætera autem retinuit. Οὐσίας περιγραφῆ nihil est aliud quam substantiæ differentia. Unde Gregorius Nyssenus in libro *De differentia essentiali et substantiali*, substantiam ita definit: Ἡ τὸ κοινὸν τε καὶ ἀπεριγραπτον ἐν τῷ τινι πράγματι, διὰ τῶν ἐπιφανιζομένων ἰδιωμάτων ὑφειστώσα καὶ περιγράφουσα. Et paulo ante dixerat: Τὰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον ἰδιωμάτων ἐστὶ σημαντικά· δι' ὧν οὐκ ἔστι κοινότης τῆς φύσεως ἐνθεωρεῖται τῷ ῥήματι, ἀλλὰ πράγματός τινος περιγραφῆ, etc. Et initio libri *De Ariani* ita scribit: Διὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, καὶ τὴν κατὰ τὰς οὐσίας περιγραφῆν εισαγόντων. Eadem verba leguntur in epistola 43 Basilii ad Gregorium Nyssenum. Quam quidem epistolam Gregorius Nyssenus in eo quem dixi libro totam fere transcripsit. Porro videtur Beryllus οὐσίαν accepisse pro *persona*, more sæculi sui, quo οὐσία et ὁπόστασις inter se confundebantur. Errabat igitur Beryllus, qui Christum ante incarnationem, nullam propriæ personæ differentiam habuisse dicebat. Sed quod ilem aiebat, Dominum nostrum non habere propriam deitatem, sed tantum paternam in ipso inhabitantem, in eo quidem recte sentiebat. Neque enim propria est divinitas Patris, propria Filii, sed una eademque est trium personarum divinitas. Alioqui tres essent dii, non unus Deus. Ita si sensit, excusari potest Beryllus. Quod si existimavit Filium non esse propriæ Deum, sed tantum appellativè ac participative, in eo hallucinatus est. Certe cum ante incarnationem Filium personaliter non substituisse dixerit, sequitur ut divinitatem ei quoque abrogaverit.

(79) Ὅτι καὶ λέγει. Musculus et Christophoro-

**C** nus adverbium esse existimarunt, cum tamen legendum sit disjunctim ὁ τι, quemadmodum in codice Regio diserte scriptum inveni. In Maz. et Med. scriptum est λέγοι, perinde ac in Savilio libro.

(80) Ἀναλαβῶν αὐτόν. Hujus verbi vim optime exposuit Nicæphorus in lib. v, cap. 22, cujus verba scholii vicem præstabant: ἡρέμα τε καὶ ἥπιως προσανακτώμενος. At Musculus et Christophorus verbum ἀναλαβῶν conjungunt cum voce ἀποδείξει.

(81) Vulg. περὶ μνήμη. Dudum conjeceram scribendum esse Ὀριγένους περὶ μνήμη παραδιδόσκει. Tandem vero in Mediceo ac Maz., Fuk. et Savil. codicibus ita distincte scriptum inveni.

(82) Ἐκ τῆς Ἀπολογίας. Scripserat Eusebius sex libros Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὀριγένους, ut scribit Hieronymus tam in *Catalogo*, tum in *Apologetico i adversus Rufinum*. Horum primum librum interpretatus est Rufinus, et sub nomine Pamphili martyris edidit. Quo quidem nomine gravissime reprehenditur ab Hieronymo, quod librum Eusebii, quem Hieronymus semper hæreticum nominat, præfixo Pamphili martyris titulo evulgasset. Sed respondere potuit Rufinus id quod hic ab Eusebio dicitur, *Apolo-* **D** *giam* illam pro Origene ab utroque simul elaboratam fuisse, tam a Pamphilo martyre, quam ab Eusebio. Quod testatur etiam Photius in *Bibliotheca*, cap. 120, ubi ait Pamphilum, cum esset in carcere, quinque libros pro Origene una cum Eusebio scripsisse ad confessores qui in metallis erant: sextum vero post mortem Pamphili ab Eusebio adjectum esse. Cæterum ex hoc Eusebii libro quem pro defensione Origenis conscripsit, colligere est jam tum existitisse multos, qui Origenem reprehenderent ob dogmatum novitatem. Inter quos præcipuus fuit Methodius, qui et librum *De resurrectione* scripsit



peti possunt ex *Apologetico* qui a nobis et a sacro-  
 sacro nostro temporis martyre Pamphilo pro  
 illius defensione conscriptus est: quem quidem nos  
 propter malevoles quosdam accusatores, communi  
 studio atque opere junctim elaboravimus.

## CAPUT XXXIV.

*De Philippo Cæsare.*

Interea cum Gordianus sex totis annis Romanum  
 Imperium administrasset, Philippus una cum Phi-  
 lippo filio in ejus locum successit. Hunc, utpote  
 Christianum, fama est in postrema Paschæ vigilia  
 precationum in ecclesia participem simul cum  
 reliquo populo fieri voluisse: sed episcopum qui  
 tunc Ecclesiæ præerat, non prius illi aditum permi-  
 sisse quam confessionem scelerum fecisset, iisque  
 qui humanitus lapsi fuerant, et in pœnitentium  
 ordine stabant, sese adjunxisset. Quippe ob multa  
 quæ commiserat crimina, nunquam omnino ab  
 episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset.  
 Et imperator quidem libenter obtemperasse dicitur,  
 sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei,  
 operibus ipsis declarasse.

## CAPUT XXXV.

*Quomodo Dionysius Heraclæ in episcopatu successit.*

Anno autem hujus imperii tertio cum Heraclæ  
 post sexdecim episcopatus annos diem extremum  
 obiisset, pontificatum Alexandrinæ Ecclesiæ suscepit  
 Dionysius.

## CAPUT XXXVI.

*Quot præterea libri ab Origene lucubrati sint.*

Quo tempore cum fides nostra, ut parerat, auge-  
 retur in diem, et doctrina Christianorum summa  
 ubique libertate frueretur, Origenes, jam sexagenario  
 major, utpote qui ex diuturna exercitatione maxi-  
 mum dicendi usum sibi comparasset, conciones  
 quas habebat ad populum, a notariis excipi permi-  
 sit, cum id antea fieri nunquam concessisset.  
 233 Sub idem tempus octo libros composuit  
 adversus librum quemdam Celsi Epicurei contra

adversus Origenem, teste Hieronymo et Epiphano.  
 Atque hæc causa mihi videtur fuisse cur Eusebius  
 in his *Historiæ ecclesiasticæ* libris nullam Methodii  
 mentionem fecerit. Nam cum omnes ecclesiasticos  
 scriptores in hoc opere accurate commemoraverit,  
 Methodium tamen de industria prætermisit, eo quod  
 Origenem quem ipse præcipue mirabatur, impugna-  
 visset. Hinc etiam est quod contra Porphyrii libros  
 post eundem Methodium scripsit, quasi æmulatione  
 quadam et odio adversus Methodium incitatus.  
 Certe Eusebius in libro vi *Apologiæ suæ pro Origene*,  
 respondebat objectionibus Methodii: *Quomodo*, in-  
 quit, *ausus est Methodius nunc contra Origenem*  
*scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dog-*  
*matibus?* Citantur hæc verba ab Hieronymo in lib. i  
 adversus Rufinum.

(83, 84) *Μετασχέιν ἐθελήσαι.* In codd. Fuk. et  
 Sav. legitur *συμμετασχέιν*, quod est elegantius.

(85) *Τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις.* Mus-  
 culus vertit: *Qui propter peccata inquirebantur*, et  
 sic fere interpres Nicephori; male, ut sentio. Nam ἐξε-  
 τάζεσθαι nihil aliud est hic quam censerī, versari,  
 in peccatorum ordine collocari. Sic τάξεις τῶν  
 παραπτωμάτων dicit Dionysius in cap. 46 hujus

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

*Τὰ κατὰ Φίλιππον Καίσαρα* (Nic. H. E. v, 25).

Ἔτεσι δὲ ὄλοις ἐξ Γορδιανοῦ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν  
 ἀνύσαντος, Φίλιππος ἅμα παιδί Φίλιππου τὴν ἀρχὴν  
 διαδέχεται. Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα, ἐν  
 ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ  
 τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχέιν ἐθελή-  
 σαι (83-84), οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τριηκᾶδε προ-  
 στώτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ  
 τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις (85) μετανοίας  
 τὴν χάριον Ἰησοῦσιν ἑαυτὸν καταλέξει· ἄλλως γὰρ μὴ  
 ἂν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ  
 πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. Καὶ  
 πειθαρχῆσαι γε (86) προθύμως λέγεται, τὸ γνήσιον  
 B καὶ εὐλαβὲς τῆς περὶ τὸν θεὸν φόβον διαθέσεως ἔρ-  
 γοις ἐπιδειγμένον.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

*Ὅς Διονύσιος Ἡρακλῆ τὴν ἐπισκοπὴν διεδέ-*  
*ξατο* (Nic. H. E. v, 26).

Τρίτον δὲ τοῦτ' ἔτος ἦν, καθ' ὃ μεταλλάξαντος  
 Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἑκατάδεκα ἔτεσι τῆς προστα-  
 σίας, τῶν κατ' Ἀλεξανδρείαν Ἐκκλησιῶν τὴν ἐπι-  
 σκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

*Ὅσα ἄλλα ἐσπούδασται τῷ Ὀριγένει*  
 (Nic. H. E. v, 19).

Τότε δῆτα, οἷα καὶ εἰκὸς ἦν, πληθυσούσης τῆς κί-  
 στευς, πεπαρῆθαισασμένου τε τοῦ καθ' ἡμᾶς παρὰ  
 πᾶσι λόγου, ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντά φασιν ἔτη τὸν Ὀρι-  
 γένην γενόμενον, ἄτε μεγίστην ἤδη συλλεξάμενον ἐκ  
 τῆς μακρᾶς παρασκευῆς ἔξιν, τὰς ἐπὶ τοῦ κοινῷ  
 λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν  
 ἐπιτρέψαι (87), οὐ πρότερον ποτε τοῦτο γενέσθαι  
 συγκεχωρηκόσα. Ἐν τούτῳ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἐπιγε-  
 γραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου (88)

libri.

(86) *Καὶ πειθαρχῆσαι γε.* Historiam hanc de  
 Philippo imperatore, quem Babylonis episcopus ab  
 Ecclesiæ aditu repulit, refert auctor *Chronici Alex-*  
 andrini ex narratione Leontii episcopi Antiocheni,  
 qui sub Constantio imp. vixit. Eadem fere narrat  
 Chrysostomus in oratione de sancto Babyla, *contra*  
*gentiles*, nisi quod imperatorem ipsum non no-  
 minat.

(87) *Διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπι-  
 τρέψαι.* Idem testatur Pamphilus martyr in lib. i  
*Apologiæ pro Origene*, his verbis: *Quodque puræ*  
*religionis observaverit disciplinam, et præ cæteris*  
*verbo Dei et doctrinæ operam dederit, dubium non*  
*est ex his quæ ad nos laboris et studii ejus certissima*  
*designantur indicia: præcipue vero per eos tractatus*  
*quos pæne quotidie in Ecclesia habebat ex tempore;*  
*quos et describentes Notarii ad monumentum posteri-*  
*tatis tradebant.*

(88) *Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου.* Duo fuere Celsi  
 Epicuræ sectæ philosophi, quorum alter Neronis  
 ætate vixit, alter circa Antonini tempora, ut scribit  
 Origenes in libro i *contra Celsum*. Adversus hunc  
 posteriorem Celsum scripsit Origenes octo elegan-

Ἀληθῆ λόγον, ὅκτω τῶν ἀριθμῶν συγγράμματα συντάττει, καὶ τοὺς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον εἰκοσι πέντε τόμους, τοὺς τε εἰς τοὺς δώδεκα προφήτας, ἀφ' ὧν μόνους εὗρομεν πέντε καὶ εἰκοσι. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν βασιλέα Φιλιππον ἐπιστολὴ· καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τούτου γαμετὴν Σεθῆραν, διάφοροι τε ἄλλοι πρὸς διαφόρους, ὧν ὁπόσας σποράδην παρὰ διαφόρους σωθείσας συναγαγεῖν δεδυνήμεθα, ἐν ἰδίαις τόμων περιγραφαῖς, ὡς ἂν μηκέτι διαβρίπτοντο, κατελέξαμεν, τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν ὑπερβαινούσας. Γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ (89) τῷ κατὰ Ρώμην ἐπισκόπῳ, ἑτέροις τε πλείστοις ἀρχουσιν ἐκκλησιῶν, περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὁρθοδοξίας. Ἔχει καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις, ἐν ἑκτῷ τῆς γραφείσης ἡμῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς Ἀπολογίας.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἀράβων διαστάσεως (Nic. H. E. v, 25).

Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἐπὶ τῆς Ἀραβίας κατὰ τὸν δηλούμενον ἐπιφύονται χρόνον, δόγματος ἀλλοτριῦ τῆς ἀληθείας εἰσηγηταί, οἱ ἔλεγον τὴν ἀνθρωπιαν ψυχὴν τῶς μὲν κατὰ τὸν ἐνεστώτα καιρὸν ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι καὶ συνδιαφθεῖναι, αὐθις δὲ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι. Καὶ δὴ καὶ τότε σύγχροσι βίβλος οὐ μικρὰς συνόδου, πάλιν Ὀριγένης (90) παρακληθεὶς καὶ ἐνταῦθα, κινήσας τε λόγους (91) ἐπὶ τοῦ κοινοῦ περὶ τοῦ ζητουμένου, οὕτως ἠνέχθη, ὡς μετατεθῆναι τὰς τῶν πρότερον ἐσφαλμένων διαγωγῶν.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΗ'.

Περὶ τῆς Ἐλεσαϊτῶν αἵρεσεως (Nic. H. E. v, 24).

Τότε δὲ καὶ ἄλλη διαστροφή κατάρχεται ἡ τῶν Ἐλεσαϊτῶν λεγομένη αἵρεσις· ἡ καὶ ἅμα τῷ ἄρξασθαι ἀπέστη. Μνημονεύει δ' αὐτῆς ὁμιλῶν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ εἰς τὸν ὀγδοηκοστὸν δεῦτερον ψαλμὸν (92) ὁ Ὀρι-

ginalissimos libros qui etiamnum supersunt. Hic est Celsus, cui Lucianus librum suum qui *Alexander seu Falsus vates* inscribitur, nuncupavit, cum ab eo rogatus esset ut vitam impostoris illius litteris traderet. In fine autem illius libri, Lucianus eum alloquens, Epicureum fuisse aperte significat his verbis: Καὶ σὺ μὲν μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ἐπὶ τῇ σοφίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπῳ πράττειν, καὶ ἐπιεικεῖα καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας· τὸ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σὺ ἔδιδον, Ἐπικούρου τιμῶν, etc. Quibus etiam verbis indicare videtur Lucianus librum Celsi qui Ἀληθῆς λόγος dicebatur.

(89) Γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ. Hieronymus in epistola 65: Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum, Rom. urbis episcopum, pœnitentiam agit cur talia scripserit; et causam temeritatis in Ambrosium confert, quod secreto edita in publicum protulerit.

(90) Πάλιν Ὀριγένης. Jam enim antea Origenes rogatus ab episcopis in Arabiam venerat, et adversus Beryllum in ecclesia disputaverat, eumque ab hæretico errore revocaverat.

(91) Κινήσας τε λόγους. Magis placet altera lectio quam in Fuk. et Savil. codd. reperi, κινήσασθαι λόγους. Quam scripturam confirmat Rufinus. Hieron., inquit, Origenes rogatur ab omnibus inter-

A Christianos, qui *De vera doctrina* inscribitur. Quinque præterea ac viginti volumina in *Eviangelium Matthæi* elaboravit, et in *duodecim prophetas* expositiones, quarum quinque duntaxat et viginti libros reperimus. Exstat etiam ejus epistola ad imperatorem ipsum Philippum, et altera ad conjugem illius Severam: diversæ præterea ad diversos scriptæ. Ex quibus quocumque sparsim apud varios asservatas reperire potuimus, seorsum in proprios libros, ne iterum dissiparentur, digessimus. Sunt autem illarum numero supra centum. Sed et ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, et ad complures alios Ecclesiarum antistites de recta fidei sæ ratione epistolas scripsit. Harum autem rerum certissima documenta habes in sexto libro *Apologetici* illius quem nos pro ejus defensione conscripsimus.

#### CAPUT XXXVII.

##### *De Arabum discordia.*

Eodem tempore alii rursus in Arabia, dogmatis cujusdam a veritate prorsus alieni auctores exstiterunt. Asserebant enim hominum animas in præsentem quidem sæculo una cum corporibus interire atque corrumpi: rursus vero resurrectionis tempore simul cum iisdem corporibus ad vitam esse redituras. Convocato igitur hanc ob causam non exiguo concilio, iterum rogatus etiam illic Origenes, cum disputationem de quæstione illa coram omni multitudine instituisset, tanto robore decertavit, ut qui prius in errorem lapsi fuerant, sententiam mutarent.

#### CAPUT XXXVIII.

##### *De hæresi Helcesaitarum.*

Alius quoque tunc temporis error exortus est, Helcesaitarum scilicet hæresis: quæ quidem simul nata, simul extincta est. Hujus mentionem facit Origenes in homilia ad populum qua psalmum

esse et facere sermonem.

(92) Ὀμιλῶν εἰς τὸν πδ' ψαλμόν. Triplex fuit opus Origenis in sacram Scripturam: commentarii scilicet, scholia et homiliæ. Et commentarii quidem in doctiorum gratiam conscripti sunt; scholia vero etiam doctorum gratia ab Origene sunt elaborata: sed in eos libros qui perpetuis et uberioribus commentariis nequaquam opus habebant. Homiliæ vero cum ad populum haberentur, ad captum multitudinis sunt accommodatæ. Hoc est quod Sedulius innotuit in præfatione operis *Paschalis*: *Cognoscant, inquit, peritissimum divinæ legis Origenem tribus nihilominus editionibus prope cuncta quæ disseruit aptavisse.* Vide Hieronymum in præfationibus tum in Isaiam, tum in Matthæum. Idem in præfatione *Commentariorum in Epist. ad Galatas*, ubi triplex illud opus Origenis commemorat, pro homiliis tractatus dicit, quod idem est. Nam Latini vocare solent tractatus, quos Græci dicunt homiliæ, ut ex Augustini *Retractionibus*, et ex Possidio colligimus. Et in homiliis quidem Origenes cum vulgum alloqueretur, communi editione LXX interpretum utebatur. In explanationibus vero alias quoque editiones et Hebraicam veritatem proferebat, teste Hieronymo in præfatione *Hebraicarum quæstionum.* De hoc triplici Origenis opere loquitur etiam Rufinus in epistola ad Ursacium, quam præfixit interpretationi Origenis in librum *Numerorum.*

octogesimam secundum exponit, his verbis : « Qui- A dam, inquit, nuper advenit de se ipse magnifice sentiens, utpote qui impiam et nefariam Helcesaitarum opinionem quæ adversus Ecclesiam recens enorta est, possit defendere. Esponam 234 autem vobis quæ et quanta perperam asserat hæc secta, ne forte vos ab illa abripi sinatis. Ex universo sacræ Scripturæ Canone quædam rejicit : quibusdam vero nititur testimoniis tum ex Vetere Instrumento, tum ex Evangelio. Paulum quidem apostolum integram repudiat. Bocet præterea indifferentem rem esse Christum abnegare : et eum qui sapit, ore quidem tenus in ipso discrimine negaturum esse, sed non ex animi sententia. Librum etiam proferunt quem e cœlo delapsum affirmant : eosque qui auscultaverint illi et crediderint, peccatorum veniam consecuturos, et quidem diversum ab illa peccatorum remissione quam Jesus Christus impertit. » Sed de his haec tenet.

## CAPUT XXXIX.

*De persecutione Decii, et quæ passus est Origenes.*

Philippo interim cum septem annis regnavisset, successit Decius, qui, præ odio adversus Philippum, persecutionem intulit Ecclesiæ. In qua persecutione cum Fabianus Romæ martyrium pertulisset, in ejus locum Cornelius subrogatus est episcopus. In Palaestina autem Alexander, Hierosolymorum episcopus, rursus propter Christum ad præsidia tribunalis adductus, cum ex secunda hæc confessione magnam gloriam retulisset, Cæsareæ in carcerem conjectus est vir decora senectute et veneranda canitie conspicuus. Qui cum post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem in præsidiali judicio editam, tandem in custodia animam exhalasset, Marabanes in ejus locum episcopus Hierosolymorum renuntialis est. Eodemque modo apud Antiochiam episcopo Babylæ post confessionem in vinculis mortuo, Fabius Ecclesiæ illi præficitur. Porro quæ et quanta Origeni in ea persecutione acciderint : et quis horum omnium

(93) *Ἐλκεσαίωνων*. Nos *Ἐλκεσαίους* vocat Theodoritus in libro ii *Hæreticarum fabularum*, cap. 7, ab Elcesai quodam ita dictos. Epiphanius in hæresi Ebionæorum, hunc Elxæum pseudopphetam nominat ; qui cum se Ebionæis adjunxisset, auctor eis fuit novæ ejusdem de Christo sententiæ, vagæ admodum et incertæ quam ibidem refert Epiphanius, plane similem illi quæ refert Theodoritus in dicto loco. Ex quo apparet, id quod antea dixi, Elxæum et Elcesai unum et eundem esse. Hunc etiam *Elxai* vocat Epiphanius in hæresi Ossenororum, et Trajani temporibus vixisse ait. Quem quidem auctorem esse hæresis Elcesaitarum, ex eo convincimus, quod narrat Epiphanius. Primum enim librum quendam ab eo promulgatum esse scribit, prophetico spiritu et divina sapientia plenum. Deinde affirmabat Elxai nullum esse crimen, si quis persecutionis tempore idolis sacrificaret, dummodo id non ex animo faceret. Eadem vero de Elcesaitis hic prodit Origenes. Sed clarius id ipsum testatur Epiphanius in hæresi Sampsæorum, ubi Elcesæos (quos eodem esse cum Elcesaitis jam probavimus) auctorem sectæ suæ habuisse Elxæum vel Elxai scribit. Quare fallitur Scaliger, qui in capite 27 *Eleachi*, *Ἠλκαί* nihil aliud esse dixit quam Essæum : ergo Elcesæi seu Elcesaitæ iidem essent cum Es-

γέντης, ὧδέ πως λέγων · « Ἐλτλυθέ τις ἐπὶ τοῦ παρόντος μέγα φρονῶν ἐπὶ τῷ δύνασθαι προσθεύειν γνώμης ἀθέου καὶ ἀσεβεστάτης, καλουμένης Ἐλκεσαίωνων (93), νεωστὶ ἐπανισταμένης ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἐκεῖνη ἡ γνώμη οἷα λέγει κακὰ, παραθήσομαι ὑμῖν, ἵνα μὴ συναρπάξῃσθε. Ἄθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης Γραφῆς. Κέχρηται ῥητοῖς πάλιν ἀπὸ πάσης Παλαιᾶς τε καὶ Εὐαγγελικῆς, τὸν Ἀπόστολον τελεον ἄθετεῖ. Φησὶ δὲ οὗτι τὸ ἀρνησασθαι Χριστὸν ἀδιὰφορόν ἐστι. Καὶ ὁ μὲν νοήσας (91), τῷ στόματι ἐν ἀνάγκαις ἀρνησεται, τῇ δὲ καρδίᾳ οὐχί. Καὶ βίβλον τινα φέρουσιν, ἣν λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ καταπεπιτωκέναι. Καὶ τὸν ἀκηκόοντα ἐκείνης καὶ πιστεύοντα, ἄρῃσιν λήψῃσθαι τῶν ἀμαρτημάτων, ἄλλην ἄρῃσιν παρ' ἣν Χριστὸς Ἰησοῦς ἀφῆκε. » Καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων τάδε ἐστίν.

## B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

*Περὶ τοῦ κατὰ Δέκιον διωγμοῦ, καὶ ὅσα Ὀριγένης ἀπέκονθεν (Nic. II. E. v, 27, 32).*

Ἄλλὰ γὰρ Φιλιππον ἔτασιν ἐπὶ τὰ βασιλεύοντα διαδέχεται Δέκιος · ὃς δὴ τοῦ πρὸς Φιλιππον ἐχθροῦ ἕνεκα διωγμὸν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐγείρει, ἐν ᾧ Φαβιανὸς ἐπὶ Ῥώμης μαρτυρίῳ τελειωθέντος, Κορνήλιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Ἐπὶ δὲ Παλαιστίνης Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας ἐπισκοπὸς, ἀθίς διὰ Χριστὸν ἐν τῇ Καισαρείᾳ ἡγεμονικοῦς, παρὰ τὰς δικαστηρίους, καὶ ἐπὶ δευτέρᾳ διαπρήξας ὁμολογίᾳ, δεσμοτηρίου πειράται, λιπαρῶ γῆρει καὶ σμυνῇ πολῆ κατεστεμμένος. Τούτου δὲ μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἡγεμονικοῦς δικαστηρίους λαμπρὴν καὶ περιφανῆ μαρτυρίαν, ἐπὶ τῆς εἰρκτῆς κοιμηθέντος, Μαζαβάνης διάδοχος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκοπῆς ἀναδεικνυται. Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ παρακλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβύλα μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμοτηρίῳ μεταλλάξαντος, Φάβιος τῆς αὐτῆς προίσταται Ἐκκλησίας. Τὰ μὲν οὖν Ὀριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν συμβάντα οἷα καὶ ὅσα, καὶ ὅποιας ἐτυχε

sæis, quo nihil est absurdius. Adde quod Elcesæi seu Elcesaitæ cum unico σῆμα scribuntur ; Essæi vero cum duplici. Itaque corrigendus est Epiphanius in hæresi Ebionæorum, cap. 3, ubi *Ἐλκεσαίους* male scribitur pro *Ἐλκεσαίους*. Porro in nostris quidem codicibus *Ἐλκεσαίται* aspiratur, sed apud Rufinum id nomen scribitur sine aspiratione. Vide Augustinum *De hæresibus*, cap. 40. De his Methodius in lib. viii *Convivii* : Μαρκιῶνος γὰρ καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἐλκεσαίων, καλὸν μηδὲ μνημονεύσαι.

(94) *Ὁ μὲν νοήσας*. Hæc verba non intellexerunt interpretes. Et Rufinus quidem vertit, *qui fixus est in corde suo*, quem secutus est Langus. Christophorus vero ita interpretatur, *qui interiore cogitatione recte de fide sentiat*, quod plane est absurdum. Quid enim absurdius est quam dicere eum qui animo recte sentit de fide, ore quidem eam negaturum si usus ita poposcerit, animo vero minime? Sed ὁ νοήσας hic significat, *quicumque sapit*. Sic enim Græci loquuntur. Notus est Hesiodi versus :

*Αἰὼν τοι βασιλεῦσ' ἔρως νοθοῦσι καὶ αὐτοῖς.*  
Et alter ille initio *Operum et Dierum*, ubi de duplici contentione loquitur :

*Τὴν μὲν κεν ἐπαυέσσει νοήσας.*

τελευτῆς, τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐφαμιλλως τῷ ἀνδρὶ Ἀ πανστρατιᾷ παραταξαμένου, πάσῃ τε μηχανῇ καὶ δυνάμει κατ' αὐτοῦ στρατηγήσαντος, παρὰ πάντας τε τοὺς τριηκᾶδε πολεμηθέντας διαφερόντως ἐπισκήψαντος αὐτῷ, οἷά τε καὶ ὅσα διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον ἡ ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος, τὰς τε ὑπὸ σιδηρῶ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἰρκτῆς τιμωρίας, καὶ ὡς ἐπὶ πλείστοις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα (95) κατασπώμενος, πυρὸς τε ἀπειλὰς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν, οἷου τε τὰ κατ' αὐτὸν ἔτυχε τέλους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν παντὶ σθένει τοῦ δικαστοῦ φιλονεικῶς ἐνοσάντος, ὅποιας τε μετὰ ταῦτα καταλείπει φωνὰς, καὶ αὐτὰς πλήρεις τοῖς ἀναλήψεως θεομέ- B νοις (96) ὠφέλειας, πλείστοις ὅσαι τάνδρος ἐπιστολαὶ Β τᾶληθες ὁμοῦ καὶ ἀκριβῆς περιέχουσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

*Περὶ τῶν Διονυσίῳ συμβάντων* (Nic. H. E. v, 28).

Τὰ γέ τοι κατὰ Διονύσιον, ἐκ τῆς πρὸς Γερμανὸν ἐπιστολῆς αὐτοῦ παραθήσομαι· ἔνθα τοῦτον περὶ ἐαυτοῦ λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· « Ἐγὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλῶ, καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι· οὐδὲ μίαν ἐπ' ἑμαυτοῦ βαλλόμενος (97), οὐδὲ ἀθεεὶ πεποιήμαι τὴν φυγὴν. Ἄλλὰ καὶ πρότερον (98) τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβίνος αὐτῆς ὥρας φρουμεντάριον (99) ἐπαμψεν εἰς ἀναζητητίν μου· καὶ γὰρ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἀφιξίν τοῦ φρουμενταρίου προσδοκῶν. Ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν, τὰς ὁδοὺς, τοὺς ποταμούς, τοὺς ἀγρούς, ἔνθα κρύπτεσθαι με ἢ βαδί- C ζειν ὑπέσκηπεν. Ἀορασίᾳ δὲ εἶχετο, μὴ εὐρίσκων τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ ἐπίστευεν οἰκοὶ με διωκόμενον μέ-

exitus fuerit, dum pessimus dæmon omnes adversus illum copias instantius movet, cunctisque machinis ac viribus eum impugnat, et in hunc præ reliquis omnibus qui tunc temporis appetiti sunt, præcipue irruit: quæ item et quanta propter doctrinam Christi vir ille pertulerit, vincula scilicet et corporis cruciatus, et in intimo carceris recessu ferret torquis ærumnas; utque multorum dierum spatium pedes in nervo ad quatuor usque foraminum interstitia distenti fuerint: ad hæc ignium 235 minas, et quæcunque alia ab inimicis illata fortiter sustinuit: et cujusmodi tandem harum rerum exitus fuerit, iudice omni virium nisu ambitiose contentente ne illum interficeret: denique quos sermones posthæc quamque utiles iis qui consolatione indigent reliquerit, plurimæ ejus epistolæ non minus vere quam accurate commemorant.

CAPUT XL.

*De his quæ Dionysio acciderunt.*

Quæ autem Dionysio contigerunt, ex ipsius adversus Germanum epistola hic ascribam: in qua de semetipso verba faciens, ita narrat: « Ego vero coram Deo loquor, et ipse scit me nequaquam mentiri: nunquam mea sponte, nec sine Dei nutu fugam inii. Sed et prius, cum persecutionis edictum sub Decio propositum fuisset, Sabinius frumentarium qui me requireret, eodem temporis momento misit. Atque ego quidem quatrinduo domi mansi, adventum expectans frumentarii. Ille vero omnia circumeundo perscrutabatur: vias, fluvios, agros, ubi me occultari aut qua transiturum esse suspicabatur. Verum caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum reperiret. Neque enim opinabatur me domi consistere

(95) Ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου διαστήματα. Malim scribere ἐπὶ τέσσαρα, vel πρὸς τέσσαρα. Porro ξύλον nervum esse, jam supra ostendimus, non autem equuleum, ut putavit P. Halloixius. Porro in mss. codicibus Maz., Med., Fuk. et Savillii scribitur παραταθεὶς διαστήματα κατασπώμενος, πρὸς τε, etc. Sed non dubito quin vox illa κατασπώμενος, scholion sit ad explicationem verbi præcedentis παραταθεὶς. Et ita quidem prius sensimus. Nunc vero, re attentius examinata, verbum κατασπώμενος retinendum censemus, totumque locum ab his verbis καὶ ὡς ἐπὶ πλείστοις ἡμέραις, usque ad illa καρτερῶς ἤνεγκεν, uno ductu continuandum. Ait enim Eusebius, Origenem equuleo impositum, tum ignis minas, tum reliqua tormenta fortiter pertulisse. Ξύλον igitur hoc loco est equuleus; quod vel adjecta vox declarat. Quoties enim de nervo seu compedibus dicitur, simpliciter dici solet ξύλον; sed cum equuleum significat, adjicitur fere κολαστήριον aut βασανιστήριον.

(96) Τοῖς ἀναλήψεως θεομένοις. Id est, qui consolatione indigent. Sic enim construenda sunt verba, quæ Eusebius solito more transposuit. Quod tamen non vidit Christophorus. Cæterum de Æthiophe adversus Origenem subornato, et de abnegata fide, nihil hic dicit Eusebius, sed et Baronius cuncta hæc fabulosa esse merito censuit. Nemesius tamen in libro *De natura hominis*, cap. 30, narrationem illam Eriphanii confirmat.

(97) Ἐπ' ἑμαυτοῦ βαλλόμενος. In codice Fuk. et

in *Chronico* Georgii Syncelli, ubi hæc Dionysii epistola refertur, legitur ἐπ' ἑμαυτῷ βαλλόμενος. In codd. autem Maz. et Med. scriptum inveni ἐπ' ἑμαυτὸν βαλλόμενος. Sic Herodotus dixit βαλλόμενος ἐφ' ἑαυτοῦ πέπρηχε. Id est, seipsum in consilium adhibens, sua sponte et proprio motu. Pene omiseram inonere, initium hujus epistolæ in codice Mediceo ita legi: Ἐγὼ δὲ ἐνώπιον, etc., quod quidem rectius mihi videtur. Musculus verba illa καὶ ἐνώπιον usque ad οὐδέμλαν parenthesi includit. Sed nihil necesse est, quippe cum ante οὐδέμλαν ponenda sit distinctio, ut habent omnes mss. codices. Scribendum etiam est οὐδὲ μλαν ex mss. codicibus Maz., Med. et Fuk.

(98) Ἄλλὰ καὶ πρότερον. Pessime hæc vertit Christophorus, qui πρότερον τοῦ διωγμοῦ dici putavit, quod tamen Greci sermonis proprietas non admittit. Sed et sequentia Dionysii verba hujusmodi sensum prorsus respuunt. Sequitur enim αὐτῆς ὥρας, id est, eodem tempore quo edictum persecutionis erat propositum. Διωγμός enim a Dionysio hic sumitur pro edicto persecutionis.

(99) Φρουμεντάριον. Frumentarii milites erant qui, ad investigandos reos et ad colligendos rumores, per provincias mittebantur: quos tandem Constantinus abolevit, ut scribit Aurelius Victor. Illi etiam iudicibus seu rectoribus provinciarum inserviebant. Ita frumentarius ille cuius hoc loco meminit Dionysius, deputatus erat ad obsequium Sabini præfecti Augustalis.

grassante adversus me persecutione. Vixque post diem quartum, cum Deus mihi ut alio migrarem præcepisset, ac præter opinionem omnium viam aperuisset, ego et famuli, multique ex fratribus simul egressi sumus. Atque id divinæ providentiæ opus fuisse, rerum eventus postea declaravit. Si quidem nonnullis fortasse haudquaquam inutiles fuimus. Deinde paucis interpositis, ea quæ ipsi post fugam contigerunt subjungit his verbis: « Ego quidem circa solis occasum una cum comitibus meis a militibus comprehensus, Taposirim perductus sum. Timotheus vero, Deo ita disponente, tum quidem non adfuit, nec comprehensus est. Sed cum postea advenisset, domum vacuum reperit, et satellites qui eam custodiebant, nos vero in servitutem abductos. » Et aliquanto post: « Quisnam vero, inquit, divinæ illius dispositionis ordo ac modus fuit? Dicam enim quæ vera sunt. Adufragenti et perturbato Timotheo agrestis 236 quidam occurrens, causam festinationis percontatur. Ille rem ut erat exposuit. Rusticus, re audita (pergebat tunc forte ad nuptiale convivium. Solent enim in hujusmodi conviviis totam noctem pervigilare), ingressus rem discumbentibus narrat. Qui confestim quasi signo dato, omnes uno impetu consurrexerunt: et concito cursu in nos irruentes, clamorem ediderunt. Continuo satellitibus qui nos custodiebant in fugam versis, supervenientes, nos, ut eramus, nudis in grabatis jacentesprehenderunt. Ac primo quidem aspectu, Deum testator, latrones esse existimans qui spoliandi ac diripiendi causa venissent, manens in lectulo meo nudus, sola opertus linea tunica, reliquam vestem quæ juxta me posita erat eis porrexi. At illi consurgere me et quam celerrime proficisci jusserunt. Tunc demum intelligens cujus rei gratia venissent, vociferari cœpi, rogans atque obtestans ut abirent, nosque illic dimitterent. Quod si de nobis bene mereri vellent, orabam ut eos qui me abducebant satellites prævenirent, ipsique caput mihi demerent. Hæc me vociferantem, ut norunt ii qui mihi consortes et participes ærumnarum omnium fuere, invitum surgere coegerunt. Ac me quidem ipse humi supinum abjeci. Illi vero pedibus manibusque comprehen-

qui Novatianum cum aliis duobus collegis ordinaverat, a se depositum esse, et in laicorum ordinem redactum. Cum enim excommunicare illum vellet, utpote nefarii schismatis auctorem, a populo rogatus idem Cornelius, laicam eum communionem induisit, id est, ut inter laicos communicaret, permisit. Reliqui vero episcopi qui Novatianum ordinaverant, non solum depositi, verum etiam a communionem totius Ecclesie separati sunt. Ita Cyprianus in epistola ad Antonianum de Trophimo loquens episcopo, qui cum schisma fecisset in Ecclesia Romana, postea confessus errorem, et turbam fratrum quos abduxerat secum, in Ecclesiam reducens, a Cornelio susceptus est. Sic tamen, inquit, *admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non quasi locum sacerdotis usurpet.* Hunc Trophimum illum ipsum esse existimo de quo in hac epistola loquitur Cornelius, unum ex iis qui Novatianum ordinaverant. Nam Cyprianus illum sacerdotem, id est episcopum, vocat; et fraternitatem prius ab Ecclesia abstraxisse testatur; deinde reversum cum humilitate veniam petiisse, et a Cornelio ad laicam communionem susceptum. Porro alter ex episcopis qui Novatianum ordinarunt, Evaristus fuisse videtur, ut colligo ex epistola Cornelii papæ, quæ inter Cypriani epistolas 48 habetur. In *Actis* suppositis martyri Novatiani quæ citantur ab Eulogio in lib. vi, Novatianus episcopus Romæ factus esse dicitur a duobus episcopis, Marcello Aquileiensi et Agamemnone Trevirensi. Cæterum in codice Mæz., Med., Fuk. et Savilli legitur *ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῶ*: quam scripturam amplexus est Christophorus. Mos olim fuit, ut laici post Eucharistiam ab episcopo acceptam, ei osculum darent. Hieronymus in epistola 62, adversus Joannem Hierosolymitanum: *Quisquamne tibi invitus communis est? Quisquamne extenta manu vertit faciem, et inter sacras epulas Judæ osculum porrigit? Paulus Diaconus De vitis PP. Emeritensium, cap. 7, de Fideli episcopo loquens: Vade, inquit, communica, et da nobis osculum. Vale fac omnibus, quia iturus es tamen, et domi tue sub omni festinatione dispone; et si desideras remedium pœnitentiæ percipe. Qui mox accepta pœnitentiâ, dispositaque domo sua, valescians cunctis, sequenti nocte migravit a corpore.*

λαοῦ (38). Καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους A  
 εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπο-  
 στάλαμεν. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου (39), οὐκ  
 ἤπιστοτο ἓνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκ-  
 κλησίᾳ (40)· ἐν ἧ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέ-  
 ρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ (41), διακόνους ἑπτὰ, ὑπο-  
 διακόνους ἑπτὰ, ἀκολουθοὺς δύο καὶ τεσσαράκοντα,  
 ἑξοριστάς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πωλυροὺς, δύο καὶ  
 πενήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις (42) ὑπὲρ τὰς  
 χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότητος χά-  
 ρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. Ὅν οὐδὲ τοσοῦτο  
 πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ  
 τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλουσίας τε καὶ πληθύνου  
 ἀριθμῶς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμητοῦ λαοῦ, ἀπὸ  
 τῆς τοιαύτης ἀπογνωσίας τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐν-  
 τρεπέει (43) τε καὶ ἀνεκαλέαστο εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. »  
 Καὶ αὐθις μεθ' ἑτέρα τούτοις προστίθησι ταῦτα· B  
 « Φέρε δὴ ἐξῆς εἰπωμεν, τίσιν ἔργοις ἡ τίσει πολι-  
 τείας τεθαβρῆκώς, ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· Ἄρα  
 γὰρ δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνιστρέφεται, καὶ  
 τελῶς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν  
 κινδύνῳ πολλοὺς τε καὶ μεγάλους ἕνεκα τῆς θεοσε-  
 βείας γαγονέαι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ὅ γὰρ ἀφορμὴ τοῦ  
 παύσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ  
 οὐκ ἔχων ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. Ὅς βοηθούμενος ὑπὸ  
 τῶν ἑποριστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀπο-  
 θνήσκειν ὅσον οὐδέποτε νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ  
 ἤκειτο, περιχυθεὶς (44) Ἐλαθεν· ἐλ γὰρ χρῆ λέγειν τὸν

Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam  
 rediit, delictum suum cum lamentis ac fletibus con-  
 fiteus. Quem nos, cum universus populus pro illo  
 intercessisset, ad communionem 244 laicam su-  
 scipimus. Reliquis etiam duobus episcopis succes-  
 sores ordinavimus, eosque in loca illorum direxi-  
 mus. Ergo ille Evangelii vindex, ignorabat unum  
 episcopum esse oportere in Ecclesia catholica. In  
 qua tamen sciebat (quomodo enim illud nescire po-  
 tuisset?) presbyteros quidem esse quatuor et qua-  
 draginta; septem autem diaconos totidemque sub-  
 diaconos: acoluthos duos et quadraginta: exorci-  
 stas et lectores cum ostiariis quinquaginta duos:  
 viduas denique cum infirmis et egentibus plusquam  
 mille et quingentas. Quibus universis gratia et be-  
 nignitas Dei alimenta suppeditat. Et tamen tanta  
 B tamque necessaria in Ecclesia multitudo: cœtus  
 ille divinæ Providentiæ copiis opulentus et nume-  
 rosus, cum immenso ac pene innumerabili populo,  
 ab hujusmodi desperatione et audacia illum deter-  
 rere et ad Ecclesiam revocare non potuit. » Paucis  
 deinde interjectis, hæc addit: « Agedum, inquit,  
 exponamus deinceps, quibus operibus et cujusmodi  
 conversatione confusus, ad episcopalem locum aspi-  
 raverit. An ideo fortasse quod ab initio in Ecclesia  
 versatus est, et multa pro ejus defensione certa-  
 mina subivit, multisque et gravissimis periculis  
 religionis causa conflictatus est? Minime id quidem.

(38) Παῖτος τοῦ παρόντος λαοῦ. Sic in cold. C  
 Max., Med., Fuk. et Sav., necnon apud Syncellum  
 legitur. Editi om. παρόντος.

(39) Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου. Hæc  
 ironice dicuntur de Novatiano, qui se assertorem  
 Evangelii Christi esse jactabat, ut docet Cyprianus  
 in epistola prima ad Cornelium. Exstat hodie liber  
 Novatiani *De cibis Judaicis*, quem ille sic inscri-  
 psit, plebi in Evangelio persistenti.

(40) Ἐνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ  
 Ἐκκλησίᾳ. Eadem verba leguntur in epistola Cor-  
 nelii papæ ad Cyprianum, ubi confessores, relicto  
 Novatiano ad Ecclesiam redeuntes, his verbis usi  
 esse dicuntur: *Nec enim ignoramus unum Deum  
 esse; unum Christum esse Dominum, quem confessi  
 sumus; unum Spiritum sanctum: unum episcopum  
 in catholica Ecclesia esse debere.* Ubi Ecclesia ca-  
 tholica specialiter appellatur Romana, eo quod  
 radix sit et matrix Ecclesiæ catholicæ, ut ait Cy-  
 prianus in epistola ad Cornelium. Sic catholicam D  
 Ecclesiam idem Cyprianus in epistola ad Antonia-  
 num initio vocat Romanam, ut jam sciret te secum,  
*hæc ei, cum catholica Ecclesia communicare.*

(41) Πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ. Ex  
 hoc loco colligi potest, quot basilicas tunc Romæ  
 habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri  
 suas regerent basilicas, si 46 fuerunt presbyteri,  
 totidem basilicas fuisse dicendum est. Certe Opta-  
 tus in lib. II Romæ 40 et amplius fuisse testatur ba-  
 silicas sub tempora persecutionis Diocletiani. *Non  
 enim, inquit, grex aut populus appellandi fuerant  
 pauci, qui inter 40. et quod excurrit basilicas, lo-  
 cum ubi colligerent non habebant.* Ubi Optatus lo-  
 quitur de basilicis quæ Romæ erant tempore per-  
 secutionis Diocletiani, id est, annis circiter quin-  
 quaginta post epistolam Cornelii papæ; non au-  
 tem de basilicis quæ Romæ erant sua ætate, id est,  
 anno Christi 378, ut scripsit Blondellus in *Apolo-*

gia, pag. 223. Vide Baronium ad annum Christi 57,  
 quem frustra refellere conatur Blondellus loco  
 laudato.

(42) Χήρας σὺν θλιβομένοις. Occurrit hæc vox  
 in epistola cleri Romani ad clerum Carthaginen-  
 sem de secessu Cypriani: *Sive vidua, sive thlibo-  
 meni qui se exhibere non possunt, sive hi qui in car-  
 ceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique ha-  
 bere debent qui eis ministrent.* Male vulgo editum  
 est *clidomeni*, pejusque ab aliis emendatum *clino-  
 meni*. Scribendum enim procul dubio est *thlibomeni*,  
 id est *indigentes*, ut vertit Rufinus, vel ii qui se  
 exhibere non possunt, ut explicat clerus Romanus.  
 Cyprianus in epist. 4 vocat pauperes et indigentes  
 qui laborant. Joannes Chrysostomus in Homilia 67  
 in Matthæum, ait Ecclesiam Antiochenam sua  
 ætate, tametsi mediocres reditus possideret, plus-  
 quam tria millia viduarum et virginum aluisse  
 quotidie, præter hospites, leprosos et vinctos; præ-  
 ter clericos, quibus vestem ac cibaria suppedita-  
 bat.

(43) Ἐρέτρεψε. Apud Georgium Syncellum le-  
 gitur ἐπέστρεψε, minus recte. Codex Fuk. habet  
 ἀνέστρεψε.

(44) Περιχυθείς. Recte Rufinus *perfusum* vertit.  
 Nam qui ægri in lecto baptizabantur, cum mergi a  
 sacerdote non possent, aqua duntaxat perfunde-  
 bantur. Itaque hujusmodi baptismus parum solem-  
 nis ac minus perfectus habebatur, quippe qui non  
 sponte, sed mortis metu susceptus videretur ab  
 hominibus delirio laborantibus, et nullo amplius  
 sensu præditis. Accedit quod, cum baptismus pro-  
 prie mersionem significet, ejusmodi perfusio vix  
 baptismus dici poterat. Quamobrem clinici (sic  
 enim vocabantur qui ejusmodi baptismum acceper-  
 rant) ad presbyterii gradum promovendi vetantur  
 canone 12 concilii Neocæsariensis. Hujusmodi ba-  
 ptismum hominis in lecto decumbentis et animam

Quippe cui causam atque initium credendi præbuit Satanus in ipsum ingressus, atque in ipso aliquandiu commoratus. Cumque ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum collapsus, dæm jamjamque moriturus creditur, in ipso in quo jacebat lectulo perfusus, baptismum suscepit, si tamen hujusmodi baptismum suscepisse dicendus est. Sed neque postquam liberatus est morbo, reliqua percepit quæ juxta ecclesiasticam regulam percipi debent, neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum sanctum potuit accipere? Et aliquanto post: « Qui persecutionis, inquit, tempore præ metu ac nimia vivendi cupiditate presbyterum se esse negavit. Admonitus enim et rogatus a diaconis, ut ex cubiculo in quo seipsum incluserat, egres- sus, fratribus auxilio indigentibus succurreret, tantum abfuit, ut hortantibus diaconis morem gereret. Quin potius ira et indignatione porritus, abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit, 245 sed alterius philosophiæ desiderio teneri. » Paucis deinde transcurtis, hæc iterum subjungit: « Nam cum egregius ille vir

agentis, luculente describit Joannes Chrysostomus in homilia 60 *Ad catechumenos*, tomo II. Cyprianus tamen in epistola 76 baptismum hunc plenum ac legitimum esse censet, et clinicos nihilo inferiores esse ait iis qui sani baptismum in Ecclesia susceperunt.

(45) Κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα. Qui in lecto decumbente baptismum acceperant, postquam ex morbo convalescent, episcopum adire necesse habebant, ut ea quæ ipsorum baptismo defuerant, suppleret. Vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis, quem nuper una cum Cypriano edidit Nic. Rigaltius: *Aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit baptismus, eventum exspectemus, ut aut suppletur a nobis, aut a Domino splendens reservetur.* Novatianus itaque hic arguitur a Cornelio, quod cum urgente morbi necessitate in lecto baptizatus fuisset ab exorcistis qui illum curabant (hoc enim indicant verba ejus epistolæ), postea recuperata valetudine non adisset episcopum, ut reliqua baptismi solemnia suppleret, quod ecclesiastica regula præcipiebat. Certe in canone 47 concilii Laodicensis id diserte præcipitur, et in capite tricesimo octavo concilii Eliberitani.

(46) Τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Rufinus hæc verba de signaculo chrismatis interpretatus est. Ego impositionem manuum intelligo, qua episcopi Spiritum sanctum baptizatis conferebant; quod sequentia manifeste declarant. Subdit enim Cornelius: Τούτου δὲ μὴ τυχόν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; Quamquam in manuscriptis codicibus Maz., Med. et Fuk. legitur τούτων δὲ μὴ τυχόν. Interpretationem nostram confirmat Cyprianus ad Jubaianum his verbis: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico consummentur.* Σφραγίσσει proprie est consignare. Consignare autem et manus imponere idem est, ut docet epistola Innocentii ad Decentium, cap. 5 et 6. Idem confirmat Marcus in *Vita Porphyrii* Gaiensis episcopi, cujus locum inferius adducemus. Ambrosius seu quis alius auctor est eorum librorum, in caput IV Epistolæ Pauli ad Ephesios: *Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si*

τοιούτων ελληθέναι. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγόν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα (45), τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου (46). Τούτου δὲ μὴ τυχόν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; » Καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησὶν: « Ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζῶϊαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερος εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. Ἄξιόμνητος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἐν ἐξεληθῶν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθείρξεν ἑαυτὸν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς (47), ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατόν πρεσβυτέρῳ, κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπέμεινε καὶ ἀπαλλάττεσθαι: μὴ γὰρ ἐτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἐφη. Ἐτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας Ἐραστής. » Ὑπερβάς δ' ὀλίγα, τοῦτοις πάλιν ἐπιπέρι λέγων: « Καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἧ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτέρου (48) κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέontos αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτέρου κλήρον: ἐς διακωλύμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν (49), ἐπεὶ μὴ ἔξῃν ἦν τὸν ἐπὶ κλήρος διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλήρον τινα

præsens non fuerit episcopus. Eadem habet auctor *Questionum Veteris et Novi Testamenti* inter Augustini opera editas, quæstione 101: *Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat presbyter.* Scribe *consignat presbyter*, ut in supra citato Ambrosii loco. Porro hæc baptizatorum consecratio interdum fiebat cum chrismate, quoties scilicet aliquis, urgente morbi necessitate, baptizatus fuerat a minoribus clericis, nec chrismatus. Tunc enim episcopus, qui baptismi solemnia postmodum supplebat, chrismare simul et manus imponere necesse habebat. Qui vero perfectum baptismum acceperant, iis manus tantum imponebatur ab episcopo sine chrismatione, ut docet canon Arcaicanus. Quo pertinet vetus epigramma apud Cruterum pag. 1177, de Marca.

*Tuque sacerdotes docuisti chrismate sancto  
Tangere bis nullum iudice posse Deo.*

Porro ut ad Novatiani baptismum redeamus, hinc manasse mihi videtur mos Novatianorum, qui in baptismo sacrum chrisma non adhibebant, teste Theodoro in Hb. III *Hæret. fabularum*, eo quod scilicet auctor ipsorum Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset.

(47) Βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς. Post has voces, in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. et Saviliano, et apud Syncellum hæc adduntur: *ὅσα θέμις, καὶ ὅσα δυνατόν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν.* Quæ Rufinus legisse videtur in suo codice; vertit enim: *Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, et a diaconis, ut moris est, subvenire in exitu catechumenis rogaretur, eum Paulo ante ubi legebatur ἐξεληθῶν τοῦ οἴκου restititimus οἰκίσκου, auctoribus iisdem codicibus et Georgio Syncello, Rufinus cellulam vertit.*

(48) Πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου. Hinc apparet Novatianum prono gradu presbyterum fuisse ordinatum, omissis diaconatus et subdiaconatus ordinibus: qui mostum fuit in Ecclesia, ut docet exemplum Origenis, Paulini Nolani et aliorum. Nota sunt etiam exempla Ambrosii Mediolanensis, et Nectarii Constantinopolitani, qui et neophytis ordinati sunt episcopi.

(49) Διακωλύμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. Presbyteri olim ab e, i corpi of

γενέσθαι (50), ἤξιωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον ἄλλον χειροτονῆσαι. » Ἐπεὶ ἄλλο τι τούτοις χειριστον προσέθησι τῶν τοῦ ἀνδρός ἀποπημάτων, λέγων οὕτως : Ποίησας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἰσάσῃ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδούς τοῦτο (51), ὁμνύειν, ἐν τῷ εὐλογεῖν, τοὺς ταιλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφείξῃ ἔστ' ἂν ὁμνύοντες εἰπωσι

dinari non poterant sine consensu cleri et populi. Ac de populi quidem suffragio in electione presbyterorum, testantur Patres concilii Nicæni in epistola synodica ad episcopos Ægypti, ubi de clericis qui se a Meletii schismate puros atque integros servaverant, ita præcipiunt : *Εἰ δὲ τινὰ ποτε συμβαλὴ ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τυχικαῦτα συναναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοῦς ἔστι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνονται, καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο συνεπιπέφικτοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου.* Quæ verba Sozomenus de clericis intellexit, cum tamen de episcopis potius accipienda esse vidcantur. Nam cum Patres synodi Nicænæ contemplatione pacis stitissent, ut episcopi a Meletio schismatico ordinati in suo gradu remanerent, sed sine ulla functione episcopalis officii, nunc præcipiunt, ut si forte catholicus episcopus ab Alexandrinæ urbis episcopo ordinatus obierit, tum Meletianus, qui a synodo sub ea conditione quam dixi susceptus est, in locum mortui succedat, dummodo plebs eum elegerit, et episcopus Alexandrinus electionem ejus confirmaverit. Sed et ex aliis locis ejusdem epistolæ satis colligitur, necessarium fuisse populi suffragium in ordinatione clericorum. Utant enim eadem epistola sanctissimi Patres, ne episcopis qui Meletio adhæserant, jus fasque sit proponendi nomina eorum qui ad ecclesiasticos ordines sunt promovendi : sed solis catholicæ Ecclesiæ episcopis, qui ab omni schismate integri semper fuissent, illud competere pronuntiant. Pontifices quippe annuntiabant populo nomina eorum qui ordinandi essent presbyteri vel diaconi, ut si quis forte haberet quod ordinandis objiceret, illud palam temeretur, sicut legitur in *Sacramentario* Gregorii Magni. Quam in rem singularis est locus B. Chrysostomi in homilia 18 in *Epistolam* II ad Corinthios : *Audi, inquit, quemadmodum apostolorum tempore, ipsi persæpe eos quibus præerat, consiliorum suorum socios adhibebant. Nam et cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt : et cum Matthiam eligerent, de ea re cum omnibus qui tunc aderant tum viris quam mulieribus Petrus agitavit. Neque enim hoc imperium, in præsidium fastu et arrogantia, nec in subjacentium servili quadam demissione consistit, sed spirituale est : hoc præcipue excellens, quod pro vestra salutis cura plures labores suscipiat, non autem quod plus honoris requirat. Omnes enim tantam domum unam, Ecclesiam habitare ; omnes ut unum corpus affectos esse convenit. Denique adeo necessarium fuit plebs suffragium in electione presbyterorum, ut sæpenumero in Ecclesia plebs tumultuosus vociferationibus presbyterum aliquem ieri postularet et cogeret. Quod quidem Barcivone sibi evenisse testatur Paulinus in epistola sexta ad Severum. Idem de Piniano, Albinæ filio, refert Augustinus in epist. 225, ad Albinam. Jam vero cleri quoque consensum ad hoc fuisse necessarium docet vetus auctor *Questionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, ubi scribit presbyterum qui ordinandus est, perducii a diacono et offerri episcopo ; et sub testimonio diaconi ordinari. Sed testimonio, inquit, *diaconi fit presbyter.* Et paulo post : *l'educantur enim qui ordinandi sunt, ut dum lateri**

Ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evexit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfusi fuissent, in clerum assumi ; postulavit ab iis epi-

*eorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando.* Totum vero hunc ritum optime descriptum habemus in *Sacramentario* Gregorii Magni, pag. 236, ad quem locum vide quæ notavit Hugo Menardus, vir doctissimus.

(50) *Εἰς κλήρῳν τινα γενέσθαι.* Κλήρῳν ordinem seu gradum significat ministerii ecclesiastici. Ita κλήρῳν presbyterῳ paulo ante Cornelius dixit, et κλήρῳν ἐπισκοπῆς non semel vocant Eusebius et Irenæus, Epiphanius in heresi Meletianorum : *Οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, presbyterῳ τε καὶ διακονίας καὶ ἄλλων.* Itaque hoc loco εἰς κλήρῳν τινα, id est, in quocunque clero. Sic certe loquitur vetus auctor *De hæreticis non rebaptizandis* : *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocunque clero constitutum, ac multo magis episcoporum audere decet.* Rursus in eodem libro : *Imo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in clero aliquo constitutus.* Idem scriptor clerum distinguit in majorem et minorem. Et minorem quidem clerum appellat diaconos et reliquos inferiores ordines. Ut cum dicit, pag. 129 : *Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos in periculis quam certissimis astringis, ut hominibus omnibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus infirmantur, per semetipsos subvenire deberent ; quia cæteri homines minoris cleri iis qui periclitantur, hoc idem præstare non possunt.* Et multo clarius, pag. 134 : *Et ideo cum salus vestra in baptismo spiritus, quod plerumque cum baptismata aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptismata tradetur, integre et solemniter et per omnia quæ scripta sunt assignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur : aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, etc., ubi vides presbyteros ab hominibus minoris cleri aperte distingui. At enim minoris cleri homines ingrudente tantum necessitate baptismata conferre, quod presbyteris nequaquam convenit.*

(51) *Καὶ ἐπιδιδούς τοῦτο.* Proprium erat presbyteri officium, Eucharistiam et calicem fidelibus in manus tradere, idque ἐπιδιδόναι proprie dicebatur. Chrysostomus, homilia 46 in *Matthæum* : *Ὁὐδὲρῶς ἔτι τῷ ἱερῷ μόνῳ θεμῖς τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον.* Id est, *Non vides qualiter soli sacerdoti licet calicem Domini sanguinis præbere.* Ex quo ita argumentatur Chrysostomus : *Tu ergo sacerdos es, cum panem et calicem præbes pauperi.* In quibusdam tamen Ecclesiis diaconi Eucharistiam populo dividebant. Itaque innuere videtur auctor *Questionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, his verbis : *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Hieronymus seu quis alius in libro *De septem gradibus Ecclesiæ* : *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est sacramenti dispensatio. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat.* Et in concilio Arrelatensi II, cap. 15, cavetur ut diaconus præsentem presbytero corpore Christi fidelibus tradere non præsumat.

scopus, ut hunc solum ordinari a se paterentur. » Post hæc facinus quoddam subjungit omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita scribens: « Etenim oblatione facta, portionem singulis dividens, dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus suis manibus comprehensas retinens, nec prius dimittens quam jurati ista dixerint: ipsis enim utar illius verbis: Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te nunquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium esse rediturum. Ita miser ille non prius gustare sinitur, quam sibi ipse malum. imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset Amen, ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium. » Et post alia rursus hæc addit: « Scias

ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρῆσθαι λόγοις· Ὅμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτε με καταλείπειν καὶ ἐπιστρέφειν πρὸς Κορνήλιον. Καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσεται (52). Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκείνον, τὸ Ἄμην (53), οὐκέτι ἀνήψω πρὸς Κορνήλιον, λέγει. » Καὶ μεθ' ἕτερα πάντα ταῦτά φησιν· « Ἦδὲ δὲ ἴσθι γεγυμνώσθαι καὶ ἔρημον γεγονέναι, καταλιπαπόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἐκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων. Ὅν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος (54) μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῶν ἐναγῆος μαρτυρήσας καλὴν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν, ἔτι ὢν ἐν κότμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνειαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε (55) σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις (56) τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν

(52) *Ἀδὲν καταράσεται.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Et miser homo non degustavit, nisi primum se illi devorasset.* Christophorsonus vero, quasi Musculi insistentis vestigiis, vertit hoc modo: *Atque infelix non ante degustavit, quam ita se illi devorasset.* Quasi vox αὐτῷ referretur ad Novatianum. Ego tautῷ malum legere cum Georgio Syncello, apud quem totus hic locus ita scribitur: Καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιο. Id est: *Atque ille miser non prius gustare sinitur, quam semetipse diris devoravit.* Quippe omne iusjurandum adjunctam habet imprecationem. Quæ licet in hoc sacramento quo Novatianus homines miseros adigebat, diserte expressa non sit, tacite tamen subintelligitur, ut notavi ad Amm. Marcellinum. Porro in quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano legitur etiam καταράσαιο, perinde ac apud Syncellum.

(53) *Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν... τὸ Ἄμην.* Hoc est quod paulo ante dixit Cornelius, ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν. Fideles enim cum Eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat, *Corpus Domini*, respondere solebant *Amen*, ut testatur B. Ambrosius in lib. *iv De sacramentis*, cap. 5: *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis Amen, jam in spiritu conficiens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi. Et tu dicis Amen, id est verum.* Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi* ultima: Καὶ κοιλῆνας τὴν παλάμην, δέχον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἄμην. Augustinus in libro *xii Contra Faustum*, cap. 10: *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus respondeatur Amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemnia dicebant *Amen*. Nam et cum sacerdos panem et vinum consecraret, respondebant *Amen*, ut pluribus dicitur infra ad caput 9 lib. viii, et post lectionem Evangelii et prophetarum, *Amen* dicere seque ipsos signare consueverant, teste Augustino in epistola 166.

(54) *Ὅν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος.* De hoc Moyse, Romanæ urbis presbytero, Cyprianus in epistolis loquitur sæpius. Ille post passionem Fabiani Rom. urbis episcopi, Decio u et Grato Coss., anno Christi 250, comprehensus est una cum Maximo presbytero et Nicostrato diacono, et conjectus in carcerem, ibi defunctus est, cum mansisset in carcere menses 11, dies 11, ut legitur in veteri libro *De pontificibus Romanis*. Quod confirmat etiam Cyprianus in epistola 15 ad Moysem et Maximum presbyteros et ceteros confessores, ubi inter cætera hæc dicit: *Eant nunc magistratus et consules sive proconsules annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus gloriantur. Ecce dignitas cælestis in vobis honoris annui claritate signata est, et jam vertentis anni*

*volubilem circumlocutionem gloriæ diuturnitate transgressa est.*

(55) *Ἀκοινώνητον ἐποίησε.* Musculus vertit *excommunicavit*. Christophorsonus vero, *Fidelium societate et communione interdixit*, quod idem est. Ego vero hanc interpretationem probare non possum. Neque enim Moyses presbyter jus habuit excommunicandi presbyteros collegas suos; sed quod unum potuit, se a communione illorum separavit, cum scilicet illi videndi ejus causa venirent in carcerem. Solent porro antiqui scriptores ita loqui de sacerdotibus qui ab aliorum communicatione abstinent, quasi ipsi eos a communione sua separent. Paulinus presbyter in *Vita B. Ambrosii*: *Ipsam vero Maximum a communione consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis Domini sui ageret poenitentiam.* Qui Paulini locus ita intelligendus est ut dixi. Neque enim Ambrosius Maximum imperatorem a communione totius Ecclesiæ sejunxit, cum nullum jus in eum haberet, sed tantum a Maximi et episcoporum ejus communione abstinuit, ut ipse testatur in relatione sua ad Valentinianum. Vide quæ supra notavi de privata communione et excommunicatione. Cæterum quod hic scribit Cornelius de Novatiano Moysis præjudicio condemnato, id a Moyse paulo ante obitum mihi factum videtur. Nam initio quidem Moyses confessor cum Novatiano communicabat. Et cum clerus Romanus epistolam illam ad Cyprianum scripsit quæ inter Cypriani epistolas prima ac tricesima numeratur, adhuc Moyses pacem cum Novatiano servabat. Ambro enim illi epistolæ subscripserunt, Quin etiam Novatianus ipse epistolam eam composuerat, sicut testatur Cyprianus in epistola ad Antonianum. Ex qua ingenium et eloquentiam Novatiani obiter licet cognoscere. Et enim epistola illa, ut fatendum est, elegantissima. Scripta est autem, cum jam Moyses annum in carcere exegisset, quod ex Cypriani epistolis ad Moysem prius datis aperte colligitur.

(56) *Σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις.* Quinam fuerint quinque illi presbyteri qui cum Novatiano schisma fecerant, mihi quidem incomperitum est. Neque enim puto esse Maximum presbyterum et confessorem, qui cum Urbano, Sidonio ac Nicostrato ac reliquis confessoribus a Novatiano deceptus, ejus partes aliquandiu fovit. Quippe Maximus et reliqui confessores, mortuo demum Moyse, Novatiani partibus sese adjunxerunt, ut testatur vetus auctor *De pontificibus Romanis*: *Et tempore, inquit, supervenit Novatus ex Africa, et separavit ab Ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est.* Novatianus quidem ante Moysis obitum qui contigit mense Februario, Decio iii et Etrusco coss., se ab Ecclesia sejunxerunt



ἐαυτοὺς τῆς Ἐκκλησίας. » Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς ἐπι-  
στολῆς, τῶν ἐπὶ Ῥώμης παραγενομένων ἐπισκόπων,  
τῆς τε Νοουάτου κατεγνωκῶτων ἀβελτηρίας, κατάλο-  
γον πεποιήται, ὁμοῦ τὰ τε ὀνόματα, καὶ ἡς ὁ καθεὶς  
αὐτῶν προηγέτο παροικίας, ἐπιστημηνάμενος. Τῶν  
τε μὴ παραγενομένων μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, συνευ-  
δοκῆσαντων δὲ διὰ γραμμάτων τῆ τῶν προειρημένων  
ψήφῳ, τὰς προσηγορίας ὁμοῦ καὶ τὰς πόλεις ὅθεν  
ἕκαστος ὁρμώμενος ἐπέστελλε, μνημονεύει. Ταῦτα  
μὲν ὁ Κορνῆλιος Φαβίῳ Ἀντιοχείας ἐπισκόπῳ δηλῶν  
ἔγραφε.

ἔπαι, nomina quoque illorum, et quam quisque  
quidem minime adfuerant, superiorum tamen  
vocabulary simul et civitates unde singuli litteras dederant, accurate commemorat. Et hæc quidem Cor-  
nelius Fabio Antiochensi episcopo per epistolam insinuavit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ΄.

Περὶ Σαραπίωνος ἱστορίῳ Διονυσίου  
(Nic. H. E. vi, 6).

Τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ Φαβίῳ ὑποκατακλινομένῳ πως  
τῷ σχίσματι, καὶ Διονύσιος ὁ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐπι-  
σκοπῶν, πολλὰ τε ἄλλα περὶ μετανοίας ἐν τοῖς πρῶ-  
τοις γράμμασι διεθῶν, τῶν τε κατ' Ἀλεξάνδρειαν  
ἐπαρχῶν τότε μαρτυρησάντων τοὺς ἀγῶνας διῶν, μετὰ  
τῆς ἄλλης ἱστορίας, πρῶτῳ τι μεστὸν θαύματος δι-  
ηγεῖται. Ὁ καὶ αὐτὸ ἀναγκαῖον τῆδε παραδοῦναι τῆ  
γραφή, οὕτως ἔχον· « Ἐν δὲ σοι τοῦτο παράδειγμα  
παρ' ἡμῖν συμβεβηκὸς ἐκθῆσομαι. Σαραπίων τις ἦν  
παρ' ἡμῖν πιστὸς γέρον, ἀμέμπτως μὲν τὸν πολλὸν  
διαβιώσας χρόνον, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεισῶν. Οὗτος  
πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ (57), καὶ  
γὰρ ἐτεθῶκει· ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, τριῶν ἑξῆς ἡμε-  
ρῶν ἄρῳνος καὶ ἀνάσθητος διετέλεσε. Βραχὺ δὲ ἀνα-  
σῆλας τῆ τετάρτῃ, προσεκαλέσατο τὸν θυγατρικοῦν-  
καὶ, Μέχρι τίνος, φησὶν, ὧ τέκνον, μὲ κατέχευε; Δό-  
μαί, σπεύσατε, καὶ με θάτεον ἀπολύσατε, τῶν πρεσβυ-  
τέρων μοι τινα κάλεσον (58). Καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάλιν

rat : sed confessores nonnisi Moyse mortuo ad  
Novatiani partes transierunt. Tanta vis atque aucto-  
ritas in Moyse erat. Idque certe inuit Cyprianus  
in epist. 51, his verbis : *Posteaquam vos de carcere  
prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit,  
sic res erat quasi gloria vestra in carcere remansisset.*  
Alqui constat confessores, nonnisi mortuo Moyse,  
ex carcere dimissos fuisse. Cur enim ipsi potius  
dimissi fuissent quam Moyse? Post mortem igitur  
Moyse Novatianum secuti sunt. Quare non assen-  
tior Baronio, qui ad annum Christi 254, num. 66,  
ait confessores adhuc in carcere positos, Novatiano  
adversus Cornelium favisse. Sed neque illud libens  
Baronio concesserim, quod idem scribit, Moysem  
scilicet presbyterum Cornelio favisse adversus No-  
vatianum. Mihi enim videtur Moyse paulo ante  
ordinationem Cornelii et vivis abisse. Quippe Cor-  
nelius anno Christi 251, Decio Augusto III et Decio  
Cæsare coss., mense Aprili juxta Baronii senten-  
tiam, factus est episcopus : Moyse vero mense  
Februarii ejusdem anni e vita discesserat, cum  
anni spatium in carcere permansisset, ut supra obser-  
vavi. Porro ex quinque illis presbyteris qui cum  
Novatiano ab Ecclesia se segregaverant, unus fuisse  
videtur Maximus presbyter, Maximo illi confessori  
cognominis, quem Novatianus legatum postea misit  
in Africam.

(57) Οὐδεὶς προσεῖχερ αὐτῷ. Id est, nemo nec  
de clero nec de populo, ejus precibus flectebatur,  
ut veniam illi dandam pacemque indulgentiam esse

A porro illum jam nudatum ac pene solum remansis-  
se, fratribus quotidie eum deserentibus, et ad Ec-  
clesiam redeuntibus. Quem etiam Moyses beatissim-  
us martyr, qui nuper apud nos egregio et admira-  
ndo martyrio perfunctus est; dum adhuc in vivis  
esset, audaciam ejus ac furorem perspectum ha-  
bens, a communione sua separavit una cum quin-  
que presbyteris, qui se pariter cum illo ab Ecclesia  
corpore abruperant. » Sub finem autem epistolæ,  
numerus recenset episcoporum qui in urbem Ro-  
mam convenientes, amentiam Novati condemnave-  
regebat Ecclesiam ascribens. Eorum item qui Romæ  
episcoporum sententiam litteris suis approbaverant,  
insinuavit.

B

## 246 CAPUT XLIV.

Narratio Dionysii de Serapione.

Eidem porro Fabio Dionysius Alexandrinus epi-  
scopus scribens, postquam et alia multa quæ ad  
penitentiam spectant in suis ad illum litteris ex-  
posuit, et martyrum qui recens Alexandria marty-  
rium subierant, certamina commemoravit, inter  
cætera facinus quoddam refert admiratione dignis-  
simum, quod huic etiam historiæ nostræ inserere  
necessarium duxi. Est autem hujusmodi : « Unum  
tibi exemplum proponam quod apud nos contigit.  
Erat in hac urbe Serapion quidam senex e numero  
fidelium, qui reliquo quidem anteaetæ vitæ tem-  
pore nulli culpæ obnoxius fuerat. Sed in persecu-  
tione lapsus, sæpenumero veniam petierat, nec  
quisquam ei attendebat, eo quod sacrificasset.  
Idem postea morbo correptus vocis usu sensuque  
omni carens triduo permansit. Quarto demum dio  
paululum recreatus, nepotem ex filia ad se vocat :  
Et quousque tandem, inquit, me detinetis, filii?

censeret. Nam et populi suffragium ad id erat neces-  
sarium, ut aliquis lapsus aut ob aliud crimen ab  
Ecclesiæ communione separatus, in Ecclesiam reci-  
peretur. Atque interdum episcopus ipse plebem ro-  
gabatur, ut petenti pacem et communionem concederetur,  
quemadmodum docet Cyprianus in epist. 55 ad Cornelium.  
Sæpius autem plebs ipsa apud episcopum intercedebat, ut penitentem ad commu-  
nionem admitterentur. Cujus rei insigne habemus  
exemplum in epistola Cornelii papæ ad Fabianum  
Antiochenum, de episcopo illo qui Novatianum  
ordinaverat : « Ὁ καὶ αὐτῷ ἐκωνωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ,  
περὶ αὐτοῦ θεοθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ.  
Cyprianus, in epistola 59 : *Quæ res nos satis movit,  
recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante  
legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine  
petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente  
ac necessitate cogente, pax ei concederetur.* Corne-  
lius, in epistola ad Cyprianum : *Cæteros cum iugentia  
populi suffragio recepinus.*

(58) Τῶν πρεσβυτέρων μοι τινα κάλεσον. Qua-  
ret forte aliquis cur Serapio non ipsum potius accer-  
siverit episcopum, a quo pacem et communionem  
acciperet, quippe episcopalis officii erat peniten-  
tium reconciliatio. Fateor quidem id proprie ad  
episcopos pertinuisse. Verum episcopi, cum ubique  
presentes esse non possent, ne forte quis in indur-  
mitate positus absque pace et communicatione deco-  
deret, presbyteris mandare consueverant, ut pacem  
agræ postulantibus darent. Nam sine consensu



fruperate, quæso, et me quantocius absolvite. Accerse mihi unum ex presbyteris. Hæc cum dixisset, rursus illum vox destituit. Puer ad presbyterum concurrat. Jam nox erat : presbyter autem ægrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam, ut morituris, si pelerent, et maxime si antea suppliciter postulassent, venia indulgeretur, quo bonæ spei

ἦν ἄφρων. Ἐδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· ὡς δὲ ἦν. Κάκεινος ἠσθένει. Ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη. Ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλαττομένους τοῦ βίου, εἰ θέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἰκετεύσαντες (59) τύχοιεν, ἀφίεσθαι (60), ἐν εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται, βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν τῷ παιδαρίῳ (61), ἀποδρέξαι κελεύσας (62)

episcopi nullus presbyterorum pacem pœnitentibus dare poterat, ut ex Cypriani epistolis discimus. Itaque cum urbs Alexandria admodum spatiosa esset, presbyteri per singulas urbis regiones erant dispositi, quo morientibus facillius subveniretur. Epiphanius in hæresi Arianorum : Ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἑνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι· καὶ κατ' ἴδιον ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰς πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρεῖας τῶν οἰκητόρων, πλησίον ἐκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ ἀμφοδῶν, ἦτοι λαυρῶν ἐπιχωρῶς καλουμένων ὑπὸ τῶν τῆν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Id est : *Urbes enim catholicæ communionis Ecclesiæ in urbe Alexandrina subjectæ sunt unæ archiepiscopo. Scorsim autem singulis præpositi sunt presbyteri, propter ecclesiasticas civium necessitates : habentque domicilia juxta suam quisque ecclesiam, sive ad vicus, quos Alexandrini lauras vocant.* Ad quem locum doctissimus vir D. Petavius reprehendit Epiphanium, qui hunc peculiarem Alexandrinorum morem fuisse crediderit, cum tamen in cunctis paulo majoribus urbibus quæ plures habebant basilicas, id fuerit observatum. Verum nequam verisimile est Epiphanium qui multas et maximas imperii Romani civitates lustraverat, morem sui sæculi ignorasse. Quare cum consuetudinem illam Alexandrinæ Ecclesiæ peculiarem fuisse adeo manifeste indicet, credibile est, alium usum fuisse in aliis civitatibus. Sane Constantinopoli non omnes ecclesiæ suos habebant presbyteros. Nam basilica sanctissimæ Virginis Mariæ, et basilica sancti martyris Theodori, et basilica Ireneæ, non habebant peculiare clericos, sed clerici majoris ecclesiæ et harum trium ecclesiarum communes erant. Itaque ex clericis majoris ecclesiæ singuli suo ordine ac per vices, tres illas ecclesias administrabant, ut docet imp. Justinianus, *Novella 3* : Ὅχι ἰδιάζοντας κληρικούς οὐδὲ εἰς τοῦτων ἔχει τῶν τριῶν οἰκῶν. Jam vero quod Epiphanius dixit, in Alexandrina civitate κατ' ἴδιον ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰς πρεσβύτεροι, Petavius quidem de unico presbytero accepit, qui suam scorsim ecclesiam regeret ; vertit enim : *Suus cuique præpositus est presbyter.* At in aliis civitatibus aliter observatum esse compertimus. Nam Constantinopoli plures erant ecclesiæ, in quibus non unus duntaxat presbyter, sed multi presbyteri et diaconi atque inferiores clerici, a primis basilicarum conditoribus erant constituti ; sicut ibidem docet Justinianus.

(59) *Μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἰκετεύσαντες.* Hoc etiam in synodo Africana iisdem temporibus quibus hæc scribebat Dionysius congregata, statutum fuerat, ut scilicet lapsis in exitu constitutis pax daretur, dummodo eam suppliciter atque enixe postulassent ante ægritudinem. Cyprianus in epistola ad Antonianum : *Idcirco, frater charissime, pœnitentiam non ugentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde et manifesta lamentationis suæ professione testantes prohibendos omnino censuimus a spe communicationis et pacis, si in infirmitate atque in periculo cæperi. Id deprecari ; quia rogare illos non delicti pœnitentiam, sed mortis urgentis admonitio compellit ; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.*

(60) *Ἀφίεσθαι.* Ante hanc vocem quædam adduntur in codice Fuk. et Savil. haudquaquam spernenda, τῶν θεῶν δόρων τῆς μεταδόσεως ἀξίου-

σθαι, καὶ οὕτως ἀφίεσθαι. Sane Christophorus hæc etiam in libris suis repererat, sicut ex versione ejus apparet. Et hæc quidem genuina esse Dionysii verba nolim affirmare. Egregie tamen huic loco conveniunt, ut ex sequentibus apparet. Porro hic Dionysii Alexandrini locus imprimis notandus est, quippe ex quo convincitur, Eucharistiam olim datam fuisse pœnitentibus sine reconciliatoria manus impositione, ubi in periculum mortis incidissent. Hujusmodi communio vocabatur viaticum, canone 77 et 78 concilii Carthaginensis IV, et canone 39 concilii Arausicensis, qui canon refertur in lib. VII *Capitularium Caroli Magni*, cap. 101. Eratque hæc communio dispensatoria, quippe quæ ob mortis metum ante impleta pœnitentiæ tempora pœnitentibus concederetur. Itaque si postea ex morbo convalescent, pœnitentiam implere, et solemnem manus impositionem seu reconciliationem ante absidem accipere cogebantur, ut scribitur in dicto capite Arausiano, ubi hæc communio postrema, legitima dicitur ad discrimen prioris quæ erat tantum dispensatoria. Quare non assentior illustrissimo antistiti Gabrieli Albaspinæ, qui in libro *Observationum*, cap. 44, negat Eucharistiam unquam datam fuisse pœnitentibus, citra reconciliationem. Verum hic Dionysii locus sententiam ejus prorsus evertit.

(61) *Βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκε τῷ παιδαρίῳ.* Quod hic dicit Dionysius, Eucharistiam datam esse puero ad infirmum deferendam, non ita mirum videri debet. Diu enim postea id facilitatum est, adeo ut S. Udalricus necesse habuerit id nominatim prohibere in sermone synodali, quem edidit Gretserus una cum *Vita Gregorii VII*. Sic ergo ibi legitur cap. 20 : *Infirmitate et eos reconcilate, et juxta Apostolum oleo sancto inungite, et propria manu communicate. Et nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo.* Et Gretserus quidem hunc sermonem sancti Udalrici esse existimavit. Ego vero nuper didici hanc esse epistolam synodicam Ratherii Veronensis episcopi ad suos presbyteros. Sic enim inscribitur in vetusto codice Laudunensi. Porro in manuscriptis M. z., Med. et Fuk., *ἔδωκεν* legitur, non *ἐπέδωκεν*. Apud Joannem Zonaram in rebus gestis Imp. Decii, ubi locus hic Dionysii ex Eusebio adducitur, scriptum est *ἔδωκε τῷ παιδαρίῳ.*

(62) *Ἀποδρέξαι κελεύσας.* Rufinus vertit *insundere* : Quod, inquit, *insundum* jussit seni præberi. Sic et panem benedictum solebant veteres aqua intingere, ut docet Adamannus in lib. II *De miraculis S. Columbæ*, cap. 6 ; Beda in *Vita S. Cuthberti*, cap. 31, et in carmine de ejusdem viti ; Theodorus Campidunensis in *Vita S. Magni*, cap. 22 ; Paulus Bernieridensis in *Vita Gregorii VII*, p. 115. De Eucharistia vero in os ægrotantium infusa, loquitur canon. 76 concilii IV Carthaginensis : qui quidem canon est de infirmis qui pœnitentiam poposcerant, et postea obmutuerant, antequam presbyter ad eos venisset. Cavetur hoc canone, ut pœnitentia eis detur ; et si continuo creduntur esse morituri, reconciliantur per manus impositionem, et infundatur ori eorum Eucharistia. Aliter in pœnitentibus. Hi enim in articulo mortis constituti Eucharistiam tantum accipiebant sine manus impositione, ut discimus ex canone 77 et 78 dicti concilii. Benignius equum agendum censuerunt sancti antistites

καὶ τῷ προσβύτῳ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. Ἐπαν-  
 ῆκεν ὁ παῖς φέρων ἑγγύς τε γενομένου, πρὶν εἰσελ-  
 θεῖν, ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων· Ἦκες, ἔφη, τέκνον;  
 Καὶ ὁ μὲν προσβύτερος ἔλθειν οὐκ ἤδυνήθη, σὺ δὲ  
 ποίησον ταχέως τὸ προσταχθὲν, καὶ ἀπάλλαττέ με.  
 Ἀπέδρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι.  
 Καὶ μικρὸν ἔκεινος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε  
 τὸ πνεῦμα. Ἄρ' οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη καὶ παρ-  
 ἔμεινεν ἕως λυθῆ, καὶ τῆς ἀμαρτίας ἐξαλειφθείσης,  
 ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς ὁμολογηθῆναι; (63) ὁ-  
 νηθῆ; » Ταῦτα ὁ Διονύσιος.

quoad reconciliaretur, et deleto jam crimine, pro multis quæ gesserat bonis operibus a Christo agno-  
 sci posset et prædicari? » Hæc Dionysius.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ΄.

Ἐπιστολὴ πρὸς Νοβάτον Διονυσίου  
 (Nic. II. E. vi, 4).

Ἴδωμεν δὲ ὁ αὐτὸς ὅποια καὶ τῷ Νοβάτῳ διεξά-  
 ραξε, ταράττοντι τῆνικαδὲ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν.  
 Ἐπειδὴ οὖν τῆς ἀποστασίας καὶ τοῦ σχίσματος πρό-  
 φασιν ἐποιεῖτο τῶν ἀδελφῶν τινας, ὡς δὴ πρὸς αὐτῶν  
 ἐπὶ τοῦτ' ἔλθειν ἐκβεδισασμένος, ὄρα τίνα τρόπον αὐτῷ  
 γράρει· « Διονύσιος Νοβάτῳ (64) τῷ ἀδελφῷ χαίρειν.  
 Εἰ ἄκων, ὡς φῆς, ἤχθης, δείξεις ἂν ἀναχωρήσης  
 ἐκὼν ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὀτιοῦν παθεῖν, ὅπερ τοῦ  
 μὴ διακίβηαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἦν οὐκ  
 ἀδοξότερα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρηῆσαι γινομέ-  
 νης ἢ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ  
 μεζῶν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὕπερ μιᾶς τῆς ἐαυτοῦ ψυ-  
 χῆς, ἐνταῦθα δὲ ὕπερ ὅλης τῆς Ἐκκλησίας μαρτυρεῖ.  
 Καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαι ἢ βιάσαι τοὺς ἀδελφοὺς ἐκ  
 ὁμόνοιας ἔλθειν, μεζῶν ἔσται σοὶ τοῦ σφάλματος τὸ  
 κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαι-  
 νηθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούτων ἀδυνατοῆς, σώζων  
 σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν. Ἐρρῶσθαί σε ἐχόμενον  
 τῆς εἰρήνης ἐν Κυρίῳ εὐχομαι. » Ταῦτα καὶ πρὸς τὸν  
 Νοβάτον.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ΄.

Περὶ τῶν ἄλλων Διονυσίου ἐπιστολῶν  
 (Nic. II. E. vi, 6).

Γράρει δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον (65) ἐπιστο-  
 λην περὶ μετανόιας· ἐν ἣ τὰ δόξαντα αὐτῷ περὶ τῶν  
 ὑποπεπτωκότων παρατίθεται, τάξεις παραπτωμάτων  
 διεγράψας. Καὶ πρὸς Κόνωνα· τῆς Ἐρμουπολιτῶν δὲ  
 παροικίας ἐπίσκοπος ἦν οὗτος· ἴδια τις Περὶ μετανόιας  
 αὐτοῦ φέρεται γραφὴ· καὶ ἄλλη ἐπιστορευτικὴ (66)

rum iis qui devotionis impulsu in infirmitate consti-  
 tuti pœnitentiam petierant, quam cum aliis qui publi-  
 corum criminum rei in ordine pœnitentium stabant,  
 (63) ὁμολογηθῆναι. Laugus, Wolfius et Muscu-  
 lus vertunt, *confiteri*, quod, meo quidem iudicio,  
 tolerari non potest. Christophoronus autem inter-  
 pretatur *in numerum confessorum referri*, quod non  
 displicet, modo intelligatur a Christo. Alludit enim  
 Dionysius ad illa Christi verba in Evangelio : *Qui  
 me confessus fuerit coram hominibus, confitebor  
 illum coram Patre meo.*

(64) Διονύσιος Νοβάτῳ. Hieronymus in *Catalogo*,  
 ubi initium hujus epistolæ refert, pro Novato habet  
*Novatianum* rectius. Certe in *Chronico* Georgii  
 Syncelli legitur Διονύσιος Ναυατιανῶ. Rufinus vero  
 duas epistolas eodem exemplo scriptas esse a Dio-

A pleni ex hac vita migrarent, exiguam Eucharistiæ  
 partem puero tradidit, jubens ut in aqua intinctam,  
 seni in os instillaret. Redit igitur puer buccellam  
 asserens. Et cum appropinquaret, priusquam ingre-  
 deretur, recreatus iterum senex : Venisti, inquit,  
 fili. Ac presbyter quidem ipse venire non potuit.  
 Tu vero fac citius quod imperatum est, et dimitte  
 me. Mox puer buccellam intinxit et in os senis in-  
 fudit. Qui ea paulatim absorpta, continuo animam  
 exhalavit. An non igitur perspicue apparet, eum  
 reservatum fuisse, ac tantisper in vita permansisse,

B

#### 247 CAPUT XLV.

Epistola Dionysii ad Novatum.

Sed videamus ejusmodi litteras idem Dionysius  
 scripserit ad Novatum, qui tunc temporis Romanam  
 Ecclesiam conturbabat. Quoniam igitur ille defe-  
 ctionis et schismatis causam in quosdam fratres  
 conferebat, a quibus se invitum eo impulsus fuisse  
 causabatur, attempde qualiter ad illum scribat :  
 « Dionysius Novato fratri salutem. Si quidem in-  
 vitus, ut asseris, eo adductus es, id nobis ostendes  
 una sponte redeundo. Satius quidem fuerat quidvis  
 pati ne Ecclesia Dei discinderetur. Nec minus glo-  
 riosum fuisset idcirco subire martyrium, ne Eccle-  
 siam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Ino-  
 illud meo quidem iudicio illustrius fuisset. Hic enim  
 pro sua unius anima, illic pro omni Ecclesia mar-  
 tyrium quis sustinet. Si tamen vel nunc persuaseris  
 fratribus, aut eos coegeris ut ad concordiam red-  
 eant, majus tibi meritum erit quam culpa. Et hæc  
 quidem non imputabitur, illud vero prædicabitur.  
 Quod si fratribus parere recusantibus id efficere  
 non potes, tuam ipse animam serva. Opto te paci-  
 studentem in Domino bene valere. » Hæc Dionysius  
 ad Novatum scripsit.

#### CAPUT XLVI.

De aliis Dionysii epistolis.

Scripsit etiam ad fratres per Ægyptum consti-  
 tutos epistolam de pœnitentia, in qua et suam de-  
 lapsis sententiam exponit, et criminum gradus  
 distinguit. Exstat etiam peculiaris ejus liber *De  
 pœnitentiâ* ad Cononem Hermopolitanæ Ecclesiæ  
 episcopum. Alia item objurgatoria epistola ad gre-  
 nysio tradit; alteram ad Novatum, alteram ad No-  
 vatianum. Nam post epistolam Dionysii ad Nova-  
 tum quæ hic refertur ab Eusebio, subjungit : *Hæc  
 eandem etiam Novatiano scripsit.* Quæ verba in  
 Græco textu non habentur. Græci enim Novatum  
 et Novatianum inter se confuderunt, similitudine  
 nominum decepti. Quo in errore fuit etiam Eusebius  
 noster.

(65) Πρὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον. Hieronymus in  
 libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, dicit hanc Dio-  
 nysii epistolam scriptam esse ad Armenios de pœ-  
 nitentia et ordine delictorum. Sic enim Hierony-  
 mus vertit verba illa τάξεις παραπτωμάτων.

(66) Ἐπιστορευτικὴ. Hortatoriam vertit Muscu-  
 lus et Christophoronus, minus recte. Utitur eadem  
 voce Eusebius in superioribus libris.

hoc argumentum adversus Afros fortasse valere dicit, et quomodo Afri id refutare possint, ibidem docet. Contra Orientales vero nullam vim illud habere demonstrat, apud quos semper rebaptizati fuerint hæretici, jam inde ab Iconiensi synodo quæ ob Montanistas fuerat congregata. Firmiliani verba hæc sunt: « Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Cæterum nos veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum consuetudinem sed veritatis opponimus, ab initio hoc tenentes, quod a Christo et ab Apostolo traditum est. Nec meminimus, hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut nonnisi unam Dei Ecclesiam nossemus, et sanctum baptismum nonnisi sanctæ Ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui etsi novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem et Filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus, et confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptismum quod sit extra Ecclesiam constitutum. » Dicit aliquis Firmilianum utrobique de seipso loqui, ac proinde illum Iconiensi synodo interfuisse. Esto: interfuerit Iconiensi synodo Firmilianus, quando ita placet. Neque enim id negare velim pertinacius. Illud tamen constanter assero, diu ante Stephani papæ tempora Iconiensem hanc synodum fuisse celebratam. Nam et Firmilianus scribens ad Cyprianum adversus Stephanum, qui tunc præerat Ecclesiæ Romanæ, diserte affirmat Iconiensem synodum jam pridem collectam fuisse: et Dionysius Alexandrinus in epistola ad Philemonem, Romanæ urbis presbyterum, quam scripsit sub initia pontificatus Xysti papæ, testatur synodum illam celebratam esse præ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους. Sub extrema igitur tempora Alexandri Severi collecta esse videtur hæc synodus. Quo quidem tempore, Firmilianus ad Cæsariensis Ecclesiæ sacerdotium recens promotus fuerat, ut docet Eusebius in lib. vi. Quare non possum assentiri Baronio ac Binio, qui Iconiensem synodum contulerunt in annum Christi 258, qui annus est secundus Stephani papæ.

Α λοιγς τοῦτο ἔδοξεν· ὦν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐχ ὑπομένω. « Οὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὄρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. » Ἡ τετάρτη αὐτοῦ τῶν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῶν, πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην ἐγράφη Διονύσιον, τότε μὲν πρεσβείου ἡξιωμένον (97), οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ τὴν ἐπισκόπῃ τῶν ἐκεῖσε παρειληφῶτα· ἐξ ἧς γινῶναι πάρεστιν, ὅπως καὶ αὐτὸς οὗτος λόγιός τε καὶ θαυμάσιος πρὸς τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν Διονυσίου μεμαρτύρηται. Γράφει δὲ αὐτῷ μεθ' ἑτερα, τῶν κατὰ τὸν Νοουάτον μνημονεύων ἐν τοῦτοις.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῆς κατὰ Νοουάτον ἑτεροδοξίας (Nic. H. E. vi. 9).

« Ναυατιανῷ (98) μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα, διακόψαντι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τινὰς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεθείας καὶ βλασφημίας ἐλύσαντι, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισκυκλήσαντι, καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι, ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῦτοις τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον (99), καὶ τὴν τε πρὸ αὐτοῦ

(97) *Πρεσβεῖον ἡξιωμένον*. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano scribitur *πρεσβυτέρου*. Sed quoniam Eusebius *πρεσβεῖον* frequenter usurpare solet ἀντὶ τοῦ πρεσβυτέρου, vulgatam lectionem quam Regius codex tuetur, mutare nolui. Paulo post ubi legitur *ἐπισκοπῃ τῶν ἐκεῖσε παρειληφῶτα* codex Regius scripturam habet τῶν αὐτῶν παρ.

(98) *Ναυατιανῷ*. Ita legitur etiam in *Chronico* Georgii Syncelli et apud Nicephorum in libro vi, cap. 9; sed in vetustissimo codice Mazarino, Med. ac Fuk. scribitur *Νοουατιανῷ*, rectius sine dubio. Ac profecto mirum est, in hoc uno Eusebii loco verum illius hæretici nomen esse servatum. Quare graviter fallitur Christophorus, qui, vulgatum errorem secutus, *Novatum* hic pro *Novatiano* substituit. Cæterum cum hoc elogio Novatiani confer alterum quod legitur in epistola 57 Cypriani: *Desertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector penitentiar, doctor superbiæ, veritatis corruptior, perditor charitatis*.

D

(99) *Τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον*. In hujus verbi interpretatione mirum est quantopere dissentiant interpretes. Nam Langus quidem vertit, *sacrum abolet lavacrum*. Musculus vero interpretatur, *sacrum lavacrum reprobavit*. At Christophorus ita vertit, *sacrum baptismalis lavacrum abrogavit*. Denique interpres Georgii Syncelli vertit, *sacrum insuper lavacrum irritat*. Et hæc quidem interpretum dissensio ex eo fluxit, quod verbum *ἀθετεῖν* multiplicem habet significationem. Interdum enim significat *reprobare* ac *respuere*, ut cum dicit Origenes de Helcesaitis, *ἀθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης γραφῆς*, quæ verba retulit Eusebius in lib. vi, cap. 38. Interdum idem valet ac *probro afficere*. Hesychius: *Ἄθετεῖ, ἀτιμάζει*. Atque ita sumitur apud Clementem Alexandrinum in lib. iv *Stromatei*: *Τογαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἀνθρώπων ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν, id est, non hominem, sed Deum spernit ac pro nihilo ducit*. Sunt et aliæ hujus verbi significationes a grammaticis observatæ. Sed nunc vitandum est quænam huic loco magis conveniat. Enimvero quis melius verba Dionysii interpretari possit quam ipse Dionysius? Hic igitur in libro secundo *De promissioni*:



πιστιν και ὁμολογιαν ἀνατρέποντι (1), τό τε Πνεῦμα ἅγιον (2) ἐξ αὐτῶν, εἰ και τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ και ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς, παντελῶς φυγαδεύονται. »

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τοῦ τῶν αἱρετικῶν ἀθέου βαπτίσματος  
(Nic. H. E. vi, 9).

Καὶ ἡ πέμπτη δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον Εὐστον ἐγγέγραπτο. Ἐν ἧ πολλὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν εἰπῶν, τοιοῦτόν τι γεγονός κατ' αὐτὸν ἐκτίθεται, λέγων· « Καὶ γὰρ ὄντως, ἀδελφὲ, καὶ συμβουλῆς δέομαι (3), καὶ γνώμην αἰτῶ παρὰ σοῦ, τοιούτου τινός μοι προσελθόντος πράγματος, δεδιώς μὴ ἄρα σφάλωμαι. Τῶν γὰρ συναγομένων ἀδελφῶν (4) πιστὸς νομιζόμενος ἀρχαῖος καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς χειροτονίας, οἶμαι δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ μακαρίου Ἡρακλᾶ καταστάσεως τῆς συναγωγῆς μετασχὼν, τοῖς ὑπὸ γυιον βαπτιζομένοις παρατυχὼν, καὶ τῶν ἐπερωτήσεων καὶ ἀποκρίσεων ἐπακούσας, προσήλθέ μοι κίαιον καὶ καταθρηγῶν ἑαυτὸν, καὶ πίπτων πρὸ τῶν ποδῶν μου, ἐξομολογούμενος μὲν καὶ ἐξομνύμενος τὸ βάπτισμα ὃ παρὰ τοῖς αἱρετικαῖς ἐθεβάπτισ-

A baptismum præcedunt evertit; et Spiritum sanctum penitus ab illis fugat, tametsi spes aliqua subsit vel quod in illis adhuc maneat, vel quod ad eos reversurus sit.

### CAPUT IX.

De impio hæreticorum baptismo.

Exstat et quinta ejusdem epistola ad Xystum Romanæ urbis episcopum scripta. In qua postquam adversus hæreticos multa disseruit, hujusmodi quidam sua ætate contigisse narrat. « Nam profecto, inquit, opus habeo, frater, consilio tuo, et sententiam tuam expeto, ne forte ipse halluciner, tali ad me negotio delato. Quidam ex fratribus qui ad ecclesiam conveniunt, jampridem pro fidei habitus, et qui ante meam ordinationem, ac, ni fallor, ante ipsius quoque Heraclæ episcopatum, cætus fidelium participes fuerat: cum interfuisset baptismum eorum qui nuper baptizabantur, et interrogationes responsaque illorum audiisset: ad me accessit flens et vicem suam **255** ingemiscens. Pedibusque meis advolutus confiteri atque dejerare cœpit, baptismum quo apud

bus, verbum ἀθετεῖν usurpat pro *reprobare* ac *rejicere*, de Joannis Apocalypsi ita scribens: Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντη τὸ βιβλίον. Et paulo post: Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον, πολλῶν αὐτὸ διὰ πνευθῆς ἐχόντων ἀδελφῶν. Citantur hæc loca Dionysii infra in capite 25 hujus libri. Novatianus igitur qui Catholicorum baptismum damnabat ac reprobat, recte ἀθετεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα dicitur. Quippe Novatianus fideles qui in Ecclesia catholica baptismi sacramenta susceperant, negabat revera baptizatos esse, utpote qui a malis sacerdotibus et lapsorum communionem maculatis tincti fuissent. Aiebat enim Novatianus baptismum prodesse non posse, nisi a probis sanctisque sacerdotibus traderetur. Itaque non omnes qui baptismum acceperant, Christianis esse censebat, sed eos duntaxat qui a Christianis, id est bonæ et Christianæ vitæ sacerdotibus, essent consignati: ut docet velis auctor *Questionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 102. *In tantum irascitur nobis, ut et Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide initiatos, de qua ipse præsumit*, etc. Idem postea senserunt in Africa Donatistæ, qui paganos vocabant eos qui in Ecclesia catholica baptismum suscepissent. Quare merito Epiphanius eos Novatianis accenset. Ambrosius seu quis alius in epistolam I ad Corinthios, cap. 1: *Sic enim erant, sicut nunc Novatiani et Donatiani, qui baptismum sibi vindicant; a nostris baptizatos reprobatos, et baptizati ab his gloriantur in personis eorum*. Et ante hos Cyprianus in epistola ad Jubanum de rebaptizandis hæreticis: *Nec nos movet quod litteris tuis complexus es, Novatianenses rebaptizare eos quos a nobis sollicitant*. Vide Baronium ad annum Christi 254, cap. 106.

(1) *Τὴν τε πρὸ αὐτοῦ πίστιν ἀνατρέποντι*. Catechumeni priusquam sacrum lavacrum susciperent, symbolum quod ipsis traditum fuerat, memoriter recitare jubebantur; interrogative a sacerdote, ad singula capita respondebant: *Credo*. Ultimum caput interrogationis erat hoc: *Credis in vitam æternam et remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam?* ut docet Cyprianus in epist. 70 et 76. Cum igitur Novatianus remissionem peccatorum adimeret, simul etiam fidem quam ante sacrum baptismum catechumeni habere se profitebantur, abolebat. Πρὸ αὐτοῦ igitur supple τοῦ ἁγίου λουτροῦ. Atque ita hunc locum acceperunt Musculus et Christophorus.

Verum interpretes Georgii Syncelli hunc locum ita vertit: *Fidem ac professionem aliquot jam retro sæculis superiorem evertit*, quasi scriptum esset πρὸ ἑαυτοῦ, quod non probdo.

(2) *Τὸ τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον*. Hic locus non caret difficultate. Primo enim obscurum est quid sibi velit Dionysius, cum ait Novatianum fugasse a fratribus Spiritum sanctum, nisi forte per Spiritum sanctum intelligit gratiam quæ dabatur prænitentibus per manus impositionem, tunc cum perfecta prænitentia ad communionem admittabantur. Sed major difficultas est in his quæ proxime sequuntur, εἰ καὶ τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς. De lapsis enim hic loqui Dionysium satis constat. In lapsis vero quomodo potest remanere Spiritus sanctus? Reverti quidem ad lapsos facile potest, dummodo illos admissi sceleris pœnituerit. Verum in lapsis remanere nullo modo potest. *Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur*, ut ait Scriptura. An dicemus in quibusdam lapsis adhuc habitare Spiritum sanctum, iis scilicet qui per imprudentiam ac per infirmitatem lapsi sunt, cuiusmodi fuerunt illi qui tunc temporis dicebantur libellatici? Quid enim si quis mente captus aut mirrhata potione sopitus, diis sacrificaverit? Is certe Spiritus sancti gratiam non amisit, qui imprudens, et quid ageret nesciens, non sponte, sed per vim coactus deliquit. Quod si hæc interpretatio non placet, omnino dicendum erit, Dionysium hic de lapsis non loqui, sed de fidelibus, quorum alii gratiam Spiritus sancti quam in baptismo acceperunt, adhuc retinent, alii vero eam amiserunt. Et ab his quidem Novatianus fugabat Spiritum sanctum, cum pœnitentiam et pacem iis denegaret, quibus Spiritus sancti gratia reparatur; ab illis vero qui adhuc gratiam retinent, fugabat Spiritum sanctum dum eis spem omnem adimebat veniæ si forte peccarent, et sinistram de Spiritu sancto opinionem eorum animis insinuat, quasi is immitis ac crudelis esset, et misericordiæ omnis imperis.

(3) *Συμβουλῆς δέομαι*. Quatuor nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. particulam addunt hoc modo, καὶ συμβουλῆς δέομαι.

(4) *Συναγομένων ἀδελφῶν*. Apud Nicephorum locus hic una voce auctior legitur hoc modo, συναγομένων ἀδελφῶν τις, etc., quod sine dubio majorem affert perspicuitatem.



hæreticos initiatus fuerat, non hujusmodi esse, nec cum hoc nostro quidquam commune habere. Quippe illum plenum esse blasphemix et impietatis. Aiebatque animum suum acerbissimo doloris sensu compungi, ac ne oculos quidem ad Deum attollere se audere: quippe qui scelestis illis verbis ac cæremoniis initiatus fuisset. Proinde orabat, ut hoc purissimo lavacro, verissimaque adoptione et gratia donaretur. Quod equidem facere non sum ausus: sed diurnam illi communionem ad id sufficere dixi. Nam qui gratiarum actionem frequenter audierit, et qui cum cæteris responderit Amen; (qui ad sacram mensam asiterit, et manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit;) qui illum exceperit, et corporis ac sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps fuerit diutissime, eum ego de integro renovare non ausim. Porro ut bono animo esset, et cum firma fide bonæ spei plenus ac Dominici corporis participationem accederet, jussi. Verum ille nullum lugendi finem facit, et ad mensam accedere penitus exhorrescit: vixque rogatus interesse orationibus sustinet. » Præter supradictas est etiam quinta

(5) *Παραδοχῆς*. Christophorus vertit, *suscceptione in Ecclesiam*. Musculus vero simpliciter translulit *suscceptione*, quod magis probo. Baptismus enim vocatur *παραδοχή*, quod in eo Deus nos suscipiat tanquam filios. Potest etiam *παραδοχή* exponi *perceptio*. Sic enim vocabant baptismum. Acta ms. passionis sancti Genesii muni: *Et dum vult plenius imperatori ex sua arte placere, scrutari per singulos cepit secretam et venerabilem Dei legem, et cum curiose attentus per singula requireret, venit usque ad baptismum et percceptionem infantum.*

(6) *Εὐχαριστίας ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμὴν*. Postquam sacerdos solemnem Eucharistix precationem absolverat, universus populus vota sua simul conjungens acclamare solebat Amen, quod est *Fiat*. Cujus moris meminit Justinius in *Apologetico*: Οὐ συντέλεσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπεψφμηκεῖ λέγων Ἀμὴν. De hoc more intelligendus videtur Pauli locus in Epistola I ad Corinthios, cap. xiv: *Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicit Amen super tua benedictione, quoniam nescit quid dicas?* Tangit enim ibi Paulus quosdam ex Hebræis, qui Hebræa aut Syra lingua plerumque in tractatibus aut oblationibus utebantur coram Græcis hominibus, ut docet Ambrosius, seu quis alius auctor *Commentariorum in Epistolam I ad Corinthios*, cap. xiv. Amen vero consensum significat auditorum, et est signaculum veritatis, ut notat Hieronymus in fine *Commentariorum in Epistolam ad Galatas*. Optime Florus magister in *Expositione missæ: Amen autem quod ab omni Ecclesia respondetur, interpretatur verum, non ubicunque et quomodo docunque, sed mystica religione. Hoc ergo ad tanti mysterii consecrationem, sicut et in omni legitima oratione, respondent fideles, et respondendo subscribunt.* Quæ Flori verba desumpta sunt ex libro Alcuini *De divinis officiis*. Hodie quoque idem observatur in Ecclesia. Nam ubi sacerdos sacrum Canonem recitavit, et verba illa protulit, *per omnia sæcula sæculorum*, tunc omnis populus respondet, Amen. Hoc tantum discrimen est hodie, quod sacerdos canonem et solennes precationes submissa voce pronuntiat, cum olim tota Eucharistix cæremonia clara voce perageretur, ut vel unus hic Dionysii locus ostendit.

(7) *Τραπέζῃ ... παραστάντα*. Fideles communi-

στο, μὴ τοιοῦτον εἶναι, μὴδὲ ὅπως ἔχειν τινὰ πρὸς τοῦτο κοινωνίαν· ἀσεβείας γὰρ ἐκεῖνο καὶ βίασημιῶν πληρωθῆναι· λέγων δὲ πᾶν τι τὴν ψυχὴν κατανεύχθαι, καὶ μὴδὲ παρῆρησίαν ἔχειν ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν Θεόν, ἀπὸ τῶν ἀνοσιῶν ἐκεῖνων ῥημάτων καὶ πραγμάτων ὀρμώμενος· καὶ διὰ τοῦτο δέόμενος τῆς εὐκρινεστάτης ταύτης καθάρσεως καὶ παραδοχῆς (5) καὶ χάριτος τυχεῖν. Ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐτόλμησα ποιῆσαι φήσας αὐτάρχη τὴν πολυχρόνιον αὐτῷ κοινωνίαν εἰς τοῦτο γεγενῆσθαι. Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμὴν (6), καὶ τραπέζῃ παραστάντα (7), καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα (8), καὶ ταύτην καταδεξιμένον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἱκανῶ χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνασχευάζειν ἐτι τολμήσαιμι· θαρσαῖν δὲ ἐκέλευον, καὶ μετὰ βεβαίας πίστεως καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος (9) τῇ μετοχῇ τῶν ἁγίων προσίεναι. Ὅ δὲ οὕτε πενήθῳ παύεται, πέφρικέ τε τῇ τραπέζῃ προσίεναι· καὶ μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. » Ἐπὶ ταῖς προσηρμέναις, φέρεται

caturi ad altare accedebant, ibique corpus Christi de manu presbyteri stantes, non, ut hodie, genibus flexis accipiebant. Ideo παραστάντα dixit Dionysius, quæ vox proprie de presbyteris et diaconis usurpatur, qui altari ministrabant. Chrysostomus homilia 24 in Epistolam ad Corinthios: Σὺ δὲ οὐκ ἐν φάτῃ ὄρας, ἀλλ' ἐν θυσιαστηρίῳ· οὐ γυναῖκα κατέχευσαν, ἀλλ' ἱερέα παρεστῶτα· καὶ ἡνεῦμα μετὰ πολλῆς τῆς δαψυλείας τοῖς προκειμένοις ἐπιπέταμενον, et homilia 41 in eadem Epistolam, ὁ παρεστῶς τῷ θυσιαστηρίῳ, sacerdos est. De laico vero qui ad altare accedit, προσίεναι et προσελθεῖν dicit Chrysostomus. Ac olim quidem, ut dixi, fideles ad ipsam sacram mensam accedebant, quemadmodum hoc loco docet Dionysius, et in epist. ad Basilidem, cap. 2, ubi de mulieribus quæ menstruo sanguine fluxu laborant, ita scribit: Οὐδὲ γὰρ αὐτὰς ὀμιᾶσαι πιστὰς ὄσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτως διακινεμένας ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. Ad quem Dionysii locum recte notat Balsamo: Ὡς εὐοικε δὲ, τὸ παλαιὸν εἰσέρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετέλμβανον. Id est: Olim quidem, ut apparet, mulieres ad altare accedebant, et e sacra mensa participabant. Postea tamen canone 44 concilii Laodicensis vetitum est ne mulieres ad altare accederent: viris autem id ipsum interdictum est in synodo Trullana. Quanquam id jam vetitum esse videbatur canone 44 concilii Laodicensis, quo decernitur ut solis sacerdotibus communicaretur ad altare licet accedere.

(8) *Καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν*. . . *προτείναντα*. Fideles qui corpus Domini manu accepturi erant, lotis prius studiose manibus, ad altare accedebant, ut docet Chrysostomus homilia 3 in Epistolam Pauli ad Ephesios. Idem scribit in homilia 52 in Mattheum. Accepturi autem Eucharistiam, dextram manum modice cavatam porrigebant, sinistram ei substernentes, ne quid ex sacro cibo decideret, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima.

(9) *Καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος*. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fok. et Saviliano, et apud Nicephorum legitur ἀγαθῆς συνειδήσεως. Sed Regius codex et Georgius Syncellus in *Chronico* prioram lectionem tuerunt.

τις και ἄλλη τοῦ αὐτοῦ περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῆ, ἢ αὐτοῦ και ἡς ἡγεῖτο παροικίας, εὐστῶ και τῆ κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίᾳ προσπεφωνημένη· ἐν ἧ δὲ μακρὰ ἀποδείξεως, τὸν περὶ τοῦ ὑποκειμένου ζητήματος παρατείνει λόγον. Καὶ ἄλλη τὲ τις αὐτοῦ μετὰ ταύτας φέρεται πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην Διονύσιον, ἢ περὶ Λουκιανοῦ. Καὶ περὶ μὲν τούτων τσαῦτα.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ Οὐαλεριανοῦ και τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ  
(Nic. II. E. vi, 10).

Οἱ γε μὴν ἀμφὶ τὸν Γάλλον οὐδ' ὄλοις ἔτεσι δύο τὴν ἀρχὴν ἐπικατασχόντες, ἐκποδῶν μεθίστανται· Οὐαλεριανὸς δὲ ἅμα Γαλλινῶν παῖδι διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. Αὔθις δὴ οὖν ὁ Διονύσιος οἶα και περὶ τούτου διέξεισιν, ἐκ τῆς πρὸς Ἑρμάμωνα ἐπιστολῆς μαθεῖν ἐστίν, ἐν ἧ τούτων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· « Καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ ὁμοίως ἀποκαλύπτεται. Καὶ ἐδόθη γὰρ αὐτῷ, φησὶ, στόμα λαλοῦν μέγαρα και βλασφημίαν· και ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία και μῆνες τεσσαράκοντα δύο (10). Ἀμφότερα δὲ ἐστὶν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ βασιλεύσαι· και τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς οὕτως ἔσχε (11), συννοεῖν, ἕως ἡπίως (12) και φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εὐμενῶς και θεζῶς πρὸς αὐτοὺς διετέθη, οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονῆναι (13), ὡς ἐκεῖνος οἰκιστάτα ἐν ἀρχῇ και προσφιλέστατα φανερὸς ἦν αὐτοὺς ἀποδεχόμενος. Καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο, και ἦν Ἐκκλησία Θεοῦ. Ἀποσχευάσασθαι δὲ παρέπειπεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος και τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μίγων (14) ἀρχισυνάγωγος (15), τοὺς μὲν καθα-

A ejusdem epistola de baptismo, ipsius et Ecclesiae quam regebat nomine, ad Xystum et Ecclesiam urbis Romae directa, in qua de proposita quaestione prolixam admodum disputationem instituit. Praeter has alia exstat ejusdem epistola de Luciano, ad Dionysium Romanum scripta. Sed de his hactenus.

#### CAPUT X.

De Valeriano, et de persecutione ab eo excitata.

Gallo interim e medio sublato, cum vix biennii spatio imperium tenuisset, Valerianus cum Gallieno filio in ejus locum succedit. De hoc vero quae tradat Dionysius, et epistola ejus ad Hermammone licet cognoscere, in qua ita scribit: « Joanni quoque similiter revelatum est. Ait enim: Et datum est illi os loquens magna et impia: et data est illi potestas et menses quadraginta duo<sup>o</sup>. 256 Utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet, illudque ante omnia considerare, cujusmodi is ante persecutionem fuerit: qualiter mansuetus quidem ac benignus erat erga famulos Dei. Neque enim ullus superiorum principum, ne illi quidem ipsi qui palam Christiani fuisse dicuntur, tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantum ille praese ferebat initio principatus sui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei Ecclesia esse videbatur. Verum magister et archisynagogus magorum Aegypti, ei tandem persuasit ut ab hoc instituto descisceret, jubens ut castos quidem et sanctos viros persequeretur atque occideret, quippe

de imperatoribus illis hoc tantum dicere, quod dicti et existimati fuerint Christiani, non autem quod reipsa Christiani exstiterint.

(14) Τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μίγων ἀρχισυνάγωγος. Baronius ad ann. Christi 252 et 258 ait hunc esse magum illum qui paulo ante imperium Decii populum Alexandrinorum ad persequendos Christianos incitaverat, de quo loquitur Dionysius apud Eusebium in lib. vi, cap. 41. Ego vero hunc longe alium esse existimo, qui Valerianum imp. adversus Christianos commovit: Macrianum scilicet, eum qui postea imperium occupavit, de quo infra dicturi sumus, idque manifeste convincitur ex sequentibus Dionysii verbis. Subdit enim κατὰ γοῦν αὐτοῦς ὁ Μακριανός, etc., innuens scilicet, eum quem supra magistrum Valeriani et archisynagogum magorum appellaverat, non alium esse quam Macrianum. Et paulo post addit: Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθείς, etc. Quid potest clarius dici? Tota enim hujus orationis series id apertissime demonstrat, Macrianum hujus impietatis auctorem fuisse Valeriano: qui cum Valeriani quasi paedagogus ac magister quidem esset, pessimis consiliis ei subministratis, primo quidem illum, deinde vero semetipsum perdidit. Porro Macrianum adiutorem ac magistrum Valeriani fuisse in gerenda republica testatur ipse Valerianus in oratione ad senatum, quam refert Pollio: P. C., bellum Persicum gerens Macrianum totam rempublicam tradidi.

(15) Ἀρχισυνάγωγος. Habebant Judaei archisynagogos, qui synagogis praesidebant. Archisynagogus Judaeorum Alexandriae memoratur in epistola Adriani imp. ad Servianum, quam refert Vopiscus in Saturnino. Praeter archisynagogos erant etiam apud Judaeos quidam patres synagogarum, item sacerdotes et presbyteri, et diaconi synagogarum,

<sup>o</sup> Apoc. xiii.

(10) Μῆνες τεσσαράκοντα δύο. Hunc Dionysii locum optime exposuit Baronius ad annum Christi 257, cap. 7, de spatio scilicet temporis quo duravit persecutio Valeriani. Cum enim Valerianus septem fere annis regnaverit, ut inter omnes constat, priore quidem principatus triennio Christianos benigne complexus est: posteriore vero triennio persecutionem intulit Ecclesiae. Porro initium principatus Valeriani coepit anno Christi 253, sub finem, Volusiano II et Maximo coss. Docent id manifeste nummi veteres ab Occone et Goltzio prolati, in quibus Valerianus imperator tribunitiae potestatis III. consul III, inscribitur. Item trib. pot. v, cos. IV. Idem quoque colligitur ex nummis imp. Gallieni.

(11) Καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔσχε. Scribendum puto ὡς οὕτως, quamvis reclamantibus libris. Sed et transposita videntur esse vocabula. Lego igitur και αὐτοῦ μάλιστα τὰ πρὸ τούτων, ὡς οὕτως ἔσχε, συννοεῖν, ἕως ἡπίως και φιλόφρων ἦν, etc. Ita sensus est apertissimus.

(12) Ἐως ἡπίως. Sic in optimis exemplaribus Maz. et Med. scriptum est. Ὡς μὲν ἡπίως ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In Fuketiano et Saviliano legitur ἕως γὰρ ἡπίως, etc., quam scripturam secutus est Christophorus, ut ex versione ejus apparet.

(13) Οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονῆναι. Philippum imperatorem intelligit, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianam religionem professus est, ut multi veterum prodiderunt. Sed cum Dionysius in plurali numero loquatur, Philippo adjungi potest Alexander Severus, qui imaginem Christi habuit in larario suo, teste Lampridio; et toto principatus sui tempore Christianos fovit et conservavit, ut ab Eusebio relatum est supra. Porro autem notandum est, Dionysium

qui scelestis ac detestantibus incantationibus adversarentur atque obstarent. Erant enim et sunt etiamnum ejusmodi, qui vel præsentia atque aspectu suo, et insufflantes dumtaxat ac vocem edentes, hæmonum præstigias disturbare possint. Initiationes autem impuras, et abominanda maleficia, et sacrificia execranda peragere eum jussit, miseros infantes mactare, immolare liberos infelicitum parentum; recens natorum rimari viscera; Dei signenta atque opera discernere ac detruncare, quasi hoc factum ad summam felicitatem esset perventurus. Postea subdit: « Egregiam vero gratiam ob speratum imperium, et præclara munera Macrianus eis obtulit. Qui initio quidem cum καθολικός, id est *rationalis* imperatoris diceretur, nihil rationi consonum, nihil catholicum sensit aut publicum, sed imprecationi

Α ρούς και όστους άνδρας κίνυνσθαι και διώκεισθαι κελεύων, ώς αντίπαλους και κωλυτάς τών παμμάρων και βδελυκτών έπασιδών ύπάρχοντας· και γάρ ειση και ησαν ικανοί παρήντες και δρώμενοι, και μόνον έμπνέοντες (16) και φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τάς τών άλιτηρίων δαιμόνων έπιβουλάς· τελετάς δέ άνάγνους και μαγαναείας έξαγίστους και ιερουργίας άκαλλιέρήτους έπιτελείν ύποτιθέμενος, παιδάς άθλους άποσφάττειν, και τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν, και σπλάγγνα νεογενή διαιρείν, και τά του Θεού διακόπειν και καταγορδεύειν πλάσματα, ώς έξ τούτων εύδαιμονήσοντα (17). » Καί τούτοις έπιφέρει λέγων· « Καλά γούν αύτοις Μακριανός (18) τής έλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια· ός πρότερον μών έπί τών καθόλου λόγων (19) λεγόμενος B είναι βασιλέως, ούδέν εϋλογον ούδέ καθολικόν (20)

quos Judæi Azanitas vocabant. Erant etiam apostoli, et supra hos omnes positi patriarchæ. De his omnibus Epiphanius in hæresi Ebionæorum et imperatores in Codice Theodosii, titulo *de Judæis*. Quæ quidem nomina a Judæis sumpsisse videntur Christiani. Verum in hoc Dionysii loco aliud significat άρχισυνάγωγος, quod mihi quidem obscurum est. Nec minus obscurum est, qui sint οι άπ' Αιγύπτου μάγοι. Aruspices videtur intelligere, qui Romæ erant, seu sacerdotes Isidis ac Serapis, quibus præerat Macrianus. Certe vates et harioli fere omnes erant Ægyptii. Vide cap. 4 lib. II *De vita imp. Constantini*; Eunapium in *Vita Edesii*. Magicam quoque præ cæteris mortalibus callebant, a Nechepso rege ipsis traditam, ut scribit Paulinus:

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus. Clemens in libro primo *Recognitionum*, sub initium: *Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophætis qui adytis præsent, amicus efficiar, et pecunia inuitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis per eam quam necromantiam vocant.* Græca Clementis verba si quis forte desiderat, hic apponam ex ejusdem *Epitome* a Turnebo edita: *Είς Αιγύπτου πορεύσομαι, είπον· και τούς τών άδύτων ιεροφάνταις και προφήταις φιλιωθήσομαι, και μάγον ζητήσας και εύρών, χρήμασι πείσω πολλούς, φυγής άναπομπήν, τήν λεγομένην νεκρομαντίαν, εργάσασθαι.* Plinius quidem tres magicæ species enumerat: Persicam, Judaicam et Cypriam; sed quam ille Judaicam vocat, ea est Ægyptia, ut vel ex ipsius Plinii verbis colligitur. Ait enim Plinius eam a Mose et Jambre repertam esse; Ægyptiorum magos qui jussu Pharaonis portenta ediderunt adversus Moysem, perperam confundens eum Moysæ. Certe magicæ artes et incantationes, semper apud Judæos vetitæ fuere. Cæterum magos in comitatu secum habebant imperatores Romani, exemplo Alexandri Magni et regum Persicorum. Sic M. Antoninus, in expeditione illa Germanica habuit secum Arnuphim magum Ægyptium, ut scribit Dio. Valerianus quoque imperator magos in exercitu circumduxit, quorum antistes erat Macrianus, teste hic Dionysio.

(16) Καί μόνον έμπνέοντες. Insufflantes verti, qua voce usus est Prudentius in agone Romani. Solebant enim Christiani demonas eorumque præstigias, templa, simulacra exsufflare, abominari se hanc spurcitiam eo iudicio declarantes. De hoc more multa jam pridem notavit Brissonius in *Commentario* ad tit. Cod. Theod. *De feriis*, et post illum Heraldus in notis ad Minucium Felicem. Quo referendum puto locum Dionysii apud Eusebium in libro sexto, capite 41, de Quinta muliere Christiana, quam pagani ad templum idolorum traxerant, άποστρεφόμενην δέ και βδελυττομένην, etc.

(17) Vulg. *εύδαιμονήσαντας*. Quatuor nostri codices, Mazarinus et Medicæus cum Fuketiano et Saviliano, scriptum habent *εύδαιμονήσοντας*, rectius, dummodo in singulari numero scribas *εύδαιμονήσοντα*. De solo enim Valeriano hic loquitur Dionysius.

(18) Καλά γούν αύτοις Μακριανός. Subaudiendum est *τούς δαιμόσι*, non autem *τούς βασιλεύσι*, ut putavit Christophorsonus. De solo enim Valeriano hic sermo est, ut jam dixi. Adde quod perit omnis sensus hujus loci, si interpretatio Christophorsoni retineatur. In nostra autem versione sensus est apertissimus. *Macrianus*, inquit, *cum ex demonum prædictionibus atque præsigniis ad spem imperii pervenisset, hanc gratiam ipsis retulit, ut Valerianum in Christianos armaret*. Porro in codicibus nostris Mazar., Medic. et Fuketiano scribitur *Μακριανός*, rectius. Ita enim hunc tyrannum appellant Historiæ Augustæ scriptores et nummi veteres. Sed et in antiquissimo codice Vaticano, quem rogante me consuluit doctissimus vir Lucas Holstenius, scriptum est *Μακριανός*, tum in hoc loco, tum in capite 23.

(19) *Έπί τών καθόλου λόγων*. Ita Græci vocabant quos Latini dicunt rationales seu procuratores summæ rei, ut jam pridem notavi ad excerpta Constantini Porphyrogenetti ex Dione Cocceiano, p. 112. Quæ quidem hic repetere nihil attinet. Adde demum dumtaxat insignem locum Porphyrii in *Vita Plotini*, qui a doctissimo interprete non est intellectus. Loquens enim Porphyrius de Thaumasio quodam, sic ait: *ώστε και Θαυμασιού τινός τοδνομα έπεισελθόντος, τούς καθόλου λόγους πράττοντος*. Porro ejusnam imperatoris procurator fuerit Macrianus, incertum est. Cave enim existimes eum Valeriani procuratorem fuisse.

(20) *Ούδέν καθολικόν*. Ludit Dionysius in nomine *catholici*, quo et rationalis officium et Christiana religio designatur. Unde Optatus in libro II catholicam fidem ex eo dictam esse asserit, quod sit rationalis: *Ubi ergo erit proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationalis et ubique diffusa?* Quanquam catholicam religionem ob id dici quod rationalis sit, non facile mihi persuadeo. Neque enim καθολικός simpliciter et absolute rationalem significat, nisi subaudiatur λογότης. Cæterum *catholicæ* cognomen quando primum adhaeserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere. In epistola quidem Synnæorum de martyrio B. Polycarpi, mentio fit Ecclesiæ catholicæ. Item in *Actis* passionis Pionii martyr, qui passus est principatu Decii Augusti. *Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit Pionius: Sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholicæ; nulla enim est alia apud Christum*. Apparet igitur hoc cognomen Ecclesiæ inditum esse circa primam apostolorum successionem, cum hæreses multis in lo-

ἐφρόνησεν, ἀλλ' ὑποπέπτωκεν ἀρξ̄ προφητικῆ τῆ λεγούσῃ· Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν (21). Οὐ γὰρ συνῆκε τὴν καθόλου πρόνοιαν, οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐπὶ πάντων. Διὸ καὶ τῆς μὲν καθολικῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας γέγονε πόλεμος, ἠλλοτρίωσε δὲ καὶ ἀπεξέγνωσεν ἑαυτὸν τοῦ ἔλεους τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς πορῶντάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας (22) ἐφυγάδευσεν, ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα (23). » Καὶ πάλιν μεθ' ἑτερά φησιν· « Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προσηθείς, εἰς ὄψεις καὶ ὀνειδισμοὺς ἐκδοθεὶς κατὰ τὸ ῥῆθὲν πρὸς Ἡσαϊαν· Καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· καὶ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἀμαρτίας ἀναπαοδώσω αὐτοῖς. Οὗτος δὲ τῆ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς (24), καὶ τὸν βασιλεῖον ὑποδύναϊ κόσμον ἀδυνατῶν ἀναπήρῳ τῷ σώματι (25), τοὺς δύο παῖδας τὰς πατρῴας ἀναδεξαμένους ἀμαρτίας προσέστησάτο. Ἐναργῆς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόρρησις ἦν εἶπεν ὁ Θεός· Ἀποδοῦναι ἀμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με. Τὰς γὰρ ἰδίαις πονηρὰς ἐπιθυμίας ὧν ἠτύχει (26), ταῖς τῶν υἱῶν κεφαλαῖς ἐπιβαλὼν, εἰς ἐκείνους τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μῖσος ἐξωμόρξατο. » Καὶ περὶ μὲν τοῦ Οὐαλεριανοῦ τοσαῦτα ὁ Διονύσιος.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν τότε Διονυσίῳ καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον συμβάτων (Nic. H. E. vi, 10).

Περὶ δὲ τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ σφοδρότατα πνεύ-

<sup>41</sup> Isa. LXVI. <sup>42</sup> Exod. IX.

cis exortæ, veram Christi fidem et apostolorum traditionem subvertere conarentur. Tunc enim ut vera et genuina Christi Ecclesia ab adulterinis hæreticorum cœtibus distingueretur, catholicæ cognomen soli orthodoxorum Ecclesiæ attributum est.

(21) Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν. Hic locus existat in Ezechielis cap. xiii. Quem quidem Hieronymus ita interpretatur: *Væ his qui prophetant ex corde suo, et omnino non vident.* Dionysius vero postea τὸ καθόλου exponit τὴν καθόλου πρόνοιαν, verba scilicet prophetæ, seu potius LXX interpretum, ad argumentum suum accommodans.

(22) Ὡς πορῶντάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Ἐκκλησίας Rob. Stephanus, qui cum scripturam codicis Regii pene ubique sequi soleat, hoc tamen loco depravatam codicis Medicæi lectionem sequi maluit. Sed procul dubio scribendum est τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ut præter codicem Regium præferunt codices Maz., Fuk. et Savilianus. Ita etiam legit Christophoronus.

(23) Τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα. Alludit Dionysius ad nomen Macriani. Nam μακράν idem est quod πορῶντάτω.

(24) Οὗτος δὲ τῆ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς. Pessime hunc locum vertit Christophoronus, qui hæc de Valeriano dici putavit, cum de Macriano apertissime dicantur. Præcessit enim, ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανός, etc.; sequitur deinde, Οὗτος δέ, etc., quibus particulis satis declaratur de duobus sermonem fieri. Adde quod de Valeriano

A propheticæ subjacuit, quæ sic habet: *Væ his qui prophetant ex corde suo, nec præ oculis habent bonum publicum. Nam neque providentiam universa moderantem intellexit, nec animo reputavit iudicium illius qui ante omnia et in omnibus et super omnia est Dei. Quocirca hostis quidem fuit catholicæ Dei Ecclesiæ, alienum autem se et extorrem a misericordia Dei præstitit, et quam longissime a sua se salute relegavit, in hoc exprimens atque exhibens veritatem nominis sui.* » Et paulo post: « Nam Valerianus quidem, qui ad hujusmodi facinora a Macriano impulsus fuerat, contumeliis et opprobriis fuit expositus ac deditus, juxta id quod dixit Dominus ad Isaiam <sup>41</sup>: *Et ipsi elegerunt vias suas, et abominaciones suas quas concupivit animarum. Et ego eligam ludibria eorum, et peccata retribuam* **257** *ipsis.* Macrianus vero imperandi cupiditate flagrans tametsi imperio indignus, cum regium cultum induere non posset ipse corpore debilis, duos filios paterna in se translaturus crimina imperio præfecit. Etenim evidentissime in his impleta est prædictio Dei dicentis <sup>42</sup>: *Ego sum qui ulciscor peccata parentum in liberis, ad tertiam usque et quartam progeniem eorum qui oderunt me. Prævis enim cupiditatibus suis, quibus ipse frui non potuerat in filiorum capita translatis, improbitatem suam et odium divini Numinis in eos hæciter transfudit.* » Ac de Valeriano quidem hæc Dionysius scribit.

#### CAPUT XI.

C De his quæ Dionysius et Christiani qui in Ægypto erant, pertulere.

De persecutionis autem illius acerbitate, quæ et

dici non potest, eum imperio quod tantopere concupiscebat, indignum fuisse. Quippe Valerianus erat vtr nobilissimus et princeps civitatis; et antequam imperaret, omnium consensu imperio dignissimus habebatur, ut historici tradunt. At Christophoroni prava versio Baronium etiam in errorem induxit.

(25) Ἀναπήρῳ τῷ σώματι. Certe Joannes Zonaras in *Annalibus* Macrianum claudum fuisse scribit, quem in historia istorum temporum consulere, haudquaquam inutile fuerit. Solus enim ex iis qui ad nos pervenerunt scriptoribus, Macriani et filiorum ejus res gestas accurate commemoravit.

(26) Ὡς ἠτύχει. Sic habet codex Regius quem fere ubique secutus est Stephanus. In reliquis Maz., Med. et Fuketiano legitur ὧν ἠτύχει, rectius ni fallor. Revera enim Macrianus id quod tantopere concupierat, adeptus est, imperium videlicet. Sed cum ipse gestandis imperii insignibus, ob corporis debilitatem, parum esset idoneus, filios suos ad imperium evehit. Merito igitur de illo dicit Dionysius, ὅτι ἠτύχησε τῶν ἰδίων ἐπιθυμιῶν, id est, *compos fuit votorum suorum.* Cæterum post hæc Dionysii verba de Macriano, sequebatur continuo locus ille qui legitur in capite 23 hujus libri, ἐκείνος μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, etc. Uterque enim locus descriptus est ex epistola Dionysii ad Hermonem, scripta anno ix principatus Gallieni. Quibus addendus ac præponendus est alter locus ex eadem epistola, qui refertur in cap. 4 hujus libri. Atque ita concinnatis ac rejunctis inter se

quanta ipse una cum aliis ob veri Dei cultam pertulerit, docent ejusdem Dionysii verba, quibus Germano cuidam illius temporis episcopo, qui calumniari ipsum conabatur, respondet in hunc modum: « Equidem vereor, ne in dementia ac stuporem lapsus esse videar, dum referre cogor admirabilem erga nos Dei providentiam ac dispensationem. Sed quoniam arcanum quidem regis occultare, ut ait Scriptura <sup>42</sup>, laudandum est, Dei autem opera prædicare gloriosum; adversus Germani impetum cominus decertabo. Veni ad Æmilianum non solus, sed comitantibus me Maximo compresbytero, et Fausto, Eusebio ac Chæremone, diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis, qui tum aderant, nobiscum ingressus est. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte: Ne conventus agas. Id enim illi supervacuum erat ac postremum, ad id quod primum ac præcipuum est recurrenti. Quippe handquaquam curabat ne alios congregarem, sed id agebat ne ipsi Christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me jubebat, ratus scilicet si ego ab eo cultu descivissem, cæteros exemplum meum secuturos. Respondi non improbabiler nec longo arcessita responsione: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus <sup>43</sup>. » Sed palam et aperte contestatus sum, me illum qui solus est Deus, neque alium ullum præter hunc adorare; nec a proposito discessurum me esse, nec **258** commissurum unquam ut Christianus esse desinerem. Post hæc abire nos jussit in vicum quemdam solitudini proximum, cui nomen est Cephro. Sed verba ipsa quæ ab utroque nostrum dicta sunt, sicut actis publicis inserta leguntur, accipite: Inductis Dionysio, Fausto, Maximo, Marcello et Chæremone, Æmilianus præfectus dixit: Non solum scripto, sed etiam viva voce vo-

<sup>42</sup> Tob. xii. <sup>43</sup> Act. v.

omnibus fragmentis, pene integram Dionysii ad Hermammonem epistolam habituri sumus.

(27) Ἄς πρὸς Γερμανόν. Quod sequitur insigne fragmentum ex epistola seu potius libro Dionysii adversus Germanum episcopum, jungendum est cum altero ejusdem libri fragmento quod habes in lib. vi, cap. 40.

(28) Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω. Eadem excusatione utitur Paulus apostolus in Epist. II ad Corinthios, cap. xi, cum se ipse laudaturus esset, ubi vide quæ notat Joannes Chrysostomus. Ad eum igitur Pauli locum alludit Dionysius.

(29) Οὐκ ἀπεικίτως. Malim scribere οὐκ ἀπεικίτως. Mox verba illa πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις delenda esse mihi videntur. Leguntur quidem hæc verba in cap. v Actuum apostolorum. Sed nihil faciunt ad hunc locum. Nisi malis legere, ut est in codice Reg., ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεικίτως, οὐδὲ μακράν τοῦ Πειθαρχεῖν, etc. Id est, responsum dedi quod non longe abest ab illo apostolico.

(30) Ὡς ὑπεμνηματίσθη. Male Christophorus hunc locum ita vertit, sicut a quibusdam in commentarios relata sunt. Ὑπομνήματα Græci vocant quæ Latini Acta, ut observavimus ad librum I, ubi de Actis Pilati. Qui hæc Acta conscribent, dicebantur a Græcis ὑπομνηματογράφοι. Latini eos ab Actis vocabant, ut legiur in Notitia imperii Romani. Hypemnematographi urbis Alexandrinæ

σιντος, ὅσα σὺν ἑτέροις ὁ αὐτὸς διὰ τὴν εἰς τὸν τῶν ὄλων Θεὸν εὐσέβειαν ὑπέστη, δηλώσουσι αἱ αὐτοῦ φωναὶ ἄς πρὸς Γερμανὸν (27) τῶν κατ' αὐτὸν ἐπισκόπων κακῶ; ἀγορεύειν αὐτὸν πειρώμενον ἀποτεινόμενος, τοῦτον παρατίθεται τὸν τρόπον· « Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω (28) πολλὴν καὶ ἀναισθησίαν ὄντως ἐμπεσεῖν, εἰς ἀνάγκην συμμιδαζόμενος τοῦ διεγείσθαι τὴν θαυμαστὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. Ἄλλ' ἐπεὶ μυστήριόν ψησι βασιλέως κρύψαι καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἐνδοξόν, ὁμῶσε χωρήσω τῇ Γερμανοῦ βίᾳ. Ἦκον πρὸς Αἰμιλιανὸν οὐ μόνος· ἠκολούθησαν δὲ μοι συμπρεσβύτερος τε μου Μάξιμος, καὶ διάκονοι, Φαῦστος καὶ Εὐσέβιος καὶ Χαιρήμων. Καὶ τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. Αἰμιλιανὸς δὲ οὐκ εἶπέ μοι προηγουμένως, μὴ σύναγε. Περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέχοντι. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ αὐτοὺς ἡμᾶς εἶναι Χριστιανούς· καὶ τούτου προσέτατε πεπαῦσθαι, εἰ μεταβαλομένη ἔγωγε, καὶ τοὺς ἄλλους ἔψεσθαι μοι νομίζων. Ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεικίτως (29), οὐδὲ μακράν· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ἄλλ' ἀντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέδων οὐδ' ἂν μεταπεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ Χριστιανὸς ὢν. Ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρώ. Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων ὡς ὑπεμνηματίσθη (30). Εἰσαχθέντων Διονυσίου (31) καὶ Φαύστου καὶ Μαξίμου καὶ Μαρκελλοῦ καὶ Χαιρήμονος, Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν εἶπε· καὶ ἀγραφῶς ὑμῖν διελέχθη περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν ἢ περὶ ὑμᾶς κέρρηται. Δεδώκασι γὰρ ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας εἰ βούλοισθε (32) ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι, καὶ θεοὺς τοὺς σῶζοντας αὐτῶν

mentio fit in lege ultima codice Theodosiano *De decurionibus*. Ejus officium describit Philo in *Flaccum*, ubi de Lampone quodam loquens, qui erat hypomnematographus præfectorum Ægyptii: προσεστὼς γὰρ ἡγεμόσιν ὅποτε ὑπεμνηματίζετο, τὰς δίκας εἰσάγων ὡς ἔχων τάξιν, εἶτα τὰ μὲν ἀπῆλειψεν, ἢ παρήει ἐκὼν, τὰ δ' οὐ λεχθέντα προσανέταττεν. Hoc hypomnematographi officium gessit olim Alexandria Lucianus, ut ipse testatur in *Apologia pro iis qui salarium accipiunt*, his verbis: Ἐγὼγ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαίμ' ἂν σοι οὐ τὸ μικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγχεχειρίσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέσθαι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἀπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεισθαι, etc. Addit etiam Lucianus, hypomnematographum salarium amplissimum e fisco habuisse, et peracto recte officio, provinciam regendam accepisse.

(31) Εἰσαχθέντων Διονυσίου. Hæc erat formula actorum publicorum, ut docet Amm. Marcellinus in lib. xxii his verbis: *Et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium. Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro. Ad quem locum vide quæ olim notavimus.*

(32) Εἰ βούλοισθε. In tribus exemplaribus Maz., Med. et Fuk. legitur et βούλεσθε.

τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι τε τῶν παρὰ φύσιν. Τί οὖν φατε πρὸς ταῦτα; Οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Οὐ πάντες πάντας προσκυνοῦσι θεοὺς, ἀλλ' ἕκαστοί τινες, οὓς νομίζουσι. Ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ Δημιουργὸν τῶν ἀπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιηνῷ σεβαστοῖς, τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν, καὶ τούτῳ διηκεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχομέθα. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπε· Τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον εἶπερ ἐστὶ Θεός, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε, καὶ θεοὺς οὓς πάντες ἴσασι. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπεν· Ὁρῶ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθήτους τῆς πράξεως τῶν σεβαστῶν (33) ἡμῶν. Διόπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης, καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρῶ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελέξαμην ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν σεβαστῶν ἡμῶν. Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια (34) εἰσεῖναι. Εἰ δὲ τις φανεῖται μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα, ἢ ἐκ συναγωγῆς τινε εὐρεθῆι, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἐπαρτήσει. Ὁ γὰρ ἐπιλείψει ἢ δέουσα ἐπιστρέφεια. Ἀπόστητε ὅπου ἐκελεύσθητε. — Καὶ νοσοῦντα δὲ με κατήπειξεν, οὐδὲ μᾶς ὑπέρθεσιν δοῦς ἡμέρας. Ποῖαν οὖν ἐστὶ (35) τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν; Ἔπειτα μεθ' ἑτερά φησιν· « Ἀλλ' οὐδὲ τῆς αἰσθητῆς ἡμεῖς μετὰ τοῦ Κυρίου συναγωγῆς ἀπέστημεν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συνεκρότουσιν ὡς συνῶν, ἀπὼν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἰπεῖν (36), παρίων δὲ τῷ πνεύματι. Ἐν δὲ τῇ Κεφρῷ, καὶ πολλὰ συνεπεδήμησεν ἡμῖν ἐκκλησία, τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀελοφῶν ἐπομένων, τῶν δὲ συνόντων ἀπ' Αἰγύπτου. Κάκει θύραν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνένευξε τοῦ λόγου. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδιώχθημεν, ἐλιθοβολήθημεν, ὕστερον δὲ τινες οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐθνῶν τὰ εἰδῶλα καταλιπόντες, ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Θεόν. Οὐ πρότερον γὰρ παραδειξάμενοι αὐτοῖς, τότε πρῶτον δι' ἡμῶν ὁ λόγος ἐπεσπάρη. Καὶ ὡσπερ τοῦτου ἔνεκεν ἀπαγαγῶν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός, ἐπεὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἐπληρώσαμεν, πάλιν ἀπαγῆγον. Ὁ γὰρ Αἰμιλιανὸς

A hiscum disserui de humanitate principum nostrorum, qua illi erga vos utuntur. Vobis enim potestatem fecerunt salutis vestræ retinendæ, dummodo ad id quod naturæ consentaneum est ferri, deosque imperii illorum custodes adorare, et eorum quæ naturæ ipsi repugnant oblivisci velletis. Quid ergo ad hæc dicitis? Neque enim vos ingrato animo fore spero adversus eorum clementiam, quippe cum ad meliora vos traducere conentur. Dionysius respondit: Non omnes ab omnibus coluntur dii, sed eos singuli colunt quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano et Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus et adoramus. Huic continuas preces offerimus pro Imperio illorum, ut stabile et inconcussum permaneat. Æmilianus præfectus iterum dixit: Quis vero vos prohibet, quominus et hunc, si quidem Deus est, cum iis qui natura dii sunt adoretis? Deos enim colere jussi estis, eosque quos cuncti norunt deos. Dionysius respondit: Nos nullum alium adoramus. Æmilianus præfectus dixit: Video vos ingratos esse simul ac stupidos, qui clementiam Augustorum minime sentistis. Quamobrem non manebitis in hac urbe, sed mittimini in partes Libyæ ad locum qui dicitur Cephro. Hunc enim locum jussu Augustorum nostrorum elegi. Nullatenus autem licebit vobis nec quibuscumque aliis, conventus agere, aut ea quæ vocantur cœmeteria adire. Quod si quis ad eum quem jussi locum minime profectus deprehendetur, aut in conventu aliquo fuerit inventus, is sibi ipse periculum arcesset. Non enim deerit congrua animadversio. Abscedite igitur quo jussi estis. — Statimque me tametsi ægrotantem proficisci compulit, ne diei quidem unius dilatione concessa. Quomodo igitur conventus agere aut non agere vacuum mihi deinceps fuit? » Paucis deinde interjectis, addit: 259 « Sed neque a corporali conventu, Domino juvante, absumimus. Verum eos qui in urbe erant, perinde ac si adessem, majore studio congregavi in ecclesiam; absens quidem corpore, ut jam dixi, animo autem præsens. Apud Cephro vero nobiscum magna fidelium adsuit multitudo, partim eorum qui ab urbe nos secuti fuerant, partim aliorum qui ex reliqua Ægypto confluebant. Ibi quoque januam nobis patefecit Deus ad prædicationem verbi sui. Et initio quidem persecutionem passi et lapidibus impe-

(33) Πραότητος τῶν σεβαστῶν. Codd. Med. et Maz. addunt ἡμῶν, quibus consentit codex Fuk.

(34) Κοιμητήρια. Latini *areas* vocabant, ita Tertullianus in libro ad *Scapulam*, et in *Gestis* purgationis Cæciliani: *Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi*. Et in *Gestis* purgationis Felicis: *Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis*.

(35) Ποῖαν οὖν ἐστὶ. Accusabatur scilicet Dionysius a Germano, quod conventus fratrum non habnisset ante exortam persecutionem, sed fuga salutis sue prospexisset. Quoties enim ingruerat persecutio, sofabant prius episcopi populum congregare, ut eum ad retinendam Christi fidem ex-

hortarentur. Deinde infantes et catechumenos baptizabant, ne sine baptismo ex hac vita migrarent; et Eucharistiam fidelibus dividebant, cum incertum esset quandiu duratura esset persecutio. Quem morem docuit nos factum Dorothei cujusdam Thessalonicensis episcopi, temporibus Justiniani, quod refertur in suggestione Germani, Felicis et Dioscori, missa ad Hormisdam PP. anno Christi 519.

(36) Ἀπὼν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἰπεῖν. Sic in codd. Maz. et Med. scribitur. Vulg. εἶπον. In Fuk. et Savil. scriptum invenit ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Certe alludit Dionysius ad locum Apostoli in priore ad Corinth. cap. v.



A post tergum revinctis, ad stipitem suspendebantur : ac deinde universa corporis membra machinis quibusdam distendebantur. Posthæc tortores jussu judicis universo corpori ; neque ut homicidis solet, lateribus duntaxat : sed etiam ventri, cruribus, ac genis cruciatus ferreis unguis adhibebant. Quidam altera manu ad porticum suspendi pendebant ; quibus articularum membrorumque omnium distensio quovis cruciatu erat acerbior. Alii vultibus in se mutuo conversis ad columnas alligabantur, pedibus solum non contingentibus ; adeo ut vincula gravitate corporum adacta, acrius intenderentur. Atque id tolerabant non solum quoad præsens eos alloquebatur, aut audiendis ipsis vacabat ; sed toto propemodum die. Nam ubi ad alios audiendos transierat, ministros officii sui relinquebat, qui prioribus imminerent ; si forte quis tormentorum acerbitate victus a proposito desciscere videretur. Jubebatque eos absque ulla miseratione vinculis stringi, et postea cum jam animam exhalarent, humi abjectos trahi. Neque enim aiebat vel miniam nostri curam habendam esse : sed cunctos sic de nobis sentire, sic erga nos agere debere, quasi non amplius homines essemus. Hunc scilicet secundum cruciatum post verbera inimici nostri excogitaverant. Quidam etiam post tormenta in nervo jacuerunt ; pedibus ad quatuor usque foramina divaricatis ; ita ut supini esse cogerentur, eum ob recentes plagarum cicatrices quas toto corpore gerebant, stare omnino non possent. Alii humi projecti jacebant præ nimia tormentorum acerbitate ; et multo gravius quam dum cruciarentur spectaculum intuentibus præbebant, varia ac multiplicia tormentorum excogitata genera corporibus suis circumferentes. Quæ cum ita gererentur, alii in ipsis tormentis expirabant, alii in ipsorum pudorem incutientes adversario. 304 Alii semineces in carcerem trusi, paucis post diebus doloribus oppressi vitam finierunt. Reliqui curantium

(32) Ἀμυντηρίοις ἐκόλασον. Nicephorus emendat ἀμυντηρίοις τὰς καλάσεις. Recte ut apparet. Ἀμυντήρια autem sunt ungules, ut recte Rufinus verit. Videntur tamen ἀμυντήρια aliquid plus esse quam ungules. Nam Hesychius ἀμυντήριον, ξίφος δίστομον interpretatur, id est, gladium utrinque acutum ; et in hoc crudelitas judicium notatur, qui non contenti simplicibus unguis, novaculis ad exaranda martyrum latera utebantur.

(33) Τοὺς τῆ ἔξουσία ὑπηρετομένους. Apparitores seu officiales intelligit, qui præfecto Augustali obsequabantur. De hoc enim loquitur Phileas in hac epistola, et ἡγεμῶνα eum vocat. Porro ἐξουσία fere de majoribus iudiciis dicitur, qui habebant jus gladii ; quæ Latine potestas appellatur, ut ait Ulpianus. Quæ vox eo sensu sæpius occurrit apud Joannem Chrysostomum. Porro præfectus augustalis, eo quidem tempore erat Hierocles, quemadmodum scribit Epiphanius in hæresi Melitianorum.

(34) Τοῖς δεσμοῖς προσεῖναι. Nova et insolens mihi videtur hæc locutio.

(35) Οὕτω ἐδόκουν διανοεῖσθαι. Sic nostri codices Maz., Med. et Fuk. Vulg. οὕτω καὶ διαν.

(36) Ταύτην δευτέραν βάσανον. Raptationem

intelligit. Primus enim cruciatus erat verberum ac plagarum et ungarum. Secundus ut humi depositi traherentur et raptarentur in carcerem.

(37) Ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι. Pessime Langus *catastam* vertit. Hic enim τὸ ξύλον aliter sumitur ac supra. Nam supra quidem ponitur pro equuleo, ut ex Rufino monimus. Hic vero pro nervo ponitur, id est, compedibus ligneis. De qua significatione multa jam dixi in superioribus libris. Latini etiam lignum eo sensu dixerunt. De his compedibus intelligendus est locus in Actis martyrum Tarachi, Probi et Andronici : « Cum verberatus esset, præses dixit : Mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et dimittentes aliquam curam ei apponere. » Et in Actis Luciani martyris. Synesius in oratione De regio : ἀλλ' οὐ γὰρ μάλλον κινήσεται τῶν ἐν τῆ ποδοκάχη, τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Porro sicut in hac Phileæ epistola ξύλον modo pro equuleo sumitur, modo pro nervo : ita in Actis Theodori martyris quæ habentur apud Surium die IX Novembris, lignum duplici modo accipitur.

(38) Τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας. Libertatem vocabant, cum quis vinculis solveretur, et libere quo vellet abire sineretur. Quæ vox non raro occurrit apud Eusebium, eo sensu quem dixi. Sic Arator in

remediis refocillati, tempore ipso ac diuturna carceris mora fidentiores evasere. Itaque cum postea juberentur eligere utrum mallet, an contactis nefariis sacrificiis omni molestia liberari, et abominandæ absolutionis sententiam ab ipsis consequi; an vero sacrificare abnuentes capite damnari: omnes nihil cunctati, libenti animo ad mortem perrexerunt. Quippe probe norant quæ in sacris litteris nobis præscripta<sup>91</sup> sunt. « Qui enim sacrificat diis alienis, ait Scriptura, exterminabitur. » Et iterum: « Non habebis deos alienos præter me<sup>92</sup>. » Hæc sunt vere philosophi nec minus Dei quam sapientiæ amatoris martyris verba, quæ ante extremam judicis sententiam, adhuc in custodia constitutus ad fratres Ecclesiæ suæ scripsit; partim quo in statu versaretur exponens; partim eos adhortans, ut pietatem in Christum etiam post obitum suum jamjam imminentem, mordicus retinerent. Sed quid opus est proluxa oratione uti, et divinorum qui per universum orbem passi sunt martyrum nova semper novis succedentia cœrtamina exponere? præsertim cum illi non vulgari modo, sed quasi jure belli oppugnati sint.

## CAPUT XI.

*De iis quæ in Phrygia gesta sunt.*

Certe urbem quamdam Christianorum in Phrygia, milites armati obsidione cinxerunt, injectoque igne totam una cum viris et mulieribus ac parvulis Christum omnium Deum invocantibus concremarunt. Hanc scilicet ob causam, quod universi ejus urbis incolæ et curator ipse ac magistratus cum honoratis omnibus ac plebeis, Christianos se esse professi, sacrificare jubentibus nullo modo obtemperabant. Quidam etiam Aductus nomine, claro in Italia genere ortus, Romana dignitate conspicuus, et per omnes honorum gradus in imperato-

<sup>91</sup> Deut. viii, 19. <sup>92</sup> Exod. xx, 3.

libro 1 *Apostolicæ historiæ* :

..... damnatio justi

*Libertas est facta reis.*

Id est absolutio et relaxatio.

(39) Ἀνατιθέμερος. Metaphora videtur, ut cum Latini dicunt, ad posteritatis memoriam consecrare.

(40) Τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας. Post hæc verba Christophoronus plura capita inseruit, ex appendice quam ad calcem hujus libri ediderat Rob. Stephanus. Verum appendix illa, liber est integer, et ab opere *Historiæ Ecclesiasticæ* separatus: in quo Eusebius passionem martyrum Palæstinæ, ac præsertim Pamphili sui descripsit. Hunc librum studiosius quidam huic octavo *Historiæ Ecclesiasticæ* volumini subjecerat propter argumenti similitudinem: ex cujus codice cæteri postea exscriptores illum in sua exemplaria transfuderunt. Certe in omnibus manuscriptis quos vidimus libris post finem hujus octavi libri reperitur, sicut a Rob. Stephano est editus. Male igitur fecit Christophoronus, qui eum librum contra fidem omnium exemplarium in octavum *Historiæ Ecclesiasticæ* volumen, quasi ejusdem partem a suo corpore male divulsam, intrusit, et lectoribus fucum fecit. Nemo enim ante nos de hoc Christophoroni facinore ne leviter quidem suspicatus est. Longe prudentius Musculus, qui Rob. Stephani exemplar secutus, librum octavum prout repererat, in Latinum sermonem convertit; appendicem autem totam prætermisit, quam nec Rufinus

τὴν ἐπὶ θανάτῳ δίχην ἐκδέχεσθαι, οὐδὲν μελλήσαντες, ἀσμένως ἐπὶ τὸν θάνατον ἐχώρουν· ἤδεσαν γὰρ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἡμῖν προορισθέντα. « Ὁ γὰρ θυσιάζων, φησὶ, θεοὺς ἑτέροις, ἐξολοθρευθήσεται· » καὶ· « Ὅτι οὐκ ἔσονται σοὶ θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. » Τοιαῦται τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου τε ὁμοῦ καὶ φιλοθεοῦ μάρτυρος αἱ φωναὶ, ἃς πρὸ τελευταίας ἀποφάσεως ὑπὸ τὴν δεσμωτικὴν ἐθ' ὑπάρχων τάξιν, τοὺς κατὰ τὴν αὐτοῦ παροικίαν ἀδελφοὺς ἐπεστάλκει, ἅμα μὲν ἐν οἷς ἦν, ἀνατιθέμενος (39), ἅμα δὲ καὶ παροικῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἀπίστῳ ἔχεισθαι καὶ μετ' αὐτὸν ὅσον οὕτω τελεωθησόμενον, τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας (40). Ἀλλὰ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ καινοτέρας ἐπὶ καινοτέραις τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην θεοπροπτῶν μαρτύρων ἀθλήσεις παρατ.θεσθαι, καὶ μάλιστα τῶν οὐκ ἐπὶ μὲν κοινῷ νόμῳ, πολέμου δὲ τρόπῳ πεπολιορημένων;

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ΄.

*Περὶ τῶν κατὰ Φρυγίαν (Nic. H. E. vii, 40).*

Ἦδη γοῦν ὄλην Χριστιανῶν πολίχνην αὐτανόρον ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν (41) ἐν κύκλῳ περιβαλόντες ὄπισται, πῦρ τε ὑφάψαντες, κατέφλεξαν αὐτοὺς ἅμα νηπίοις καὶ γυναῖξιν, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν Χριστὸν ἐπιβουμένους· ὅτι δὴ πανδημεὶ πάντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, λογιστῆς τε αὐτὸς καὶ στρατηγός (42) σὺν τοῖς ἐν τέλει πᾶσι καὶ ἔλω δήμῳ, Χριστιανούς σφᾶς ὁμολογούντες, οὐδ' ἔπωστῖον τοῖς προστάταισι εἰδωλολατρεῖν ἐπειθάρχουν. Καὶ τις ἕτερος Ῥωμαϊκῆς ἀξίας ἐπισημμένος, Ἄδαυκτος (43) ὄνομα, γένος τῶν παρ' Ἰταλοῖς ἐπισημῶν, διὰ πάτης διεβθῶν

nec Nicephorus legisse mihi videntur. Sed et capita libri octavi, quæ ipsi libro ex more præfixa sunt, satis admonere potuerat Christophoronus, appendicem illam nihil ad librum octavum pertinere.

(41) Ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν. Eadem rem narrat Lactantius in lib. v *Institutionum divinarum*, cap. 11, ubi agit de injustitia judicium, seu rectorum provinciæ, qui Christianos suppliciiis affecerant: « Alii ad occidendum præcipientes exstiterunt; sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit. »

(42) Λογιστῆς τε αὐτὸς καὶ στρατηγός. Recte Rufinus *curatorem et magistratum* verit. De logistis seu curatoribus civitatum, vide quæ notavi ad Amm. Marcellini librum xiv, pag. 56. Hinc λογιστεύειν dicitur curatoris officio fungi apud Philostratum in lib. 1 *De Vita sophistarum*, ubi de Nicete loquitur. De Strategis quos Latini magistratus vocabant, multa item notavi ad librum ultimum Amm. Marcellini, quæ nemo ante nos observaverat. De his magistratibus municipalibus intelligendæ sunt litteræ senatus, quas refert Capitolinus in Maximino: « Senatus populusque Rom. proconsulibus, præsidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, ac singulis civitatibus et municipiis et oppidis, et vicis et castellis salutem. »

(43) Vulg. ἄδαυκος. Rectius in codd. Maz., Med., Fuk. et Savil. scribitur Ἄδαυκτος. Aductum quoque habet Rufinus et Cedrenus. Ejus mentio fit in

ἄνθρωπος τῆς παρὰ βασιλευσὶ τιμῆς, ὡς καὶ τὰς καθόλου διοικήσεις (44) τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστροπόλεως (45) τε καὶ καθολικότητος ἀμέμπτους δελεῖν, ἐπὶ πᾶσι τούτοις διαπρέψας τοῖς ἐν θεοσεβείᾳ κατορθώμασι καὶ ταῖς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογίαις, τῷ τοῦ μαρτυρίου διαδήματι κατεκοσμήθη, ἐπ' αὐτῆς τῆς τοῦ καθολικοῦ πράξεως τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπομείνας ἀγῶνα.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

*Peri πλειστον ἐτέρων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν διαφόρων ἡγωνισμένων* (Nic. B. E. vii, 11).

Τί με χρὴ νῦν ἐπ' ὀνόματος τῶν λοιπῶν μνημονεύειν, ἢ τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν ἀριθμεῖν, ἢ τὰς πολυτρόπους αἰτίας ἀναζωγραφεῖν τῶν θαυμασιῶν Χριστοῦ μαρτύρων, τοτὲ μὲν πέλυξιν ἀναιρουμένων, οἷα γέγονε τοῖς ἐπ' Ἀραβίας, τοτὲ δὲ τὰ σκέλη καταγυμένων, οἷα τοῖς ἐν Καππαδοκίᾳ συμβέβηκε, καὶ ποτὲ μὲν κατὰ κεφαλῆς ἐκ τοῖν ποδῶν εἰς ὕψος ἀναρτωμένων, καὶ μαλθακοῦ πυρός (46) ὑποκαιομένου, τῷ παραπεμπομένῳ καπνῷ τῆς φλεγόμενης ὕλης ἀποπνιγμένων, οἷα τοῖς ἐν μέσῳ τῶν ποταμῶν ἐπηρέθη, ποτὲ δὲ ῥίνας καὶ ὠτα καὶ χεῖρας ἀκρωτηριαζομένων, τὰ τε λοιπὰ τοῦ σώματος μέλη τε καὶ μέρη κρεουργουμένων, οἷα τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἦν; Τί δεῖ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας ἀναζωπυρεῖν τὴν μνήμην, ἐσχάραις πυρός (47) οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' ἐπὶ μακρᾷ τιμωρίᾳ κατοπτωμένων, ἐτέρων τε θάπτον τὴν δεξιὰν αὐτῶν πυρὶ καθιέντων, ἢ τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἐραπτομένων; ὧν τινες τὴν πείραν φεύγοντες, πρὶν ἀλῶναι καὶ εἰς χεῖρας τῶν ἐπιβούλων ἔλθειν, ἀνοίθην ἐξ ὑψηλῶν δωμάτων ἑαυτοὺς κατεκρήμνισαν, τὸν θάνατον ἀρπαγμα θέμενοι τῆς τῶν δυσσεβῶν μοχθηρίας. Καὶ τις ἰερὰ καὶ θαυμάσια τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, τὸ δὲ σῶμα γυνή, καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας πλούτου καὶ γένει καὶ εὐδοξίᾳ παρὰ πᾶσι βεδοημένη, παίδων ξυνωρίδα παρθένων τῆ τοῦ σώματος ὥρα καὶ ἀμύη διαπρεπουσῶν, θεισμοῖς εὐσεβείας ἀναθρηψαμένη, ἐπειδὴ πολὺς ὁ περὶ αὐτὰς κινούμενος φθόνος, πάντα τρόπον ἀνιχνεύων λανθανούσας περιειργάζετο, εἶτα ἐπ' ἀλλοδαπῆς αὐτὰς διατρίβειν μαθῶν, πεφροντισμένως ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἐκάλει, δικτύων δὲ ἤδη στρατιωτικῶν εἶσω περιέβληντο, ἐν ἀμηγάνοις αὐτὴν καὶ παῖδας θεασαμένη, καὶ τὰ μέλλοντα ἐξ ἀνθρώπων δεινὰ τῷ λόγῳ παραθεῖσα, τὸ τε πάντων δεινῶν ἀφορητότερον πορθείας ἀπειλὴν μηδὲ ἄκροις ὡσὶν ὑπομείναι δεῖν

A rum palatio provecus, quippe qui procurationem summæ rei, et magistri, ut vocant, ac rationalis officium integerrime gessisset: præter hæc omnia multis 305 præclaris actibus inter fideles, et nominis Christi confessionibus nobilitatus: dum adhuc rationalis officium administraret, pro vera pietate decertans martyrii corona exornatus est.

#### CAPUT XII.

*De pluribus viris et mulieribus, qui diverso martyrii genere occubuerunt.*

Quid nunc opus est reliquos nominatim commemorare, aut multitudinem hominum recensere, aut varias tormentorum species orationis penicillo depingere? Quippe cum admirandi martyres, partim securibus cæsi sint, ut in Arabia contigit: partim suffractis cruribus interierint, quemadmodum accidit in Cappadocia; nonnulli capite deorsum verso pedibus suspensi, leni ac remisso igne subitus accenso, flagrantis materię fumo suffocati sint, ut in Mesopotamia factum est; alii naso, auribus, ac manibus truncati, cæterisque corporis membris mutilati sint atque concisi, ut contigit Alexandria. Jam vero ea quæ apud Antiochiam gesta sunt, quid opus est in memoriam revocare? ubi alii craticulis impositi, non ad mortem usque, sed ad diuturnitatem supplicii torrebantur. Alii dexteras suas in ignem immittere maluerunt, quam impia libamenta contingere. Ex quibus nonnulli periculum vitantes, priusquam caperentur, et in insidiatorum manus inciderent, ex sublimibus tabulatis præcipientes se dederunt, propter impiorum malitiam mortem lucro deputantes. Quædam etiam sanctissima femina et ob animi fortitudinem admirabilis, opibus ac splendore generis, bonaque in primis fama Antiochiæ percelebris, quæ duas filias virgines corporis forma et ætatis flore præstantes Christianæ religionis præceptis instituerat: cum plurimi, stimulante ipsos invidia, earum latebras curiosius investigarent; deinde comperto eas apud externos degere, omni studio atque opera Antiochiam eas evocassent; postquam mulier sese ac filias in militum laqueos incidisse sensit, ad inopiam consilii redacta, filias allocuta est. Et quanta ipsis mala a militibus imminerent exposuit: omnium vero malorum gravissimum ac maxime intolerabile esse stuprum, cujus

Menæis Græcorum, die III Octobris. Fuit et alter Adauctus eodem tempore martyrium Romæ passus; cuius mentio fit VII Februarii. Huic Damasus papa cœmeterium Romæ fecit, ut docet vetus epigramma apud Gruterum, pag. 1072.

(44) Τὰς καθόλου διοικήσεις. Rationalem summarum intelligit. Sic supra de Philoromo, cap. 9: Ἀρχὴν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξανδρείαν βασιλικῆς διοικήσεως ἐγχεχρισμένους. Recte igitur Rufinus hunc locum vertit: *Rationes summarum parium administrans*. Et rursus infra.

(45) Τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστροπόλεως. Male Rufinus magisterium officiorum hic intellexit. Intelliguntur enim magistri rei private, ut declarat vox proxime sequens καθολικότητος.

Nam magistri rei private cum Rationalibus jungi solent in codice Theodosii, ut jampridem notavi ad librum xv Amm. Marcellini, pag. 78.

(46) Μαλθακοῦ πυρός. Talis est ignis qui ex paleis aut virgultis accenditur. Dicitur autem μαλθακὸν πῦρ, ad differentiam ἀσβέστου πυρός, de quo supra notavi ad librum vii. Accendebatur autem ignis ille ex longinquo, ita ut martyres suffocarentur potius quam cremarentur. Huiusmodi igne necatus videtur Pionius martyr, ut ejus Acta testantur. Hoc supplicium intelligere videtur Seneca in libro III *De ira*, his verbis: *Et circumdati defixis corporibus ignes*.

(47) Ἐσχάραις πυρός. Recte Rufinus *craticulam* vertit, Glossæ veteres *ἐσχάρα craticula*.

**306** minas ne aaditu quidem sustinere sibi ipsi ac filiabus fas esset. Ad hæc animam servituti et obsequio dæmonum mancipare, omni morte exitioque pejus esse cum dixisset, unicum adversus hæc omnia remedium esse admonuit, si ad opem Christi confugerent. His dictis, idem omnes consilium amplexæ; cum ad medium itineris pervenissent, veniam a militibus petunt ut tantisper de via deflectere sibi liceret. Quo impetrato, compositis honeste ac decenter vestibus, in præfluentem se fluvium conjecerunt. Et hæc quidem semetipsas ita submerserunt. Duæ vero aliæ virgines in eadem urbe divinæ prorsus ac germanæ per omnia sorores, splendore quidem natalium, opibus, ætate et forma florentes, sed gravitate morum, mentis pietate, studioque et industria clariores : periude ac si terra tantum decus ferre non posset, a cultoribus dæmonum jussæ sunt in mare præcipitari. Hæc Antiochiæ. Sed quæ apud Pontum gesta sunt, vel ipso dictu incutiunt horrorem. Aliis manuum digiti a summis usque unguibus, acutis arundinibus transfigebantur. Aliis plumbo ignis vi liquefacto, bulliente ac fervente metallo terga adurebantur, et corporis partes maxime necessariæ torrebantur. Quidam in visceribus ac pudendis partibus fœdos atque inexplicabiles cruciatus absque ulla miseratione pertulerunt, prout scilicet generosi illi et æqui judices solertiam suam ostentantes, quasi hoc virtutis alicujus ac prudentiæ esset, ambitiosius excogitabant; novis quotidie suppliciorum inventis, tanquam in certamine quodam in quo proposita sunt præmia, superare se invicem contententes. Cæterum hæc calamitates non prius finem acceperunt, quam judices tot ærumnis quidquam adjicere posse desperantes, jamque cædibus fessi, cum ipsos sanguinis satietas ac tædium cepisset, ad speciosam illam, ut quidem putabant, clementiam atque humanitatem se converterunt, ut in posterum nulla adversum nos uti sævitia viderentur. Neque enim fas esse aiebant, ut urbes quidem civium sanguine contaminarentur; imperatores autem ipsi erga omnes benigni ac mansueti crudelitatis aspergerentur infamia : sed potius decere, ut humanitas et beneficentia imperatoriæ **307** majestatis in universos diffunderetur, nec posthac nostri capitali supplicio plecterentur. Quippe hujusmodi pœna per imperatorum indulgentiam liberatos nos esse. Exinde igitur oculos nostris erui,

(48) 'Επ' αὐτῆς μέσης γενόμεναι τῆς ὁδοῦ. Duplex horum verborum sensus esse potest. Aut enim intelligere possumus mulieres illas jam ad dimidium itineris pervenisse, quomodo Nicephorus accepit; aut certe in medio viæ publicæ aggere constitisse. Porro de hujusmodi Christianarum mulierum martyrio quæ seipsas pudoris simul ac religionis servandæ causa præcipitarunt, vide Augustinum in lib. 1 *De civitate Dei*, c. 26. Exstat encomium harum mulierum in tomo primo Joannis Chrysostomi, ubi mater Domina, filiæ vero Bernice et Prosdoce dicuntur. Earum natalem Antiocheni celebrabant die xx post festum Sanctæ Crucis, ut in ipso orationis exordio scribit Chrysosto-

μουσαι, εαυτῆ τε καὶ ταῖς κόραις παρακλεουσαμένη, ἀλλὰ καὶ τὸ προδοῦναι τὰς ψυχὰς τῆ τῶν δαιμόνων δουλείᾳ, πάντων ὑπάρχειν θανάτων καὶ πάσης χειρὸν ἀπωλείας φήσασα, μίαν τούτων ἀπάντων εἶναι λύσιν ὑπετίθετο, τὴν ἐπὶ τὸν Κύριον καταφυγὴν· κάπειτα ὁμοῦ τῆ γνώμῃ συνθέμεναι, τὰ τε σώματα περιστείλασαι κοσμίως τοῖς περιδλημασιν, ἐπ' αὐτῆς μέσης γενόμεναι τῆς ὁδοῦ (48), βραχὺ τι τοὺς φύλακας εἰς ἀναχώρησιν ὑποπαρατησάμεναι, ἐπὶ παραβρέοντα ποταμὸν εαυτὰς ἤκόντισαν. Αἶδε μὲν οὖν εαυτὰς· ἄλλην δ' ἐπ' αὐτῆς Ἀντιοχεῖας ξυνωρίδα παρθένων τὰ πάντα θεοπροπῶν καὶ ἀληθῶς ἀδελφῶν, ἐπιδόξων μὲν τὸ γένος, λαμπρῶν δὲ τὸν βίον, νέων τοὺς χρόνους, ὠραίων τὸ σῶμα, σεμνῶν τὴν ψυχὴν, εὐσεβῶν τὸν τρόπον, θαυμαστῶν τὴν σπουδὴν, ὡς ἂν μὴ φερούσης τῆς γῆς τὰ τοιαῦτα βαστάζειν, θαλάττῃ ῥίπτειν ἐκέλευον οἱ τῶν δαιμόνων θεραπευταί. Ταῦτα μὲν οὖν παρὰ τοῖσδε. Τὰ φρικτὰ δὲ ἀκοαῖς κατὰ τὸν Πόντον ἔπασχον ἕτεροι, καλὰμοις ὀξείσι ταῖν χερσὶν ἐξ ἄκρων ἐνύχων τοὺς δακτύλους διαπειρόμενοι, καὶ ἄλλοι πυρὶ μοιχθδοῦ διατακόμενοι, βρασοῦσῃ καὶ πετρακτωμένῃ τῆ ὕλη τὰ νῶτα καταγεόμενοι, καὶ τὰ μάλιστα ἀναγκαιότατα τοῦ σώματος (49) κατοπτώμενοι· διὰ τε τῶν ἀπορρήτων ἕτεροι μελῶν τε καὶ σπλάγγων αἰσχροῦ καὶ ἀσυμπαθεῖς καὶ οὐδὲ λόγῳ βητὰς ὑπέμενον πάθος, ἃς οἱ γενναῖοι καὶ νόμιμοι δικασταὶ τὴν σφῶν ἐπιδεικνύμενοι δεινότητα, ὡσπερ τινὰ σοφίας ἀρετὴν φιλοτιμότερον ἐπενόουσι, αἰ ταῖς καινότερον ἐφευρισκομέναις αἰκίαις, ὡσπερ εἰ ἐν ἀγῶνος βραβεῖοις, ἀλλήλους ὑπερεξάγειν διαμιλλώμενοι. Τὰ δ' οὖν τῶν συμφορῶν ἔσχατα (50), ὅτε διηλοιπὸν ἀπειρηκότες ἐπὶ τῆ τῶν κακῶν ὑπερβολῇ καὶ πρὸς τὸ κτείνειν ἀποκαμόντες, πλητμονὴν τε καὶ κόρον τῆς τῶν αἰμάτων ἐκχύσεως ἐσχηκότες, ἐπὶ τὸ νομιζόμενον αὐτοῖς χρῆσθαι καὶ φιλάνθρωπον ἐτρέποντο, ὡς μηδὲν μὲν ἐτι δοκεῖν δεινὸν καθ' ἡμῶν περιεργάζεσθαι· μὴ γὰρ καθήκειν φασὶν ἐμφυλοῖς αἵμασι μαινεῖν τὰς πόλεις, μηδ' ἐπ' ὠμότητι τὴν ἀνωτάτω (51) διαβάλλειν τὴν τῶν κρατούντων ἀρχὴν, εὐμενῇ τοῖς πᾶσιν ὑπάρχουσαν καὶ πρασίαν, δεῖν δὲ μᾶλλον τῆς φιλάνθρωπου καὶ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς πάντας ἐκτείνεσθαι τὴν εὐεργεσίαν, μηκέτι θανάτῳ κολαζόμενους· λελύσθαι γὰρ καθ' ἡμῶν ταύτην αὐτῶν τὴν τιμωρίαν, διὰ τὴν τῶν κρατούντων φιλάνθρωπίαν. Τηνικαῦτα ὀφθαλμοῦς ἐξορύττεσθαι, καὶ τοῖν σκελοῖν πηροῦσθαι θάτερον, προσετάττετο (52). Ταῦτα γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ φιλάν-

mus. Proinde Græci natalem illarum mulierum contulerunt in diem 1v Octobris, ut videre est in Menologio.

(49) *Τὰ ἀναγκαιότατα τοῦ σώματος.* Rufinus eleganter vertit: *Usque ad loca pudenda quibus naturalis egestio procurari solet.* Sane Græci ἀνάγκην vocant eam corporis partem, quam pudor nominari velat.

(50) *Τὰ δ' οὖν τῶν συμφορῶν ἔσχατα.* Hunc locum non infeliciter vertisse mihi videor.

(51) *Τὴν ἀνωτάτω.* In codd. Med., Maz. et Fulk. scriptum reperit: ἐπ' ὠμότητι τῆ ἀνωτάτω διαβάλλειν τὴν τῶν κρατούντων ἀρχὴν.

(52) *Προσετάττετο.* Rufinus edictum imperatoris

θρωπα, καὶ τῶν καθ' ἡμῶν τιμωριῶν τὰ κουφότατα, ὥστε ἤδη ταύτης ἕνεκα τῆς τῶν ἀσεβῶν φιλανθρωπίας, οὐκέτ' εἶναι δυνατὸν ἐξεπιπεῖν τὸ πλῆθος τῶν ὑπὲρ πάντα λόγον, τοὺς μὲν δεξιούς ὀφθαλμούς ἐξίφει πρότερον ἐκκοπομένων, καὶ μετὰ τὴν ἐκκέντησιν τοὺτους πύρι καυτηριαζομένων, τοὺς δὲ λαιοὺς πόδας κατὰ τῶν ἀγκυλῶν αὐθις καυτήρσιν ἀχραιομένων, μετὰ τε ταῦτα τοῖς κατ' ἐπαρχίαν χαλκοῦ μετάλλοις οὐχ ὑπηρεσίας τοσοῦτον, ὅσον κακώσεως καὶ τλαιπωρίας ἕνεκεν καταδικαζομένων, πρὸς ἅσασί τε τούτοις ἄλλων ἄλλοις ἀγῶσιν, οὓς μηδὲ καταλέγειν δυνατὸν· νικᾷ γὰρ πάντα λόγον τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνδραγαθήματα· περιπεπωκῶτων. Ἐν δὲ τούτοις (53) ἐφ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλάμπαντες οἱ μεγαλοπρεπεῖς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, τοὺς μὲν ἀπανταχοῦ τῆς ἀνδρείας αὐτῶν ἐπόπτας εἰκότως κατεπίψαντο, τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θείας ὡς ἀληθῶς καὶ ἀπορρήτου (54) δυνάμεως ἐμφανῆ δι' ἐαυτῶν τὰ τεκμήρια παρεστήσαντο. Ἐκάστου μὲν ὡν ἐπ' ὀνόματος μνημονεύειν, μακρὸν ἂν εἴη, μᾶτι γε τῶν ἀδυνάτων.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας προέδρων, τῶν τὸ γνήσιον ἦς ἐπέσχευον εὐσεβείας διὰ τοῦ σφωρ αἵματος ἐπιδεδειγμένων (Nic. H. E. vii, 16).

Τῶν δὲ κατὰ τὰς ἐπισήμους πόλεις μαρτυρησάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, πρῶτος ἡμῖν ἐν εὐσεβῶν στήλαις (55) τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἀναγορευέσθω μάρτυς, ἐπίσκοπος τῆς Νικομηδέων πόλεως, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς, Ἄνθιμος. Τῶν δ' ἀπ' Ἀντιοχείας (56) μαρτύρων τὸν πάντα βίον ἄριστος πρεσβύτερος τῆς αὐτοῦ παροικίας Λουκιανός, ἐν τῇ Νικομηδείᾳ καὶ αὐτός, βασιλέως ἐπιπαρόντος, τὴν οὐράνιον τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν λόγῳ πρότερον δι' ἀποίγιας, εἶτα δὲ καὶ ἔργοις ἀνακηρύξας. Τῶν δ' ἐπὶ Φοινίκης μαρτύρων γένοιτ' ἂν ἐπισημότατοι τὰ πάντα θεοφιλεῖς τῶν λογικῶν Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμένες, Τυραννίων ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Τύρον Ἐκκλησίας, πρεσβύτερος τε τῆς κατὰ Σιδῶνα Ζηνόβιος, καὶ ἐπὶ Σιθωνός τῶν ἀμφὶ τὴν Ἐμισαν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπος. Ἄλλ' οὗτος μὲν θηρίων βορὰ μετ' ἐτέρων ἐπ' αὐτῆς Ἐμίσης γενόμενος, χοροῖς ἀνελήφθη μαρτύρων, τῶν δ' ἐπ' Ἀντιοχείας ἄμφω τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τῆς εἰς θάνατον ὑπομονῆς ἔδοξασάντων, ὁ μὲν θαλαττίοις παραδοθείς βυθοῖς ὁ ἐπίσκοπος, ὁ δὲ ἱατρῶν ἄριστος Ζηνόβιος ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιθειεῖσιν αὐτῷ καρτερῶς ἐναποθανὼν βασάνων. Τῶν δ' ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Σιθωνός,

propositum esse scribit, quo huiusmodi supplicium adversus Christianos deinceps præscriberetur. Quod tamen verum non puto. Ipsi enim magistratus superati Christianorum constantia, ad id tandem sua sponte conversi sunt.

(53) Ἐν δὲ τούτοις, supplē ἀγῶσι. De his enim locutus est paulo supra. Pessime Christophorsonus vertit *his temporibus*, et ab his verbis novum caput inchoavit.

(54) Ἀπορρήτου. Positum esse videtur pro ἀρρήτου, quomodo Eusebius interdum usurpare solet. Si quis tamen *arcanam* velit vertere, per me

et alterum ex cruribus debilitari præceptum est. Huiusmodi enim fuit illorum humanitas; hoc lenissimum supplicii genus adversus nos visum. Adeo ut propter hanc impiorum hominum lenitatem, nullo jam modo recenseri possit numerus, tum eorum quibus oculi dextri primum quidem ferro effossi, deinde vero cauterio adusti sunt: tum illorum quibus sinistri poplites candente ferro sunt debilitati, et qui postea ad æris metalla quæ in provincia erant, non tam operis faciendi quam vexationis causa condemnabantur: aliorum denique qui varia viritim singuli certamina subierunt. Quæ quidem nos nec enumerare sufficimus, quippe cum præclara illorum facinora omnem dicendi copiam superent. In his ergo certaminum discriminiibus, per univcrsum orbem maximam gloriam adepti nobilissimi martyres, et cunctos spectatores admiratione fortitudinis suæ merito percutores: et divinæ prorsus atque inexplicabilis Servatoris nostri potentia evidētissima in semetipsis exhibuerint indicia. Ac singulos quidem nominatim commemorare longum ac difficile fuerit, ne dicam prorsus inexplicabile.

### CAPUT XIII.

*De præsidibus Ecclesiarum, qui religionis quam prædicabant, sinceritatem fuso sanguine declaraverunt.*

Ex præsidibus autem Ecclesiarum qui in celeberrimis urbibus martyrium perpessi sunt, primus in priorum tabulis a nobis nominetur Anthimus, Nicomediensis episcopus, testis regni Jesu Christi, in eadem urbe capite truncatus. Ex Antiochenis vero martyribus Lucianus, ejusdem Ecclesiæ presbyter, vir in omni vita sanctissimus. Qui cæleste Christi regnum primum verbis et oratione apologetica Nicomediæ præsentē ipso imperatore, postea vero etiam rebus ipsis, asseruit. Jam vero omnium in Phœnicæ martyrum nobilissimū Deoque accepti martyres, Christiani gregis pastores fuere, Tyrannio Ecclesiæ Tyriorum episcopus, et Zenobius presbyter apud 308 Sidonem: Silvanus quoque Emisenæ antistes Ecclesiæ. Sed hic quidem in ipsa urbe Emesa feris objectus una cum aliis quibusdam, in martyrum relatus est numerum. Illi vero Antiochiæ, doctrinam veræ fidei constantissima in perferendis ad mortem usque tormentis patientia ambo illustrarunt: Tyrannio quidem in profundum mare demersus: Zenobius vero medicorum omnium præstantissimus, dum unguis latera ipsi sulcarentur, in mediis cruciatibus forti animo immortalis. Inter

licet.

(55) Ἐν εὐσεβῶν στήλαις. Rufinus vertit: *In memoriis piorum primus a nobis scribatur Anthimus.*

(56) Vulg. τῶν δ' ἐπ' Ἀντιοχείας. Apud Nicephorum legitur τῶν δὲ ἀπ' Ἀντιοχείας, rectius sine dubio. Neque enim Lucianus Antiochiæ passus est, sed Nicomediæ, ut testatur Eusebius hoc loco, et Hieronymus in *Catalogo*, et Rufinus ac Nicephorus. Quod etiam testatur ipse Lucianus in epistola quam scripsit ad Antiochenes, cum esset in carcere una cum aliis martyribus Nicomediæ. Hujus Epistolæ



martyres autem Palæstinæ, Silvanus Gazæ urbis A  
episcopus apud aris metalla quæ sunt in Phæno,  
cum aliis undequadragesima capite truncatus est. Sed  
et quidam Ægyptii sacerdotes Peleus ac Nilus cum  
aliquot aliis illic flammis absumpti periere. Horum  
in numero maximum decus Cæsariensis Ecclesiæ  
Pamphilus presbyter, a nobis haudquaquam præter-  
eundus est; vir omnium nostræ ætatis maxime  
admiratione dignus. Cujus quidem fortitudinem et  
gloriosa facinora suo tempore exposuimus. Ex iis  
porro qui Alexandriæ et per totam Ægyptum ac  
Thebaidem nobili martyrio perfuncti sunt, primus  
omnium nominandus est Petrus Alexandrinæ Ec-  
clesiæ episcopus, Christianæ religionis doctor exi-  
mius. Et inter ejus presbyteros Faustus, Dius atque  
Ammonius perfecti martyres Christi. Præterea Phi-  
leas et Hesychius, Pachumius ac Theodorus, diver-  
sarum in Ægypto Ecclesiarum episcopi. Sexcenti  
denique alii minime obscuri, qui per Ecclesias  
in illis locis ac regionibus constitutas, multis laudibus  
celebrantur. Quorum omnium pro vero Dei cultu  
toto orbe confecta certamina, et quæ singulis eorum  
acciderunt, omnia accurate commemorare, non est  
officii nostri; sed eorum potius qui res gestas oculis  
suis contemplati sunt. Nos vero ea quibus ipsi inter-  
fuimus, alio in opere posteriorum notitiæ commen-  
dabimus. In præsentem autem libro palinodiam eorum  
quæ contra nos gesta sunt, et ea quæ in ipso per-  
secutionis exordio contigerunt, supradictis adjun-  
gam: quippe quæ maximam utilitatem allatura sint  
lectoribus. Igitur antequam bellum nobis indictum  
esset, quando imperatores placido ac benevolo  
erga nos animo fuerunt, quanta copia omnium  
bonorum quantaque felicitate abundaverit impe-

ἐπίσκοπος τῶν ἀμφὶ τὴν Γάζαν ἐκκλησιῶν, κατὰ τὰ  
ἐν Φαινοὶ χαλκοῦ μέταλλα σὺν ἑτέροις ἐνὸς δέουσι τὸν  
ἀριθμὸν τεσσαράκοντα τὴν κεφαλὴν ἀποτεμένεται,  
Αἰγύπτιοι τε αὐτοῦ Πηλεὺς καὶ Νεῖλος ἐπίσκοποι  
μεθ' ἑτέρων τῆν διὰ πυρὸς ὑπέμειναν τελευτήν. Καὶ  
τὸ μὲν ἀεὶ κλέος τῆς Καισαρέων παροικίας ἐν τού-  
τοις ἡμῖν μνημονεῦσθω Πάμφιλος πρεσβύτερος, τῶν  
καθ' ἡμᾶς θαυμασιώτατος, οὗ τῶν ἀνδραγαθημάτων  
τὴν ἀρετὴν κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀνεγράψαμεν (57).  
Τῶν δ' ἐπ' Ἀλεξανδρείας καθ' ὅλης τε Αἰγύπτου καὶ  
Θηβαίδος διαπρεπῶς τελειωθέντων, πρῶτος Πέτρος  
αὐτῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, θεῖόν τι χρῆμα δι-  
δασκάλων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας, ἀναγεγράφθω  
καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων, Φαῦστος καὶ  
Δίος (58) καὶ Ἀμμώνιος, τέλειοι Χριστοῦ μάρτυρες,  
Φιλέας τε καὶ Ἰσχυῖος καὶ Παχύμιος καὶ Θεόδωρος,  
τῶν ἀμφὶ τὴν Αἰγύπτου ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι, μυ-  
ριοὶ τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς, οἱ πρὸς τῶν κατὰ  
χώραν καὶ τόπον παροικίων μνημονεῦονται. ὣν ἀνὰ  
τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσε-  
βείας ἠγωνισμένων γραφῆ παραδιδοῦναι τοὺς ἀθλοῦς,  
ἐπ' ἀκριβέως τε ἕκαστα τῶν περὶ αὐτοὺς συμβεβη-  
κότων ἱστορεῖν, οὐχ ἡμέτερον, τῶν δ' ἔχει τὰ πρά-  
γματα παρεληφότων ἴδιον ἂν γένοιτο. Οἷς γε μὴν  
αὐτὸς παρεγενόμενος, τούτους καὶ τοὺς μεθ' ἡμᾶς  
γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς (59). Κατὰ  
γε μὴν τὸν παρόντα λόγον τὴν παλαιμυθίαν τῶν περὶ  
ἡμᾶς εἰργασμένων τοῖς εἰρημένους ἐπισυνάψω, τὰ τε  
ἐξ ἀρχῆς τοῦ διωγμοῦ συμβεβηκότα, χρησιμώτατα  
τυγχάνοντα τοῖς ἐντευξομένοις. Τὰ μὲν σὺν πρὸ τοῦ  
καθ' ἡμῶν πολέμου τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ἐν  
ἔσοις δὴ χρόνοις τὰ τῶν ἀρχόντων φιλιὰ τε ἡμῖν ἦν  
καὶ εἰρηναία, ὁπίσης ἀγαθῶν εὐπορίας καὶ εὐετη-  
ρίας (60) ἤξιωτο, τίς ἂν ἐξαρκέσειε λόγος διηγῆ-

extrema verba referuntur in *Chronico Alexandrino*  
ad annum primum persecutionis: Ἀσπάζεται ὑμᾶς  
χρόνος ἅπας ὁμοῦ μαρτύρων· εὐαγγελίζομαι δὲ ὑμᾶς,  
ὡς Ἀνθίμος ὁ πάπας τῷ τοῦ μαρτυρίου ὁρόμῳ ἐτε-  
λεῦθη.

(57) Κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀνεγράψαμεν.  
In libro scilicet *De martyribus Palæstinæ*, qui huic  
octavo libro subjectus est. In eo enim martyrium  
Pamphili fuse narrat Eusebius, ut illic videre est.  
Porro ex hoc loco apparet, librum illum de marty-  
ribus Palæstinæ post *Historiam Ecclesiasticam*, et  
post libros *De Vita Pamphili* martyris ab Eusebio  
scriptum fuisse. At Christophoronus qui ante hoc  
caput totam appendicem jam descripserat, coactus  
est hæc Eusebii verba rescare, ne Eusebius sui  
ipsius oblitus videretur. Non dissimulabo tamen, in  
scriptis codicibus Maz., Med., Fuk. et Savilii, legi  
ἀνεγράψαμεν. Quæ si vera est lectio, intelligit Eu-  
sebius libros *De vita Pamphili martyris*. Hos enim  
libros scripserat ante *Historiam Ecclesiasticam*, ut  
jam antea observavimus.

(58) Καὶ Δίος. Sic codd. Maz. et Med. Rufinus  
quoque *Dium* vocat; vulg., Δίδιος.

(59) Δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς. Intelligit pro-  
cul dubio librum *De martyribus Palæstinæ*. Neque  
enim alium librum invenire quis possit, in quo  
Eusebius martyrum agones ab se visos commemo-  
raverit, quam hunc quem dixi. Ex quo insuper  
refellitur Christophoronsi sententia, qui librum  
illum de martyribus Palæstinæ putavit partem esse  
libri octavi; et qui post hæc verba quæ posui, multa

resecuit atque intrusit contra fidem omnium codi-  
cum. Vidit hoc ante nos Turnebus, qui in suo co-  
dice ad hæc verba Græcum nos scholium adscripserat:  
σημειώσω δὲ ταύτην ἔχεις τὴν γραφὴν ἐνθὺς  
μετὰ τοῦτο τὸ βιβλίον.

(60) Ὁπίσης ἀγαθῶν εὐπορίας καὶ εὐετηρίας.  
Quanta fuerit felicitas in orbe Romano Diocletiano  
et Maximiano regnantibus, testatur Mamertinus in  
*Genethliaco* sub finem, ubi Maximianum alloquitur  
his verbis: « Revera, sacratissime imp., scimus  
omnes, antequam vos salutem reipublicæ reddere-  
tis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia  
fuit, fame passim morbisque grassantibus. Ut vero  
lucem gentibus extulisset, exinde salutare spiritus  
jugiter manant: nullus ager fallit agricolam, » etc.  
Jam vero quod ad bella spectat, nunquam felicius  
adversus Barbaros Romani pugnarunt. Cæsi ubique  
Barbari, et imperii Romani limites promoti. Lega-  
mus eorum temporum historias. Invenimus pro-  
fecto id quod dixi, nunquam in meliore statu fuisse  
rem Romanam; cum quatuor principes, duo scilicet  
Augusti ac totidem Cæsares, seorsum singuli Bar-  
baros propulsarent. Adeo ut verissimum sit quod  
ait Mamertinus in *Genethliaco*: « Mitto etiam dies  
festos victoriis triumphisque celebratos. » Auctor  
panegyrici dicti Maximiano et Constantino: « Sed  
profecto exegit hoc ipsa varietas et natura fortu-  
næ, cui nihil mutare licuerat dum imperium tene-  
retis; ut illa viginti annorum continua felicitas  
intervallo aliquo distingueretur. » Porro tametsi  
Diocletianus et Maximianus tot victorias de Barba-

σθαι; ὁπότε καὶ οἱ μάλιστα τῆς καθόλου κρατοῦν-  
τες ἀρχῆς, δεκαετηρίδας καὶ εἰκοσαετηρίδας τῆς  
βασίλειας ἐκπλήσαντες, ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι,  
φαιδρωτάταις τε θαλαῖς καὶ εὐφροσύναις, μετὰ πά-  
σης εὐσταθοῦς διετέλουσαν εἰρήνης. Οὕτω δ' αὐτοῖς  
ἀπαραποδίστως αὐθούσης καὶ ἐπὶ μέγα ὀσημέραι  
προϊούσης τῆς ἐξουσίας, ἀθρόως τῆς πρὸς ἡμᾶς εἰ-  
ρήνης μεταθέμενοι, πόλισμον ἄσπονδον ἐγείρουσιν,  
οὕτω δ' αὐτοῖς τῆς τοιασδὲ κινήσεως δεῦτερον  
ἔτος (61) πεπλήρωτο, καὶ τι περὶ τὴν δλην ἀρχὴν  
νέωτερον γεγονός, τὰ πάντα πράγματα ἀνατρέπει.  
Νόσου γὰρ οὐκ αἰτίας τῶν πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημέ-  
νων (62) ἐπισκηψάσης, ὑφ' ἧς δὴ καὶ τὰ τῆς διανοίας  
εἰς ἔκστασιν αὐτῶν παρήγετο, σὺν τῶ μετ' αὐτὸν  
δευτερείοις τετιμημένῳ, τὸν δημῶδῃ καὶ ἰδιωτικῶν  
ἀπολαμβάνει βίον· οὕτω δὲ ταῦθ' οὕτω πέπρακτο,  
καὶ διχῆ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαίρεται (63), πράγμα

A rium 309 Romanum, quis explicare sufficet? Quo  
quidem tempore ii qui summam imperii administra-  
bant, decennialibus ac vicennialibus expletis, in fe-  
stivitatibus, spectaculis, epulis omnique hilaritatis  
genere pacate et tranquille degebant. Ita cum eo-  
rum principatus absque ullo augetur obstaculo,  
novisque in dies incrementis floreret; repente  
mutato consilio, pacem quam nobiscum servabant  
solventes, bellum nobis inexpiabile intulerunt. Nec-  
dum alter annus hujus bellici motus expletus fue-  
rat, cum ecce novus quidam et inopinatus casus  
rem Romanam pene subvertit. Nam cum ille qui  
inter imperatores supradictos primum locum obti-  
nebat, in difficilem quemdam morbum incidisset,  
cujus vi demotus jam de mentis suæ statu esse vi-  
debat, una cum eo imperatore qui secundus ab  
ipso erat, ad privatam vitam se contulit. Vix hæc

ris retulerint, unum duntaxat de omnibus trium-  
phum Romæ egerunt, paulo antequam imperio de-  
cederent, ut testantur Eutropius et Zonaras. Verba  
Eutropii sunt: « Uterque una die privato habitu  
imperii insigne mutavit, Nicomedie Diocletianus;  
Herculus Mediolani, post triumphum inclytum quem  
Romæ ex numerosis gentibus egerant, pompa fer-  
culorum illustri, » etc. Hieronymus in *Chronico*,  
hunc Diocletiani et Maximiani triumphum retulit  
anno xviii Diocletiani. Ad quem locum Scaliger in  
*Animadversionibus* notat communi esse ab Hiero-  
nymo anachronismum. Hunc enim triumphum  
actum esse anno Diocletiani vicesimo, aliquot  
mensibus antequam purpuram deponeret. Sed  
fallitur potius ipse Scaliger, qui Hieronymum te-  
nere reprehendit. Nam si Diocletianus xx imperii  
anno, paucis antequam abdicaret mensibus, trium-  
phavit, mense circiter Januario eum triumphasse  
dicendum est, anno Christi 304, cum purpuram  
deposuerit Kalendis Aprilis ejusdem anni, ut docet  
Idatius in *Fastis*. Ex quo sequitur, eum hiberno  
tempore triumphasse, et media adhuc hieme ab  
urbe Roma profectum Nicomediam venisse: quo-  
rum neutrum probabile est, cum nec triumphum per  
hiemem agi solerent ab imperatoribus Romanis,  
nec Diocletiani ætas ac valetudo tam longi itineris  
laborem hibernis mensibus sustinere valeret. Quid  
quod Diocletianus anno imperii xix, mense Martio  
atque Aprilis agebat Nicomedie, eo tempore quo  
cæpta est Christianorum persecutio, ut testatur  
Eusebius in lib. viii, cap. 5. Sed et tunc cum Ni-  
comedie palatium conflagravit, Diocletianum in  
eo egisse testis est omni exceptione major Constanti-  
nus in *Oratione ad sanctorum cælum*, capite pen-  
ultimo. Id autem contigit aliquot mensibus post  
inchoatam persecutionem. Ponamus igitur id eve-  
nisse mense Maio, quis credat, intra decem men-  
sium spatium Diocletianum Nicomediam venisse Ro-  
mam, ibique insignem illum triumphum egisse; ac  
deinde Roma reversisse Nicomediam, atque ibi pur-  
puram posuisse, moxque in Dalmatiam concessisse,  
ut reliquum vitæ tempus ibi degeret? Huc  
accedit, quod morbus ille quo Diocletianus de statu  
mentis paululum deturbatus est, primum Nicome-  
die eum corripuit, paulo post excitatum ab eo  
persecutionem, ut refert Constantinus. Quare parum  
probabile est, Diocletianum eo tentatum morbo,  
tantum iter suscepisse. Deinde auctor panegyrici  
dicti Maximiano et Constantino, diserte testatur  
Diocletianum et Maximianum aliquot annis ante xx  
imperii annum Romæ triumphasse. His enim verbis  
Maximianum alloquitur: « Te primo ingressu tuo,  
tanta lætitia, tanta frequentia populus Romanus

exceptit, ut cum te ad Capitolini Jovis gremium vel  
oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas  
urbis admitteret. Te rursus vicesimo anno impera-  
torem, octavo consulum ita ipsa amplexu quodam  
suo Roma voluit deinere, ut videretur augurari  
jam et timere quod factum est. » Vides ut Maximia-  
num diu ante octavum ipsius consulatum Romæ  
triumphasse dicit. Nam quin priora illa verba de  
triumpho accipienda sint, dubitare non licet. Certe  
Sigonius, vir diligentissimus, in libris de Occiden-  
tali imperio non aliter hunc locum intellexit. Gra-  
viter itaque hallucinatur Scaliger, qui Diocletia-  
num et Maximianum triumphasse dicit anno imperii  
vicesimo. Rectius Hieronymus id retulit anno  
xviii Diocletiani. Quo quidem anno Idatius in *Fastis*  
notat imperatores vilitatem annonæ edicto suo  
constituisse. Id enim post triumphum ab eis consti-  
tutum videtur in grati in præcipue populi Romani.  
At Cedrenus anno Diocletiani decimo septimo hunc  
triumphum ascribit.

(61) Οὕτω δ' αὐτοῖς τῆς τοιασδὲ κινήσεως δεῦ-  
τερον ἔτος. Melius dixisset Eusebius: Vix dum  
primus annus expletus fuerat. Nam sub initium  
secundi anni persecutionis, contigit abdicatio Dio-  
cletiani ac Maximiani, Kalendis scilicet Aprilibus  
anno Christi 304 cum persecutio cœpta fuisset  
mense Martio præcedentis anni. Cum igitur ait  
Eusebius οὕτω δεῦτερον ἔτος πεπλήρωτο, idem est,  
ac si dixisset, secundus agebatur persecutionis  
annus. Ita intelligendus est alter locus Eusebii in  
libro *De martyribus Palæstinae*, cap. 3, in fine.

(62) Τῶ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημέων. Male  
Christophorus verit: « Nam qui primus no-  
strarum ærumnarum auctor erat. » In quo secutus  
esse videtur Nicephorus, qui in cap. 16, lib. vii,  
Eusebium exscribens, pro Eusebianis illis posuit  
τῶ ἀρχηγῶ τῆς κακίας.

(63) Διχῆ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαίρεται. Con-  
stantinus enim et Galerius, imperium Romanum  
quasi hæreditatem quandam inter se partiti sunt.  
Quæ prima fuit imperii Romani divisio, ut hoc  
loco tradit Eusebius. Antea enim licet plures Au-  
gusti simul fuissent, tamen imperium Romanum  
solidum atque indivisum gubernabant, ut contigit  
Marco et Vero imperantibus. Sed et sub Diocletiano  
et Herculo Maximiano, nulla facta fuerat imperii  
divisio; cum nec provincias, nec legiones Augusti  
inter se partiti essent. Recte ergo Eutropius in lib.  
v, ita scribit: « His igitur abeuntibus ab admini-  
stratione reipublicæ, Constantius et Galerius Augu-  
sti creati sunt, divisusque inter eos Romanus or-  
bis. » Idem observat Orosius in lib. vii, his verbis:  
« Galerius et Constantius Augusti, primi imperium

gesta fuerant, cum imperium Romanum totum in duas partes divisum est; quod quidem nunquam antea factum esse memoratur. Paulo post imperator Constantius, vir in omni vita placidissimus, qui et clementia in subditos, et singulari erga fidem nostram benevolentia præditus erat, Constantinum proprium filium vice sua imperatorem atque Augustum relinquit, fatali morte defunctus est. Primusque ab ipsis gentilibus relatus est inter divos, cunctisque honoribus qui imperatori debentur, post obitum ornatus. Omnium principum clementissimus ac benignissimus; et qui ex cunctis nostri temporis imperatoribus, solus convenientem imperatoris majestati vitam exegit. Denique tum aliis in rebus humanissimum se ac beneficentissimum erga omnes præstitit; tum concitati adversus nos belli nullatenus particeps fuit. Sed cum veri Dei cultores qui sub imperio suo debebant, immunes ab omni noxa et calumnia servasset, nec aut Ecclesiarum ædes subvertisset, aut quidquam adversus nostros esset molitus, tandem felicissimum ac beatissimum vitæ exitum consecutus est. Quippe qui solus omnium, in imperio suo cum summa tranquillitate et gloria, successorem relinquens proprium filium, modestissimum ac religiosissimum principem, ex hac luce migravit. Hujus igitur filius Constantinus, ab ipso statim exordio supremus imperator et Augustus a militibus 310, diuque antea ab omnium imperatore Deo renuntiatus, paternæ erga fidem nostram pietatis æmulatorem se præstitit. Et hic quidem ejusmodi fuit. Posthæc Licinius communi imperatorum suffragio imperator et Augustus declaratus est. Quod quidem Maximinus ægre admodum tulit, qui hactenus Cæsar duntaxat ab omnibus appellabatur. Hic ergo præ cæteris tyrannico ingenio præditus, Augustus a semetipso

Romanum in duas partes determinaverunt. De hac imperii divisione quam urbs Roma præ cæteris ægerime tulit, loquitur Porphyrius in *Panegyrico carmine* ad Constantinum, quod scripsit anno imperii Constantini quinto decimo, quinquevocalibus Cæsarum Crispi et Constantini.

..... *lacerata cruentis*

*Imperii, pars fessa poli divisa gemebat,  
Sceptra et Ausoniæ marebat perditâ jura.*

Et aliquando post, ita Constantinum alloquitur:

*Et reparata jugans mæsti divortia mundi  
Orbes junge pares: det leges Roma volentes,  
Principe te in populos.*

Hæc paulo accuratius notavi; tum quia nondum satis observata sunt, tum quia Christophorus ea non intellexit; qui pro partitione dissensionem interpretatus est.

(64) *Πράγμα μηδ' ἄλλοτὲ πω πάλαι γερονός.* Nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. vocem *πάλαι* addunt quæ in vulg. deest.

(65) *Πρώτος τε ἐν θεοῖς.* Non quod primo omnium imperatori Constantio hic honos contigerit, ut inter divos referretur. Multi enim imperatores ante Constantium iuter divos a senatu relati fuerant. Sed quod ex quatuor imperatoribus qui imperium simul gubernaverant, Diocletiano scilicet et Maximiano, Constantio atque Galerio, primus Constantius hunc honorem adeptus est, quippe qui primus obiisset.

μηδ' ἄλλοτὲ πω πάλαι γερονός (64), μνήμη παραδεδομένον. Χρόνου δ' οὐ πλείστου μεταξύ γενομένου, βασιλεὺς Κωνσταντίος τὸν πάντα βίον πραότατα καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θεῷ λόγῳ προσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ Σεβαστὸν ἀνθ' ἐαυτοῦ καταλιπών, κοινῶ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον, πρῶτός τε ἐν θεοῖς (65) ἀνηγορεύετο παρ' αὐτοῖς, ἀπάσης μετὰ θάνατον, ὅση βασιλεῖ τις ἂν ὤφειλετο, τιμῆς ἤξιωμένος. χρηστότατος καὶ ἡπιώτατος βασιλέων, ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ τὰλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου (66) μηδαμῶς ἐπικοινωνήσας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν θεοσεβεῖς, ἀβλαβεῖς καὶ ἀναπηρέαστους φυλάξας, καὶ μήτε τῶν Ἐκκλησιῶν τοὺς οἴκους καθελὼν. μήθ' ἕτερόν τι καθ' ἡμῶν καινουργήσας, τέλος εὐδόκιμον (67) καὶ τρισμαχάριον ἀπέληψε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδί, πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεωτάτος καὶ Σεβαστός πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἐτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. Καὶ οὗτος μὲν τοιοῦτος. Λικίνιος δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ κοινῆς ψήφου τῶν κρατούντων αὐτοκράτωρ καὶ Σεβαστός ἀναπέφηνε. Ταῦτα Μαξιμίον δεινῶς ἐλύπει, μόνον Καίσαρα παρὰ πάντας (68) εἰσέει τότε χρηματίζοντα· ὃς δὴ οὖν τὰ μάλιστα τυραννικὸς ὢν, παραρπάσας ἑαυτῷ τὴν ἀξίαν, Σεβαστός ἦν, αὐτὸς ὑπ' ἐαυτοῦ γερονός· ἐν τούτῳ δὲ Κωνσταντῖνῳ μηχανὴν θανάτου συβράπτων ἀλοῦς, ὁ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπνηρησθαι δεδηλωμένος (69), αἰσχρίστῳ καταστρέφει θανάτῳ. Πρώτου δὲ τοῦ

(66) *Τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum est τῶν δὲ καθ' ἡμῶν, non male.

(67) *Τέλος εὐδόκιμον.* Eudaimon cod. Reg., cui consentit appendix libri viii, ut videre est infra pag. 317. Reliqui tamen codices, Maz. scilicet ac Med. cum Fuketiano et Saviliano scriptum hic habent τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμαχάριον.

(68) *Μόνον Καίσαρα παρὰ πάντας.* Vulg., πάντων. In codd. Maz., Med. et Fuk. legitur παρὰ πάντας recte: id est, aliter ac reliqui omnes. Quatuor enim Augusti ea tempestate republicam Romanam administrabant: Galerius scilicet, Constantinus, Maxentius atque Licinius. Maximinus vero jam pridem Cæsar a Galerio factus, usque ad Galerii obitum in ea dignitate permansit. Quare verissimum est, quod hic ait Eusebius, ægre tulisse Maximinum, quod inter tot Augustos solus ipse tantum Cæsar diceretur, cum tamen Cæsaris dignitatem ante tres illos superius memoratos principes accepisset.

(69) *Ὁ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπνηρησθαι δεδηλωμένος.* Hæc verba desunt in vetustissimis codd. Mazarino et Fuk. Sed habentur in Regio codice, et ad oram codicis Medicæi ascripta sunt eadem manu. Porro cum Eusebius dicat se supra retulisse qualiter Maximianus Hercules se purpuram resumpserit, id quo loco dixerit Eusebius, adhuc quaero.

του (70) τὰς ἐπὶ τιμῇ γραφὰς, ἀνδριάντας τε καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐπ' ἀναθέσει νενομίσται, ὡς ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου καθήρουν.

sidias moliri deprehensus esset, sœdissimo mortis impii ac sceleratissimi hominis imagines omnes et honorem imperatorum erigi solent, dejecta atque abolita sunt.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν (Nic. H. E. vii, 21).

Τούτου παῖς Μαξέντιος, ὁ τὴν ἐπὶ Ῥώμης τυραννίδα συστησάμενος, ἀρχόμενος μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο, ταύτῃ τε τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμὸν, εὐσέβειαν ἐπιμυρράζων, καὶ ὡς ἂν δεξιὸς καὶ πολλὴ πρὸς παρὰ τοὺς προτέρους φανεῖη. Οὐ μὴν οἷος ἔσεσθαι ἠλπίσθη, τοιοῦτος ἔργους ἀναπέφθην· εἰς πάσας δ' ἀνοσιουργίας ὀκειλάς, οὐδὲν ὁ τι μιαιρίας ἔργων καὶ ἀκολασίας παραλέλοιπε, μοιχείας τε καὶ παντοίας ἐπιτελῶν φοβράς· διαζευγνύς γέ τοι τῶν ἀνδρῶν τὰς κατὰ νόμον γαμετάς, ταύτας ἐνυβρίζων, ἀτιμώτατα τοῖς ἀνδράσιν αὐθις ἀπέπεμπε· καὶ ταῦτ' οὐκ ἀσήμους οὐδ' ἀφανέσιν ἐγγιγέτο ἐπετῆδευεν, ἀλλ' αὐτῶν δὴ μάλιστα τῶν τὰ πρῶτα τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου βουλής ἀπενηγεγμένων ἐμπαροινῶν τοῖς ἐξοχωτάτοις. Οἱ πάντες δ' αὐτὸν ὀποπεπτιχότες δῆμοι καὶ ἄρχοντες, ἔνδοξοι τε καὶ ἄδοξοι, δεινῇ κατετρώχοντο τυραννίδι. Καὶ οὐδ' ἡρεμούντων καὶ τὴν πικρὰν φερόντων δουλείαν, ἀπαλλαγὴ τις ὅμως ἦν τῆς τοῦ τυράννου συνώσης ὀμότητος· ἐπὶ σμικρᾷ γοῦν ἤδη ποτὲ προψέει, τὸν δῆμον εἰς φόνον τοῖς ἄμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι (71), καὶ ἐκτείνεται μυρία τοῦ δήμου Ῥωμαίων πλῆθη ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως, οὐ Σκυθῶν οὐδὲ βαρβάρων, ἀλλ' αὐτῶν τῶν οἰκειῶν δόρασι καὶ πανοπλίαις. Συγκλητικῶν γε μὴν φόνος ὀπότος δι' ἐπιβουλὴν ἐνηργεῖτο τῆς οὐσίας, οὐδ' ἐξαριθμησασθαι δυνατὸν, ἄλλοτε ἄλλαις πεπλασμέναις αἰτίαις μυρίων ἀναιρουμένων. Ἡ δὲ τῶν κακῶν τῶν τυράννων κορωνίς, ἐπὶ γοητείας ἤλαυνε· μαγικαῖς ἐπινοίαις (72) τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντας, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λείοντάς τε κατασφάττοντος, καὶ τινὰς ἀρρήτοποιίας ἐπὶ δαιμόνων προκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου· διὰ τούτων γὰρ αὐτῶν τὰ τῆς νίκης κατορθώθησασθαι, ἢ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπὶς. Οὗτος μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμης τυραννῶν, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν οἷα δρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο, ὡς ἤδη καὶ τῶν ἀναγκαιῶν τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ σπᾶνει καὶ ἀπορίᾳ

(70) Πρώτου δὲ τούτου. Hæc verba eodem modo exponenda sunt, quo illa superius a nobis exposita πρώτος τε ἐν θεοῖς. At Christophorsonus hunc locum ita interpretatus est, quasi legeretur πρὸ δὲ τούτου.

(71) Τοῖς ἄμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι. Idem refert Aurelius Victor in Maxentio : « Adco savius, ut Prætorianis eadem vulgi quondam annuerit. » Constantinus vero, victo postea Maxentio, Prætorianas cohortes abolevit ; specie quidem ob eam vulgi cædem, sed re ipsa, ne res novas molirentur ; neve imperatores crearent, prout Maxentium Augustum renuntiaverant. Porro Zosimus eamdem

renuntiatum est. Sub id tempus Maximianus quem post depositum imperium iterum purpuram sumpsisse retulimus ; cum adversus Constantinum in genere interit. Primusque hic fuit, cujus utpote statuæ cæteraque id genus monumenta quæ in honorem imperatorum erigi solent, dejecta atque abolita sunt.

## CAPUT XIV.

De moribus persecutorum.

λεμιώτατος νεγονῶς, οὐδαμῶς τοῖς γραφεῖσιν ἀρσθεις, ἀντὶ τοῦ προτεθέντος γράμματος, λόγῳ προστάττει τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεῖναι πόλεμον. Ἐπεὶ γὰρ αὐτῶ μὴ ἐξῆν ἄλλως τῆ τῶν κρειττόνων ἀντιλέγειν κρίσει, τὸν προεκτεθέντα νόμον ἐν παραδύσῳ θεῖς, καὶ ὅπως ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸν μέρεσι μὴ εἰς προὔπτον ἀθροῖα φροντισίας, ἀγράφῳ προστάγματι τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσι τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀνεῖναι προστάττει. Οἱ δὲ τὸ τῆς παρακλειύσεως ἀλλήλους διὰ γραφῆς ὑποσημαίνουσιν. Ὁ γούρ παρ' αὐτοῖς (3) τῶ τῶν ἐξοχωτάτων ἐπάρχων ἀξιώματι τετιμημένος Σαβίνος, πρὸς τοὺς κατ' ἔθνος ἡγουμένους τὴν βασιλείω ἐμφαίνει γνώμην (4) διὰ Ῥωμαϊκῆς ἐπιστολῆς ἧς καὶ αὐτῆς ἡ ἐρμηνεία τοῦτον περιέχει τὸν τρόπον. « Λιπαρωτάτη καὶ καθωσωμμένη σπουδῆ ἡ θεοῦ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν θεοτάτων αὐτοκρατόρων, πάντων τῶν ἀνθρώπων τὰς διανοίας πρὸς τὴν ὁσίαν καὶ ὀρθὴν τοῦ ζῆν ὁδὸν περιεργαγεῖν ἐτι πάλαι ὤρισε, ὅπως καὶ οἱ ἄλλοι Ῥωμαίων συντηρεῖ ἀκολουθεῖν δοκοῦντες, τὰς ἐφελομένους θρησκείας τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς ἐπιτελοῖεν. Ἄλλ' ἢ τινων ἐνστάσις καὶ τραχυτάτη βουλή εἰς τοσοῦτον περιέστη, ὥς μὴτε λογισμῶ δικαίῳ τῆς κλειύσεως δύνασθαι ἐκ τῆς ἰδίας προθέσεως ἀναχωρεῖν, μὴτε τὴν ἐπιχειρημένην τιμωρίαν αὐτοὺς ἐκφορεῖν. Ἐπειδὴ τοίνυν συνέβαιεν ἐκ τοῦ τοιοῦτου τρόπου πολλοὺς εἰς κίνδυνον ἑαυτοὺς περιβάλλειν, κατὰ τὴν προσοῦσαν εὐγένειαν τῆς εὐσεβείας ἡ θεοῦ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν δυνατωτάτων αὐτοκρατόρων, ἀλλότριον εἶναι τῆς προθέσεως τῆς θεοτάτης τῆς ἰδίας δοκιμάζουσα τὴ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας εἰς τοσοῦτον κίνδυνον τοὺς ἀνθρώπους περιβάλλειν, ἐκέλευσε διὰ τῆς ἐμῆς καθοσιύσεως τῆ σῆ ἀγγιολῆ διαγραφῆαι. Ἴν' εἰ τις τῶν Χριστιανῶν τοῦ ἰδίου ἔθνους τὴν θρησκείαν μετιῶν εὐρεθείη, τῆς κατ' αὐτοῦ ἐνοχλήσεως καὶ τοῦ κινδύνου αὐτὸν ἀποστῆσειας, καὶ μὴ τίνα ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως τιμωρίαν κολαστέον νομισείας, ὅποτε τῆ τοσοῦτου χρόνου συνελεύσει συνέστη, αὐτοὺς μὴδενὶ τρόπῳ πεπεῖσθαι δεδνησθαι,

inserens legem, manifestum efficit cunctis id quod Maximinus obscure tentaverat. In quo tamen Rufinus mentem Eusebii non est assecutus. Neque enim Sabinus imperatoris Galerii constitutionem edicto suo præmiserat, ut facere solebant præfecti prætorio. Quippe Maximinus operam dederat, ne constitutio illa in notitiam provincialium suorum perveniret. Nam rescriptum Galerii magnopere ei displicebat; tum quod Christiani, quos hactenus atrocissime persecutus fuerat, ejus crudelitate substracti erant; tum quod nomen ipsius præfixum non erat supradictæ constitutioni. Sed Licinii quidem nomen post Galerium et Constantinum in eo rescripto legebatur; ipse vero, utpote adhuc Cæsar, nullum ibi locum habebat. Partim igitur pudore ac verecundia, partim præ indignatione, Maximinus eam constitutionem suppressit. Sabinus vero in epistola sua ad præsidem provinciarum, levem duntaxat mentionem fecit ejus constitutionis, ut Maximino morem gereret. Porro Christophorosus βασιλέως nomine Maximinum hic intellexit, non ut Rufinus Galerium. Magis tamen placet Rufini interpretatio, cum Eusebius Maximinum tyrannum potius vocare soleat quam Cæsarem.

ὅπως ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐνστάσεων ἀναχωρήσαιεν. Ἐγγράφαι τοιγαροῦν πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ τοὺς στρατηγούς, καὶ τοὺς πραιποσίτους τοῦ πάγου ἐκάστης πόλεως ἢ σὴ ἐπιστρέφειν ὀφείλει, ἵνα γνῶεν περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ πράγματος (5) φροντίδα ποιῆσθαι μὴ προσήκειν. Ἐπὶ τούτοις οἱ κατ' ἐπαρχίαν, τὴν τῶν γραφέντων αὐτοῖς ἐπαληθεύειν προαίρειαν νενομικότας, λογισταῖς καὶ στρατηγοῖς καὶ τοῖς κατ' ἀγροὺς ἐπιτεταγμένοις, τὴν βασιλικὴν διὰ γραμμάτων ἐμφανῆ καθιστώσι γνώμην, οὐ μόνον δ' αὐτοῖς δὲ γράφει· ταῦτα προὔχουσι, καὶ ἔργοις δὲ πολὺ πρότερον, ὡς ἂν νεῦμα βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγοντες, ὡς εἶχον ἐν δεσμοτηρίοις καθειργμένους διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον ὁμολογίαν, εἰς φανερὸν προάγοντες ἡλευθέρων, ἀνιέντες τούτων δὴ αὐτῶν τοὺς ἐν μετάλλοις ἐπιτιμωρῆξ δεδομένους· τοῦτο γὰρ ἐπ' ἀληθείας βασιλεὺς δοκεῖν ὑπαίληφαισι ἡπατημένοι. Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐπιτελεσθέντων, ἀθρόως οἷόν τι φῶς ἐκ ζοφωρῆς νυκτὸς ἐκλάμψαν, κατὰ πᾶσαν πόλιν συγκροτούμενας παρῆν ὄρῳ ἐκκλησίας, συνόδους τε παμπληθεῖς, καὶ τὰς ἐπὶ τούτων ἐξ ἔθους ἐπιτελουμένας συναγωγὰς (6), καταπέπληκτο δ' ἐπὶ τούτοις οὐ μικρῶς πᾶς τις τῶν ἀπίστων ἔθνων, τῆς τοσαύτης μεταβολῆς τὴν παράδοξον ἀποθαυμάζων, μέγαν τε καὶ μόνον ἀληθῆ τὸν Χριστιανῶν Θεὸν ἐπιβοῶμενος. Τῶν δ' ἡμετέρων οἱ μὲν τὸν τῶν διωγμῶν ἀγῶνα πιστῶς καὶ ἀνδρείως διηθληκότας, τὴν πρὸς ἅπαντας αὐθις ἀπελάμβανον παρῆρσιαν, ὅσοι δὲ τὰ τῆς πίστεως νενοηκότας, τὰς ψυχὰς ἐτύγγανον χειρимаσμένοι (7), ἀσμένως περὶ τὴν σφῶν θεραπείαν ἐσπεύδον, ἀντιβιβάοντες καὶ σωτηρίας δεξιᾶν τοὺς ἐβρωμένους αὐτοῦμοι, τὸν τε Θεὸν ἵλεων αὐτοῖς γενέσθαι καθικεταίοντες. Εἶτα δὲ καὶ οἱ γενναῖοι τῆς θεοσεβείας ἀλλήτραι τῆς εἰς τὰ μέταλλα κακοπαθείας ἐλευθερούμενοι, ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐστέλλοντο, γαῦροι καὶ φαιδροὶ διὰ πάσης ἰόντες πόλει, εὐφροσύνης τε ἀλέκτου, καὶ ἦν οὐδὲ λόγῳ δυνατὸν ἐρμηνεύσαι παρῆρσιαν ἔμπλοιοι. Στίφη οὖν πολυάνθρωπα κατὰ μέτρας λεωφόρους καὶ ἀγορὰς, ὡδαῖς καὶ ψαλμοῖς τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντα τὰ τῆς πορείας ἦνευ. Καὶ τοὺς μετὰ τιμωρίας ἀπηνεστάτους μικρῶ πρόσθεν δεσμίους τῶν πατριῶν ἀπελτλαμένους, εἶδες ἂν ἰλαροῖς καὶ γεγηθῶσι προσώποις τὰς αὐτῶν ἀπολαμβάνοντας ἑστίας, ὡς καὶ τοὺς πρότερον καθ' ἡμῶν φωνῶντας, τὸ θαῦμα παρὰ πᾶσαν ὁρῶντας ἐλπῖδα, συγκαίρειν τοῖς γεγενημένοις.

quæ causam ulla pœna afficiendum censeas. Quippe cum tam longo jam temporis tractu compertum fuerit, eos nulla ratione adduci posse ut ab hujusmodi pertinacia abscedant. Scribere igitur ad curatores et magistratus, 348 et ad præpositos pagi singularum civitatum tua debet industria, ut sciant sibi in posterum hujus negotii amplius curam agere non licere. Posthæc singularum provinciarum præsides, rati hanc revera esse principis mentem, quæ litteris Sabini expromeretur, continuo curatores et magistratus et pagorum præpositos per litteras de imperatoris voluntate certiores faciunt. Nec vero scriptis duntaxat, verum etiam factis multo magis instabant, utpote qui principis jussa executioni mandarent. Quotquot igitur ob confessionem divini Numini vinclos in custodia habebant, productos in medium dimiserunt, iis etiam qui ad metalla damnati fuerant, pari libertate concessa. Id enim revera placere principi arbitrabantur, cum tamen aliter se res haberet. Cæterum his ad hunc modum confectis, repente instar cœlestis cujusdam lucis, quæ post densissimas noctis tenebras exoritur, Ecclesias in singulis civitatibus congregatas, et frequentissimos Christianorum concursus, et collectas ibidem ex more fieri solitas cernere licebat. Ex quo infidelium populos ingens pervaserat stupor cum tantam tamque insperatam rerum conversionem admirarentur. Exclamabantque solum magnum et vere Deum esse qui a Christianis coleretur. Ex nostris vero quotquot in persecutionis discrimine fideliter ac fortiter decertaverant, magna apud omnes fiducia et libertate potiebantur. Sed quorum vacillaverat fides, animæque naufragium fecerant, ii ad remedium avide propebant, supplicantes et flagitantes a validioribus ut salutarem sibi dextram porrigerent: Deumque orantes ut propitius sibi esse vellet. Posthæc etiam generosi illi sacræ religionis pugiles, metallorum ærumnisi liberati, in suam singuli patriam reverti cœperunt: perque urbes pervias læti atque alacres incedebant, incredibili quodam gaudio et inexplicabili fiducia repleti. Sic igitur numerosa nostrorum agmina, per vias publicas et per fora Deum hymnis et canticis celebrando, iter suum peregerunt. Et qui paulo antea cum summa acerbitate

D vincti et ex patria fuerant expulsi, eos tunc læto atque hilari vultu sua domicilia postliminio recuperantes vidisses. Adeo ut illi ipsi qui prius cædem nobis atque excidium minabantur, tam insperatæ rei miraculo attoniti, 349 nobis gratularentur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

Περὶ τῆς μετέπειτα διαστροφῆς  
(Nic. II. E. vii, 25).

Ταῦτα δ' οὐκέτι οἶδός τε ὧν φέρειν ὁ τύραννος, μι-

(5) Vulg. περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ γράμματος. Non dubito quin scribendum sit τοῦ πράγματος. Quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 24 l. vii, qui hunc locum sic expressit: Μὴ προσήκον ἐκεῖνοις περαιτέρω φροντίδα περὶ Χριστιανῶν ποιῆσθαι.

(6) Ἐπιτελουμένας συναγωγὰς. Hoc loco συν-

αγωγὰς posuit pro συναξείς. Quo sensu etiam Dionysius Alexandrinus eam vocem usurpat, ut supra notavi in lib. vii. Duplex autem erat συναξίς: altera precum, altera sacramentorum. De priore loquitur Athanasius in Apologia ad Constantium: Καὶ γέγονεν οὐκ ἐγκαίνια, ἀλλὰ συναξίς τῆς εὐχῆς.

(7) Κεχειμασμένοι. Lapsos intelligit, quos nau-

nicus tyrannus, qui, ut supra diximus, in Orientis partibus imperium gerebat, cum hunc rerum statum diutius ferre non posset, ne sex quidem integris mensibus passus est eum permanere. Dumque ad subruendam pacem nihil non molitur, primum quidem nostros a conventibus qui in cœmeteriis fieri solebant, nescio quo prætextu arcere aggressus est. Deinde ipse ad se legationem mittit adversus nostros, sollicitatis per quosdam nefarios homines Antiochensibus, ut abs se instar maximi cujusdam beneficii peterent, ne cui Christianorum Antiochiam incolere liceret. Aliis quoque ut idem facerent suggestit. Quorum omnium auctor in ipsa urbe Antiochia exstitit Theotecnus, vir violentus, versutus atque improbus, qui tunc in illa civitate curatoris officium gerebat.

## CAPUT III.

*De novo quodam apud Antiochiam fabricato simulacro.*

Hic igitur cum nos antea omnibus modis impugnavisset, et nostros tanquam fures quosdam ac maleficos investigari, et ex latibulis suis erui curasset, cumque nihil eorum quæ ad nos infamandos et calumniandos facere poterant omisisset, innumeris denique mortis causa exstisset; tandem simulacrum Jovis Philii magicis artibus consecratum erexit. Cumque ad ejus cultum impuras initiationes et inania mysteria ac detestandas expiationes instituisset, compositis quibusdam oraculis ad ip-

fragis comparat. Eosdem in libro VIII, *πειραζόμενος* vocavit. Possis etiam vertere *vi tempestatis quasatis*.

(8) Οὐδ' ὄλους ἐπὶ μῆνας ἕξ. Maximianus Galerius post constitutionem illam, quam pro pace et libertate Christianorum ediderat, non diu supervixit: sed paucis post mensibus, pestilenti vulnere consumptus interiit, ut in appendice libri VIII refert Eusebius. Ejus igitur morte audita, Maximinus Cæsar persecutionem adversus Christianos renovavit, seque ipse Augustum renuntiavit, cum hæcenus Cæsar tantum fuisset, et Galerii Augusti jussis parere necesse habuisset.

(9) Ὅσα δ' οὖν. In codice Med., Maz. et Fuk. legitur ὅσα δ' οὖν, quod et Gruterus in libris suis repererat. Vulg. γούν.

(10) Αὐτὸς ἐαντῶ καθ' ἡμῶν πρεσβεύεται. Elegans locutio, quam non intellexit Christophorus, nec Musculus. Maximinus submissis quibusdam improbis hominibus, sollicitaverat Antiochenses, ut legatos ad comitatum mitterent, petituros ab se, ut Christianos omnes ex urbe ejicere ipsis liceret. Itaque Maximinus, qui hanc legationem subornaverat, vere dici potuit ipse ad sese legationem misisse, et legati munere functus fuisse. Est etiam hic transpositio verborum familiaris Eusebio. Hæc enim verba διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνθρώπων referenda sunt ad vocem *παρορμήσας*.

(11) Καὶ ἑτέροις δὲ ταῦτὸ ὑποβαλεῖν. Hæc cum antecedentibus conexuit Christophorus. Nicophorus legit: Καὶ ἑτέροις δὲ ταῦτὸ ὑποβαλὼν διαπράξασθαι. Quam scripturam secutus esse videtur Kulinus, qui ita vertit: « Sed et alios per singulas civitates similiter deterrimos cives ad simile facinus impellit. » Vide caput 4 hujus libri, ubi eadem verba repetuntur.

(12) Λογιστέειν. Logistæ dicebantur a Græcis

σκάλος ἐς τὰ μάλιστα καὶ πάντων ἀγαθῶν ἐπιβουλος ὑπάρχων, ὃν ἔφαμεν τῶν ἐπ' Ἀνατολῆς ἄρχειν μερῶν, οὐδ' ὄλους ἐπὶ μῆνας ἕξ (8) τοῦτον ἐπιτελεῖσθαι τὸν τρόπον ἠνέσχето· ὅσα δ' οὖν (9) πρὸς ἀνατροπὴν τῆς εἰρήνης μηχανώμενος, πρῶτον μὲν εἰργεῖν ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου διὰ προφάσεως περιῆται, εἶτα διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἐαυτῶ καθ' ἡμῶν πρεσβεύεται (10), τοὺς Ἀντιοχείων πολίτας παρορμήσας, ἐπὶ τὴν μηδαμῶς τινα Χριστιανῶν τὴν αὐτῶν οἰκίαν ἐπιτρέπεσθαι πατριδα, ὡς ἐν μεγίστῃ δωρεᾷ παρ' αὐτοῦ τυχεῖν ἀξίωσαι, καὶ ἑτέροις δὲ ταῦτὸ ὑποβαλεῖν (11) διαπράξασθαι· ὧν πάντων ἀρχηγὸς ἐπ' αὐτῆς Ἀντιοχείας ἐπιφύεται Θεότεκνος, δεινὸς καὶ γόης καὶ πονηρὸς ἀνὴρ, καὶ τῆς προσωμίας ἀλλότριος· ἐδόκει δὲ λογιστέειν (12) τὰ κατὰ B τὴν πόλιν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

*Περὶ τοῦ καθ' Ἀντιοχείαν γεοπαγοῦς ξοάνου.*

Πλείστα δ' οὖν οὗτος καθ' ἡμῶν στρατεύσάμενος, καὶ πάντα τρόπον τοὺς ἡμετέρους, ὥσπερ τινὰς φῶρας ἀνοσίους, ἐκ μυχῶν θηρεῖσαι διὰ σπουδῆς πεποιημένος, πάντα τε ἐπὶ διαβολῇ καὶ κατηγορίᾳ τῇ καθ' ἡμῶν μεμηχανημένος, καὶ θανάτου αἰτίος μυρίοις ὄσοις γεγωνῶς, τελευτῶν εἰδωλὸν τι Διὸς Φιλίου (13) μαγγανείαις τιτὸ καὶ γοητείαις ἰδρύει (14), τελετὰς τε ἀνάγνοους αὐτῶ καὶ μυήσεις ἀκαλλιερήτους, ἐξαγίστους τε καθαρμούς ἐπινοήσας, μέχρι καὶ βασιλείας τὴν τερατείαν δι' ὧν ἐδόκει χρησμῶν ἐκτε-

curatores civitatum. Unde λογιστέειν est curatoris officio fungi. Philostratus in Nicete Sophista: Ἀνὴρ ὑπατος, ὄνομα Ρούφος, τοὺς Συμυριακοὺς ἐλογίσταυς πικρῶς καὶ δυστρόπως, etc. Id est: « Rufus quidam, vir consularis, curator erat Smyrnaeorum, et in eo munere acerbum se ac morosum præbebat. » Vide quæ notavi ad librum XIV Ann. Marcellini, pag. 36.

(13) Διὸς Φιλίου. Jovis Philii templum Antiochiæ memorat Julianus in *Misopogone*, et Libanius, si fallor, in *Antiochico*.

(14) Γοητείαις ἰδρύει. Variæ erant gentium cæremoniæ in erigendis deorum simulacris. Aliis enim ritibus Jupiter Ctesius, aliis Herceus, aliis Philius consecrabatur. Ac Jupiter quidem Ctesius, cujus simulacrum in cellis penariis habebant, eadisco dedicabatur. Ritum consecrationis refert Anticlidides in *Ἐξηγητικῶ*, id est, in libro *De ritibus sacris* apud Athenæum, in lib. XI, cap. 6. Simulacra autem Jovis Hercei cum ollis consecrabantur. Aristophanes in *Danaïdibus*:

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἐρχελοῦ χύτρας,  
Μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἰδρύνθη ποτέ.

Eodem ritu Mercurii et aliorum simulacra erigebant: idque dicebant χύτρας ἰδρύνειν. In his ollis pulvem aut legumina coquebant, ex quibus libamenta diis a se consecratis offerebant, in memoriam prisce victicæ et antique frugalitatis. Quod si numen suum impensius colere vellent, tum cæsa victimæ illius simulacrum erigebant. Quod dicebatur ἰδρύνειν ἱερῶν, ut docet Aristophanes in *Irene*, ejusque scholiastes, pag. 693. Adde Suidam in voce *κάνου*. Præter hæc cæremonias utebantur interdum magicis consecrationibus, quemadmodum Theotecnus fecisse dicitur in simulacro Jovis Philii deducendo.

λείν, ἐπέδεικνυτο· καὶ δὴ οὗτος κολακείᾳ τῇ καθ' ἡδονὴν τοῦ κρατοῦντος, ἐπεγείρει κατὰ Χριστιανῶν τὸν δαίμονα, καὶ τὸν θεὸν δὴ κελεύσαι φησιν, ὑπερβόρως τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀμφὶ τὴν πόλιν ἀγρῶν, ὡς ἂν ἐχθροὺς αὐτῷ Χριστιανοὺς ἀπελάσαι.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

*Περὶ τῶν καθ' ἡμῶν ψηφισμάτων*  
(Nic. H. E. viii, 25).

Τούτῳ δὲ πρώτῳ κατὰ γνώμην πράξαντι, πάντες οἱ λοιποὶ τῶν ἐν τέλει τὰς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν πόλεις οἰκοῦντες, τὴν ὁμοίαν ὠρμῶντο ψῆφον ποιήσασθαι, προσφιλές δ' εἶναι (15) τοῦτο βασιλεῖ τῶν καθ' ἑπαρχίαν ἡγεμόνων συνευρακότων, καὶ τοῦτ' αὐτὸ διαπράξασθαι τοῖς ὑπηκόοις ὑποβεβληκότων. Ὡς δὴ καὶ αὐτῶν τοῖς ψηφίσμασι δι' ἀντιγραφῆς ἀσμενίστατα ἐπινεύσαντος τοῦ τυράννου, αὐτίς ἐξ ὑπαρχίης ὁ καθ' ἡμῶν ἀνεφλέγετο διωγμός. Ἱερεῖς δὴτα κατὰ πόλιν τῶν ἑσάνων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου (16), οἱ μάλιστα ταῖς πολιτείας διαπρέψαντες καὶ διὰ πασιῶν ἐνδοξοὶ γενόμενοι καθίσταντο· οἷς καὶ πολλὰ τις εἰσήγετο σπουδὴ περὶ τὴν τῶν θεραπευομένων πρὸς αὐτῶν θρησκείαν. Ἡ γὰρ ἔκτοπος (17) τοῦ κρατοῦντος δεισιδαιμονία, συνελόντι φάναι, πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀρχοντας τε καὶ ἀρχομένους εἰς τὴν αὐτοῦ χάριν πάντα πράττειν καθ' ἡμῶν ἐνήγε, ταύτην αὐτῷ χάριν μεγίστην ἀνθ' ὧν ἐνόμιζον πρὸς αὐτοῦ τεύξεσθαι εὐεργεσιῶν ἀντιζωρουμένων, τὸ καθ' ἡμῶν φονῆν, καὶ τινὰς εἰς ἡμᾶς καινοτέρας κακοθητείας ἐνδείκνυσθαι.

des nostrorum patrant, et nova quædam adversus nostros fraudum atque insidiarum genera ostentarent.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

*Περὶ τῶν ἐπιπλάστων ὑπομνημάτων*  
(Nic. H. E. vii, 28).

Πλασόμενοι δὴτα Πιλᾶτου καὶ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν ὑπομνήματα (18), πάσης ἐμπλεα, κατὰ τοῦ Χριστοῦ βίασθητίας, γνώμῃ τοῦ μεζονος (19) ἐπὶ πᾶσαν

(15) *Προσφιλές δ' εἶναι.* Scribendum puto προσφιλές γε εἶναι.

(16) *Ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου.* Sacerdos provinciæ suffragiis decurionum creabatur, sique potissimum ad honorem sacerdotii promovebantur, qui omnibus curiæ muneribus egregie perfuncti essent, ut legitur in codice Theodosiano, titulo de decurionibus. Id ergo ut novum et inusitatum notat Eusebius, quod Maximinus ipse sacerdotes provinciæ designaverit.

(17) *Ἐκτοπος.* Vulg., *Ἐκτωπος.* Rectius in cod. Med. et Maz. *Ἐκτοπος* legitur. Sic etiam scriptum habent codex Fiketii et Savilii.

(18) *Πιλᾶτου... ὑπομνήματα.* De horum Actorum falsitate, vide quæ notavit Eusebius in cap. 9 lib. 1. Eorumdem Actorum mentio fit in *Actis præsidialibus* Tarachi, Probi et Andronici, cap. 9, ubi Maximus præses hæc dicit : « Inique non scis, quem invocas Christum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati et punitum, ejus exstant Acta passionis. » Porro hæc *Acta præsidialia* Tarachi, Probi et Andronici, gesta sunt Diocletiano IV, et Maximiano III, coss., ut quondam habet inscriptio primæ interrogationis. Ex quo efficitur, Acta illa Pilati diu ante persecutionem fuisse conflictata, contra quam Eusebius affirmare videtur hoc loco. Verum ut libere dicam quod sentio, mendosa mihi videtur inscriptio illa *Actorum præsidialium*, scribendum-

A sum usque imperatorem præstigiæ suarum specimen detulit, sædæque adulatione principis gratiam captans, dæmonem adversus Christianos stimulat, fingens deum jubere ut Christiani, quippe qui hostes sui essent, urbe omnique territorio perlerentur.

#### 350 CAPUT IV.

*De decretis civitatum adversus Christianos.*

Hæc cum illi ex sententia successissent, reliqui deinceps magistratus qui civitates Maximini imperio subjectas incolebant, idem quoque decernere instituerunt; ipsis etiam provinciarum præsidibus qui id gratum esse Imperatori perspexerant, subditos omnes ut idem facerent submonentibus. Quorum decretis cum tyrannus dato rescripto libentissime annuisset, rursus adversus nostros recrudescere cœpit persecutionis furor. Flamines itaque simulacrorum in singulis urbibus, ac præterea sacerdotes ab ipso Maximino constituti sunt, ii maxime qui in publicis functionibus obcundis summam gloriam inter cives suos retulissent. Hi ergo in incolendis numinibus suis multum studii ac diligentiæ adhibuerunt. Denique insolita et prodigiosa principis superstitio, cunctos, ut breviter dicam, ipsius dominationi subjectos tam privatos quam magistratus eo perpulit, ut in ejus gratiam nihil non agerent adversus nostros: et pro beneficiis quæ se ab illo consecuturos esse sperabant, nihil gratius rependere se posse crederet, quam si cædes nostrorum patrant, et nova quædam adversus nostros fraudum atque insidiarum genera ostentarent.

#### CAPUT V.

*De falsis actis.*

Denique cum acta quædam apud Pilatum super Servatore nostro habita composuissent, plena impietatis adversus Christum, ea per omnes provin-

que coss. Diocletiano Aug. ix, et Maximiano viii. Primo enim mentio fit in illis Actis præcepti imperatorum, quo scilicet jussum erat, ut omnes diis immortalibus sacrificarent. Hæc autem præcepta sunt anno decimo nono imperii Diocletiani. Deinde in cap. 9, hæc leguntur : « Præses dixit : Maledicis principes qui diuturnam et altam pacem præstitere. Andronicus dixit : Ego execratus sum pestem et sanguibulos, qui evertunt mundum. » Primum illud de alta ac diuturna pace, convenire non potest in quartum consulatum Diocletiani, cum eo tempore barbari imperium Romanum undique aggredierentur. Deinde non video quomodo sanguibulos dici possint Diocletianus et Maximianus, nisi post annum xix Diocletiani, quo cœpta est persecutio. Accedit argumentum illud de Actis Pilati, quæ hujus persecutionis tempore ficta esse tradit Eusebius.

(19) *Γνώμῃ τοῦ μεζονος.* Rufinus hæc ita vertit : *Quæ acta per omnes regni sui provincias prælato edicto mitti præcepit.* Rufini verba expressisse videtur Nicephorus in lib. vii, cap. 26, sic enim habet : *Ἐπὶ τὴν ὑπὸ χεῖρα σφῶν διαπέμπονται, καὶ τῶν προγραμμάτων προηγουμένων.* Certe in codd. Fiketii et Savilii scriptum est *διὰ προγραμμάτων παρακελεύόμενοι, etc.*

cias imperii Maximini, ipso iubente, dirigunt; mandantes per litteras, ut ubique locorum tam in agris quam in civitatibus publice proponerentur; utque ludimagistri pro dictatis hæc declamanda et memorix commendanda pueris traderent. Quæ dum ita geruntur, dux quidam in urbe Phœnices Damasco, cum impuras nescio quas mulierculas ex foro rapuisset, tormenta se ipsis admoturum minatus, eo misera adegit, ut publice editis apud actes: moniis laterentur se olim Christianas fuisse, et flagitiorum quæ a Christianis gererentur conscias esse: eos in ipsis ædibus sacris obscena 351 quædam perpetrare asseverantes, et quæcunque alia ad infamandam religionem nostram effutire eas dux voluerat. Harum igitur mulierum testimonia actis inserta, dux confestim ad imperatorem mitit. Nec mora, iubente principe, in singulis urbibus ac locis hæc quoque monumenta publicantur.

## CAPUT VI.

*De iis qui tunc temporis martyrium subierunt.*

Verum non longo post tempore dux ille mortem sibi ipse consciscens, improbitatis suæ pœnas dedit. Nostrorum vero fugæ rursus et acerbissimæ persecutiones renovari cœpere, provinciarum rectoribus acriter contra nos insurgentibus; adeo ut nonnulli qui in sacræ fidei prædicatione excellere videbantur, comprehensi absque ulla miseratione capitali sententia damnati sint. Ex quibus tres apud Emesam urbem Phœnices Christianos se esse confessi, bestiis obijciuntur. Erat inter hos Silvanus episcopus, decrepitæ jam ætatis, qui per annos quadraginta sacerdotis ministerium obierat. Per idem tempus Petrus quoque, qui Alexandrinæ Ecclesiæ summa cum laude præfuit; vere præcipuum ac divinum episcoporum decus, cum ob totius vitæ sanctimoniam, tum ob studium ac peritiam sacrarum Scripturarum; nullum ob crimen comprehensus, præter omnium expectationem subito et absque ulla probabili causa, utpote Maximino iubente, capite truncatur. Item cum ipso perpassi sunt complures quoque alii Ægyptiorum episcopi. Sed

(20) *Λέγειν ἐγγράφως.* Pessime Christophorosus vertit, *asseveranter dicere.* Rectius Musculus *tradito scripto.* Langus *scripto testimonio.* Nam testimonium non solum voce, sed etiam scripto perhibetur. Sed optime Rufinus interpretatur: *Actis profiteri.* Hoc est quod dicitur in *Gestis purgationis Cæciliani, professio tua Actis hæret.*

(21) *Ἡθελον.* Sic codd. Med. et Maz., ita etiam Fuketianus et Savilianus. Vulg. *ἠθελον.*

(22) *Ἐπίσκοπος... Σιλβάρδος.* Alius hic est a Silvano episcopo, de quo Eusebius in libro *De martyribus Palæstinæ*, cap. ult. Hic enim Emesæ episcopus fuit; ille Gazæ. Et prior quidem in metallis Palæstinæ una cum aliis novem ac triginta martyribus capite truncatus est, anno persecutionis octavo. Hic vero apud Emesam in Phœnice bestiis objectus anno persecutionis nono. De cuius martyrio jam supra locutus est Eusebius in libro viii, licet non suo loco.

(23) *Πέτρος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν.* Hujus mar-

tyrium jam supra retulit Eusebius in libro viii, sed non suo loco. Nam liber viii, ultra octavum annum persecutionis non progreditur. Petrus vero Alexandrinus passus est anno persecutionis ix, ut disertè affirmat Eusebius in fine lib. vii, septimo Kalendas Decembris, ut legitur in *Excerptis chronologicis a Scaligero editis.* Quibus consentit Usuardus, Ailo et vetus martyrologium Romanum. Græci vero die xxii Novembris ejus natalitia celebrant. Porro Acta passionis illius Ms. Græce exstant apud R. P. Franciscum Combessium, qui ea cum aliis quamplurimis brevi publicaturus est.

διαπέμπονται τὴν ὑπ' αὐτὸν ἀρχὴν, διὰ προγραμμάτων παρακελεύόμενοι, κατὰ πάντα τόπον ἀγροῦς τε καὶ πόλεις, ἐν ἐκφανεῖ ταῦτα τοῖς πᾶσιν ἐκθεῖναι, τοῖς τε παισὶ τοὺς γραμματοδιδασκάλους ἀντὶ μαθημάτων ταῦτα μελετᾶν καὶ διὰ μνήμης κατέχειν παραδιδόναι. Ὡς οὗτον ἐπιτελουμένων τὸν τρόπον, ἕτερος στρατοπεδάρχης ὄν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς Φοινίκης ἐπιβήρτα τινὰ γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἀνάρπαστα ποιήσας, βασιάνους αὐτάς ἐπιθήσειν ἠπελεῖ, λέγειν ἐγγράφως (20) ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἰσάν ποτε Χριστιανὰ, συνειδεῖν τε αὐτοῖς ἀθεμιτοῦργίας, ἐν αὐτοῖς τε τοῖς Κυριακοῖς πράττειν αὐτοῖς τὰ ἀκόλαστα, καὶ ὅσα ἄλλα λέγειν αὐτάς ἐπὶ διαβολῇ τοῦ δόγματις ἠθελον (21). Ὡς καὶ οὗτος ἐν ὑπομνήμασι τὰς φωνὰς ἐντεθεισας, βασιλεῖ κοινοῦται. Καὶ δὴ προστάξαντος, εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ ταῦτα δημοσιούται τὰ γράμματα.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

*Περὶ τῶν ἐν τῷ χρόνῳ μεμαρτυρηκότων* (Nic. H. E. vii, 28).

'Ἄλλ' ὁ μὲν οὐκ εἰς μακρὸν αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γεγώνως ὁ στρατοπεδάρχης, δίκην εἰνυσι τῆς κακοτροπίας. Ἡμῶν δ' αὖ φυγαὶ πάλιν ἀνεκινούντο, καὶ διωγμοὶ χαλεποὶ, τῶν τε κατὰ πάσας ἐπαρχίας ἡγουμένων αὐθις δεῖναι καθ' ἡμῶν ἐπαναστάσεις, ὡς καὶ τινεὶς ἀλόντας τῶν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐπιφανῶν, ἀπαραίτητον τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον καταδέξασθαι. Ὡς τρεῖς ἐν Ἐμέσῃ τῇ πόλει τῆς Φοινίκης, Χριστιανούς σφᾶς ὁμολογήσαντες, ὁριῶν βορᾶ παραδίδονται ἐπίσκοπος ἦν ἐν τούτοις Σιλβανὸς (22), τὴν ηλικίαν ὑπέργηρος, ἐν ὄλοις ἔτεσι τεσσαράκοντα τὴν λειτουργίαν διηνουκώς. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Πέτρος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν (23) παροικίων προστάς ἐπιφανέστατα, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, βίου ἀρετῆς τε ἐνεκα καὶ τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασχέσεως, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνάρπαστος γεγώνως αἰτίας, μηδεμιᾶς προλαβούσης προσδοκίας, ἀθρόως οὕτω καὶ ἀλόγως, ὡς ἂν Μαξιμίνου προστάξαντος, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τῶν κατ' Ἀίγυπτον ἐπισκόπων ἄλλοι πλείους ταῦτῶν ὑπομένουσι. Λουκιανὸς (24) τε ἀνὴρ τὰ πάντα ἀριστος, βίῳ τε ἐγκρα-

tyrium jam supra retulit Eusebius in libro viii, sed non suo loco. Nam liber viii, ultra octavum annum persecutionis non progreditur. Petrus vero Alexandrinus passus est anno persecutionis ix, ut disertè affirmat Eusebius in fine lib. vii, septimo Kalendas Decembris, ut legitur in *Excerptis chronologicis a Scaligero editis.* Quibus consentit Usuardus, Ailo et vetus martyrologium Romanum. Græci vero die xxii Novembris ejus natalitia celebrant. Porro Acta passionis illius Ms. Græce exstant apud R. P. Franciscum Combessium, qui ea cum aliis quamplurimis brevi publicaturus est.

(24) *Λουκιανός.* Hujus martyrium retulit etiam Eusebius in libro viii, cap. 13; sed turbato ordine temporum. Hic autem distinctius notat tempus quo passi sunt Petrus et Lucianus; nempe sub Maximino, non autem sub Galerio Maximiano, ut vult Baronius, ad annum Christi 311, cap. 3. Errat etiam idem Baronius, qui Petri Alexandrini martyrium confert in annum Christi 310. Passus est enim Pe-

τῆς καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκροτημένος, τῆς κατ' Ἀντιόχισταν παροικίας πρεσβύτερος, ἀγθεὶς ἐπὶ τῆς Νικομηδέων πόλεως, ἐνθα τῆνικαῦτα βασιλεὺς διαπίδων (25) ἐτύγγανε, παρασχὼν τε ἐπὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τὴν ὑπερ ἧς προσέτατο διδασκαλίας ἀπολογία, δεσμωτηρίω παραδοθεὶς κτίννυται. Τοσαῦτα δὴτα ἐν βραχεὶ τῷ μισοκάλῳ Μαξιμίνῳ καθ' ἡμῶν συνεκείαστο, ὡς τοῦ προτέρου δοκεῖν πολλῶν χαλεπότερον τοῦτον ἡμῖν ἐπεγγεῖραι διωγμῶν.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἐν στήλαις ἀνατεθείσης γραφῆς (Nic. H. E. vii, 9).

Ἄνὰ μέσας γέ τοι τὰς πόλεις, ὃ μὴδὲ ἄλλοτε ποτε (26), ψηφίσματα πόλεων καθ' ἡμῶν, καὶ βασιλικῶν πρὸς ταῦτα διατάξεις ἀντιγραφῶν, στήλαις ἐντετυπωμένα γαλκαῖς ἀνορθοῦντο, οἱ τε παῖδες ἀνὰ τὰ διδασκαλεῖα, Ἰησοῦν καὶ Πιλάτον καὶ τὰ ἐφ' ὕβρει πλασθέντα ὑπομνήματα, διὰ στόματος κατὰ πᾶσαν ἔφερον ἡμέραν (27). Ἐνταῦθ' αἱ ἀναγκαῖον εἶναι φαίνεται. αὐτὴν δὲ ταύτην τὴν ἐν στήλαις ἀνατεθείσαν τοῦ Μαξιμίνου γραφὴν ἐντάξει (ἐν ὁμοῦ τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς θεομισείας ἢ ἀλαζῶν καὶ ὑπερήφανος αὐθάδεια φανερά κατασταίη, καὶ τῆς παρὰ πόδας αὐτῶν μετελθούσης ἱερᾶς δίκης ἢ αὔπνοια κατὰ τῶν ἀπεδῶν μισοπονηρία. πρὸς ἧς ἔλασθεὶς (28), οὐκ εἰς μακρὸν τίναντα περὶ ἡμῶν ἐβουλεύσατό τε καὶ δι' ἐγγράφων νόμον ἐδογματίσας), τοῦτον ἐπ' αὐτῶν λέξων ἔχουσαν τὸν τρόπον.

Ἀντίγραφον ἑρμηνείας τῆς Μαξιμίνου πρὸς τὰ καθ' ἡμῶν ψηφίσματα ἀντιγραφῆς, ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης μεταληθείσης.

Ἢδὴ ποτὲ ἡ ἀσθενὴς θρασύτης τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας Ἰσχυρε, πᾶσαν πλάνης ἀμαυρότητα καὶ διμύλην ἀποσεισαμένη καὶ ἀνασκεδάσασα, ἦτις πρὸ τοῦτου, οὐ τοσοῦτον τῶν ἀσεδῶν, ἔσον τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων τὰς αἰσθήσεις ὀλεθρίω ἀγνοίας σκότιν ἐνεληθείσας ἐπολιόρκει, ἐπιγυῶναι ὡς τῇ τῶν ἀθανάτων θεῶν φιλαγάθῳ προνοίᾳ διοικεῖται καὶ σταθεροποιεῖται· ὅπερ πρᾶγμα ἀπιστόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅπως κεχαρισμένον, ὅπως τε ἔδιστον καὶ προσφιλὲς ἡμῖν γέγο-

rus anno Christi 311, cum persecutionis annus novus ageretur. Qui error Baronii inde profluxit, quod persecutionis exordium anno citius inchoavit; quem errorem abunde supra refutavimus. Porro cum Luciani martyrium sub Maximino contigerit, Anthimi quoque Nicomediensis episcopi martyrium sub eodem Maximino collocandum videtur. Certe Anthimus paulo ante Lucianum passus est, ut docet Luciani epistola ad Antiochenses, quam retuli ad caput 15 lib. viii. Id etiam colligitur ex Actis Luciani martyris, in quibus tamen Maximianus pro Maximino scribitur, solemnem Græcorum errorem.

(25) *Τῆνικαῦτα βασιλεὺς διαπίδων*. Mortuo Galerio Maximinus Cæsar Asiam ac Bithyniam occupavit; quæ provincie una cum Illyrico et Thracia sub ditione fuerant Galerii. Has enim provincias Galerius sibi retinuerat, ut scribit Eutropius, et vetus auctor in excerptis quæ ad calcem Amm. Marcellini jam pridem edidi. Nicomediæ igitur morabatur Maximinus, quæ caput erat Bithyniæ, et imperatorum domicilium, jam inde a temporibus Diocletiani. Porro βασιλεὺς nomine Maximinum hic

et Lucianus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter; vitæ continentia, tum sacrarum Litterarum scientia conspicuus; perductus Nicomediam, in qua tunc civitate Maximinus morabatur, cum defensionem fidei illius quam profitebatur coram præsidè edidisset, conjectus in carcerem trucidatur. Denique tot et tanta nobis mala brevi tempore intulit ille omnis virtutis inimicus Maximinus, ut hæc persecutio multo acerbior nobis priorè illa videretur.

#### 352 CAPUT VII.

*De his quæ adversus nos in tabulis sunt incisa ac publice proposita.*

Porro in mediis urbibus, quod nunquam antea factum fuerat, civitatum adversus nos decreta, et constitutionum imperialium rescripta æreis incisa tabulis proponebantur. Pueri item in scholis toto die nihil aliud præter Jesum et Pilatum, et acta illa ad contumeliam nostram conficta, in ore habebant. Ipsam hoc loco Maximini epistolam quam æreis tabulis incisam fuisse diximus, apponere opportunum mihi videtur, tum ut impietas hominis illius plena insolentiæ et arrogantissimæ contumaciæ perspicere possit, tum ut divinæ justitiæ quæ illum brevi post tempore insecuta est, insomnia et adversus improbos semper armata severitas omnibus manifestò pateat: quæ quidem stimulantè, haud multo postea contraria de nobis et sensit et scriptis legibus consistuit. Illius autem rescripti hæc omnino sunt verba:

*Exemplum interpretationis epistolæ quæ Maximinus respondit decretis civitatum adversus Christianos, ex tabula ænea Tyri descriptæ.*

« Tandem aliquando infirma humanæ mentis audacia, abjectis ac discussis erroris tenebris, quæ miserorum verius quam impiorum hominum sensus exitiâli ignorantie caligine involutos antehac obsederant, perspicere potuit se proluxa erga omnes bonos deorum immortalium providentia regi et confirmari. Quæ res incredibile dictu est quam grata quamque jucunda nobis fuerit et accepta; quod religiosi vestri erga deos propositi illustrissimum specimen

intelligi, apertissime docent quæ sequuntur. Quocirca miror Baronium, qui Lucianum sub Galerio, non sub Maximino passum esse dixerit: cum Eusebius, qui Luciani fuit æqualis, a Maximino eum occisum esse testetur.

(26) Ὅ μὴδὲ ἄλλοτε ποτε. Non immerito quis mirari possit, cur Eusebius id nunquam antea visum esse dicat. Nunquamne antea decreta civitatum adversus Christianos, nunquamne principum edicta publice proposita fuerant? id profecto negari non potest. Non igitur hoc negat Eusebius: sed tantum negat, edicta illa in æs incisa fuisse. Nam, ut supra notavi ad lib. viii, edicta principum in charta perscribebantur.

(27) *Κατὰ πᾶσαν ἔφερον ἡμέραν*. Rufinus et Langus vertunt « per totum diem. » Sed Musculus et Christophorus interpretantur « quotidie. » Sic infra cap. viii διὰ πάσης ἡμέρας.

(28) *Πρὸς ἧς ἔλασθεὶς*. Sic in codd. Maz., Meib. et Fuk. scriptum reperi. Ita infra in fine capitis 9, ubi vulgo legitur πρὸς θελας συναλαθεὶς δίκης, Meib. et Fuk. codex habent συναλαθεὶς.



dederitis. Nam antea quidem nemini erat obscurum quanta observantia ac religione deos immortales coleretis. Quippe quibus non nudorum et inanum verborum fides, sed continua et stupenda illustrium facinorum miracula innotuissent. Unde et civitas vestra deorum immortalium sedes ac domicilium jure merito appelletur. Multis certe argumentis evidentissime apparet, cum cœlestium numinum adventu ac præsentia florere. Nunc vero civitas vestra, neglectis omnibus quæ ipsius interesse videbantur, et onissis precibus quas pro reipublicæ suæ negotiis antehac nobis offerre consueverat; ubi primum sensit homines detestandæ vanitatis iterum serpere cœpisse, **353** et quasi neglectum ac sopitum quemdam rogam redivivis fomitibus ingentes ignium globos denuo excitare; confestim ad nostram pietatem tanquam ad totius religionis metropolim confugit, remedium aliquod et subsidium efflagitans. Quod quidem salubre consilium, vobis ob fidem pietatis vestræ a diis immortalibus suggestum esse non dubium est. Scilicet altissimus ille et maximus Jupiter, qui clarissimæ civitati vestræ præsidet; qui patrios vestros deos, qui uxores et liberos, qui penates et domos ab omni peste atque exitio servat incolumes, vestris mentibus hanc salutarem injecit cogitationem; aperte indicans atque ostendens, quam eximium quamque præclarum et salutare sit, ad cultum ipsius et ad sacras deorum immortalium caeremonias cum debita veneratione accedere. Quis enim tam demens, tamque omnis sensus expertus reperiri potest, qui non intelligat propitia deorum in nos benevolentia fieri, quod nec terra credita sibi abnegat semina, spem agricolarum vana expectatione deludens; nec impii belli aspectus impræpedite defixus hæret in terris: nec corrupta cœli temperie arenia pereunt corpora: nec immoderatis ventorum flatibus agitata pelagus intumescit, nec subitæ et præter expectationem ingruentes procellæ perniciosam excitant tempestatem: quodque parens omnium et nutrix terra, nec ab imis sedibus horrendo tremore concussa emergit; nec rursus montes eadem superpositi hiatus subito absorbentur.

Α νεν, ὡς μέγιστον δείγμα τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν προαιρέσεως δεδωκέναι· ὅποτε καὶ πρὸ τούτου οὐδὲν ἄγνωστον ἦν, ὁποίας παρατηρήσεως καὶ θεοσεβείας πρὸς τοὺς ἀθανάτους θεοὺς ἐτυγγάνετε ὄντες, οἷς οὐ ψιλῶν καὶ ἀποκένων ῥημάτων (29) πίστις, ἀλλὰ συνεχῆ καὶ παράδοξα ἔργων ἐπιστήμων γνωρίζεται. Διόπερ ἐπαξίως ἡ ὑμετέρα πόλις θεῶν ἀθανάτων Ἴδρουμὰ τε καὶ οἰκητήριον ἐπικαλοῖτο· πολλοῖς γοῦν παραδείγμασι καταφαίνεται, τῇ τῶν οὐρανίων θεῶν αὐτὴν ἐπιδημίᾳ (30) ἀνθεῖν. Ἰδοὺ τοίνυν ἡ ὑμετέρα πόλις πάντων τῶν ἰδίᾳ διαφερόντων αὐτῇ ἀμελήσασα, καὶ τὰς πρότερον τῶν ὑπὲρ αὐτῇ πραγμάτων δεύσεις παριδοῦσα, ὅτε πάλιν ἦσθετο τοὺς τῆς ἐπαράτου ματαιότητος γεγονότας ἔρπειν ἀρχεσθαι (31), καὶ ὡσπερ ἀμεληθεῖσαν καὶ κεκοιμημένην πυρὰν, ἀναζωπυρουμένων τῶν πυρῶν μεγίστας πυρκαϊὰς ἀναπληροῦσαν, εὐθέως πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσεβείαν, ὡσπερ πρὸς μητρόπολιν πασῶν θεοσεβειῶν, χωρὶς τινος μολήσεως κατέφυγεν, ἰασίν τινα καὶ βοήθειαν ἀπαιτοῦσα· ἦντινα διάνοιαν σωτηριώδη, διὰ τὴν πίστιν τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τοὺς θεοὺς ὑμῖν ἐμβεβληκέναι δῆλόν ἐστιν· ἐκεῖνος τοιγαροῦν ὁ ὕψιστος καὶ μέγιστος Ζεὺς, ὁ προκαθήμενος τῆς λαμπροτάτης ὑμῶν πόλεως, ὁ τοὺς πατρύους ὑμῶν θεοὺς, καὶ γυναικας καὶ τέκνα, καὶ ἑστίαν καὶ οἶκους ἀπὸ πάσης ὀλεθρίου φορᾶς ῥύομενος, ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς τὸ σωτήριον ἐνέπνευσε βούλημα, ἐπιδεικνύς καὶ ἐμφάνων, ὅπως ἐξαιρετόν ἐστι καὶ λαμπρόν καὶ σωτηριώδες, μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος τῇ θρησκείᾳ (32) καὶ ταῖς ἐροθηστικαῖς τῶν ἀθανάτων θεῶν προσίαι. Τίς γὰρ οὕτως ἀνόητος ἢ νοῦ παντὸς ἀλόγητος εὐρεθῆναι δύναται, ὃς οὐκ αἰσθάνεται, τῇ φιλαγάθῃ τῶν θεῶν σπουδῇ συμβαίνειν, μῆτε τὴν γῆν τὰ παραδιδόμενα αὐτῇ σπέρματα ἀρνεῖσθαι, τὴν τῶν γεωργῶν ἐλπίδα κενῇ προσδοκίᾳ σφάλουσαν, μῆδ' αὖ ἀσεβοῦς πολέμου πρόσοψιν ἀνεπιχωλύτως ἐπὶ γῆς στηρίζεσθαι (33), καὶ φθαρσίσης τῆς τοῦ οὐρανοῦ εὐκραςίας, αὐχμύοντα τὰ σώματα εἰς θάνατον κατασύρσθαι, μῆδὲ μὴν ἀμέτρων ἀνέμων πνεύμασι τὴν θάλασσαν κυμαίνουσαν κορυφοῦσθαι, μῆδέ γε καταϊγίδας ἀπροσδοκίτους καταρρήγνυμένας ὀλεθρίον χειμῶνα ἐπεγεῖρειν, ἔτι τοίνυν μῆτε τὴν τροφὴν ἀπάντων καὶ μητέρα γῆν, ἀπὸ τῶν κατωτάτων

(29) Οἷς οὐ ψιλῶν καὶ ἀποκένων ῥημάτων. Musculus et Christophorus hæc ad deos referri existimant. Ego ad Tyrios ipsos retuli. Perstringit autem Maximinus fidem Christianorum his verbis: ὀποκένων ῥημάτων πίστις, quasi fides Christianorum nihil præter verba haberet, ac rebus ipsis vacua esset.

(30) Ἐπιδημία. Crediderunt veteres, certis diebus deos in quasdam urbes ipsis acceptas commeare; easque ἐπιδημίας θεῶν appellabant. Sic apud Delios et Milesios adveniens Apollinis colebatur; apud Argivos Dianæ, ut scribit Menander rhetor in cap. de hymnis ἀποπεμπτικοῖς. Aristides in Panathenæico πότερον τὰς θεῶν ἐπιδημίας εἶποι τις. Dio Chrysostomus in oratione quæ Tarsica inscribitur, pag. 408: Φασὶ τοὺς οἰκιστὰς ἡρώας, ἢ θεοὺς πολλάκις ἐπιστρέφεσθαι τὰς αὐτῶν πόλεις, τοῖς ἄλλοις ὄντας ἀφανεῖς, ἔν τε θυσίας καὶ τισιν ἑορταῖς, δημοτελέσιν, etc. De hujusmodi deorum adventu poetæ passim loquuntur. Virg. lib. iv :

D Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluentis Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

Hinc est quod adventus imp. in veteribus nummis et in Calendario inscriptus cernitur. Sed et Christiani de quibusdam sanctis idem crediderunt: ut de Thecla Dalisanda ab urbe Seleucia commente sub diem ipsius festum, et de Paulo Roma Tarsum invisente, ait Basilii in lib. 11, de Thecla, cap. 10.

(31) Ἐρπειν ἀρχεσθαι. Apud Nicephorum legitur: ἔρπειν καὶ ἔρχεσθαι. Itaque legendum videtur, καὶ ἔρχεσθαι ὡσπερ ἀμεληθεῖσαν, etc., scribi etiam potest καὶ ἀρχεσθαι ὡσπερ, etc., eodem sensu.

(32) Τῇ θρησκείᾳ. Scribendum videtur τῇ αὐτοῦ θρησκείᾳ.

(33) Ἡ πρόσοψιν στηρίζεσθαι. Alludit ad aspectum et spectatam planetarum. Dicitur autem στηριγμῶν in planctis, cum in epicyclo suo nec progredi aurplius, nec retrocedere adhuc videntur.

λαγόνων ἐαυτῆς ἐν φοβερῷ τρόμῳ καταδυομένην (34), ἀπὸ γὰρ τὰ ἐπιχειρέμενα ὄρη χασμάτων γινομένων καταδύεσθαι, ἄπερ πάντα καὶ τούτων ἐτι χαλεπώτερα κακὰ πρὸ τούτου πολλάκις γεγονέναι, οὐδεὶς ἄγνοεῖ. Καὶ ταῦτα σύμπαντα διὰ τὴν ὀλέθριον πλάνην τῆς ὑποκένου ματαιότητος τῶν ἀθεμίτων ἀνθρώπων ἐκείνων ἐγένετο, ἥνικα κατὰ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐπεπόλαζε, καὶ, σχεδὸν εἰπεῖν, τὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰσχύναις ἐπέζεε. Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Ἐφοράτωσαν ἐν τοῖς πλατέσιν ἤδη πεδίοις ἀνοῦντα τὰ λῆια, καὶ τοῖς ἀστάχυσιν ἐπικυμαίνοντα, καὶ τοὺς λειμῶνας δι' εὐμοβρίαν, φυτοῖς καὶ ἀνθεσι λαμπρομένους, καὶ τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν εὐκρατον καὶ πραοτάτην ἀποδοθεῖσαν· χαιρέτωσαν λοιπὸν ἅπαντες διὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἱερουργίας τε καὶ τιμῆς, τῆς τοῦ δυνατωτάτου καὶ στεφροτάτου Ἄρεος ἐννάμειος ἐξευμενισθείσης, καὶ διὰ τοῦτο τῆς εὐδινωτάτης εἰρήνης βεβαίως μεθ' ἡσυχίας ἀπολαύοντες, ἡδυνέσθωσαν· καὶ ὅσοι τῆς τυφλῆς ἐκείνης πλάνης καὶ περιόδου παινάπασιν ἀποστάντες, εἰς ὀρθὴν καὶ καλλίστην διάνοιαν ἐπανῆλθον, μειζῶνως μὲν οὖν χαιρέτωσαν, ὡς ἀν' ἐκ χειμῶνος ἀπροσδοκῆτου ἡ νόσου βαρείας ἀποσπασθέντες, καὶ ἡδεῖαν εἰς τοῦτον ζωῆς ἀπόλαυσιν καρπωσάμενοι. Εἰ δὲ τῇ ἐπαράτῳ αὐτῶν ματαιότητι ἐπιμένοεν, ἐν πολλῷ πόρρωθεν τῆς ὑμετέρας πόλεως καὶ περιχώρου, καθὼς ἡξιώσατε, ἀποχωρισθέντες ἐξελαθῆτωσαν, ἔν' οὕτως κατ' ἀκολουθίαν τῆς ἀξιεπαίνου ὑμῶν περὶ τοῦτο σπουδῆς, παντὸς μιάσματος καὶ ἀσεβείας ἀποχωρισθεῖσα ἡ ὑμέτερα πόλις, κατὰ τὴν ἐμφυτον αὐτῇ πρόθεσιν (35) μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος, ταῖς τῶν ἀθανάτων θεῶν ἱερουργίας ὑπακούη. Ἴνα δὲ εἰδῆτε ὅση προσφιλῆς ἡμῖν γέγονεν ἡ περὶ τοῦτο ἀξίωσις ὑμῶν, καὶ χωρὶς ψηφισμάτων καὶ χωρὶς δεήσεως αὐθαίρετω βουλήσει ἡ ὑμέτερα προθυμοτάτη φιλαγαθίας ψυχῆ, ἐπιτρέπομεν τῇ ὑμέτερα καθοσιώσει, ὅπῃαν ὄν βουληθῆτε μεγαλοδωρεᾶν, ἀντὶ ταύτης ὑμῶν τῆς φιλοθέου προθέσεως αἰτῆσαι. Καὶ ἤδη μὲν τοῦτο ποιεῖν καὶ λαβεῖν ἀξιώσατε· τεύξεσθε γὰρ αὐτῆς χωρὶς τινος ὑπερθέσεως· ἥτις παρασχεθεῖσα τῇ ὑμέτερα πόλει, εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα τῆς περὶ τοὺς ἀθανάτους θεοὺς φιλοθέου εὐσεβείας παρέξει μαρτυρίαν, τοῦ δὲ ὑμᾶς (36) ἀξίω ἐπάθλων τετυχηκέαι παρὰ τῆς ὑμετέρας φιλαγαθίας, ταύτης ὑμῶν ἕνεκεν τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, υἱοῖς τε καὶ ἐκγόνοις ὑμετέροις ἐπιδειχθήσεται. Ταῦτα δὲ καθ' ἡμῶν κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ἀνεστηλήτεον, πάσης ἐλπίδος, τὸ γοῦν ἐπ' ἀνθρώπων, ἀγαθῆς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀποκλείεται· ὡς, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ θεῖον ἐκεῖνο λόγιον, εἰ δυνατὸν, ἐπὶ τούτοις καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοὺς σκανδαλίζεσθαι. Ἡδὴ γὰρ τοὶ σχεδὸν τῆς παρὰ τοῖς πλείστοις ἀποφυγούσης προσδοκίας, ἀθρόως καθ' ὅδον ἐτι σχεδὸν τὴν πορείαν ἐν τισὶ χώραις διανυόντων τῶν

A Quas quidem omnes calamitates hisque adhuc acerbiores alias, antehac sæpius contigisse, nemo est qui ignoret. Hæc porro omnia ob pestiferum errorem inanissimæ vanitatis sceleratorum illorum hominum evenerunt, quo tempore error ille in animis eorum pullulavit, et universum propemodum terrarum orbem probro ac dedecore opplevit. Deinde paucis interjectis, hæc subjungit : « Aspiciant in aperta camporum planitie florentes setetes et spicis quodammodo fluctuantes, prata considerent plantis et floribus collucentia propter opportunam imbrum irrigationem ; cœli statum intineantur in placidissimam temperiem 354 restitutum. Latentur in posterum cuncti, quod per vestram pietatem et sacrificia et cultum deorum, numen fortissimi et potentissimi Martis placatum est : atque idcirco tranquillissima pace quietius perfuentes, sese oblectent. Sed et quicumque cæco illo errore et ambage liberati ad rectam sanamque sententiam redierunt, eo magis gaudeant ; tanquam ex inopinata tempestate aut ex gravissimo morbo servati, et jucundissima in posterum vita fruituri. Quod si qui in detestando suæ vanitatis errore adhuc perstant, ii quæ longissime a vestra urbe et territorio seclusi, sicut petiistis, abigantur ; ut hoc pacto civitas vestra juxta laudabile stadium vestrum ac desiderium, omni piaculo ac scelere liberata, pro insito sibi affectu cum debita veneratione deorum immortalium sacrificiis inserviat. Porro ut intelligatis quam grata nobis fuerit vestra hæc postulatio, et qualiter animus noster etiam absque decretis ullis ac petitionibus ultro sua sponte ad beneficia viris bonis largiendus promptissimus est ; devotioni vestræ concedimus, ut quodcumque et quam maximum volueritis beneficium pro hoc pio ac religioso vestro proposito postuletis. Jam ergo ut id faciat utque accipiat operam date. Etenim illud absque ulla mora consecuturi estis. Quod quidem vestræ civitati præstitum beneficium, cum religiosissimæ vestræ erga deos immortales pietatis perpetuum deinceps erit testimonium ; tum vestris liberis ac nepotibus declarabit, vos pro hujusmodi vivendi ratione atque instituto digna præmia a benignitate nostra retulisse. » Hujusmodi igitur litteræ in omnibus provinciis adversum nos publice propositæ, omnem nobis quantum quidem in hominum potestate situm erat, spem felicitatis ademèrant : adeo ut, juxta divinum illud oraculum, etiam electi, si hoc fieri posset, ob hæc scandalum paterentur. Cumque cœlestis auxilii expectatio jam in plurimis nostrorum refrigesceret, repente ministris ipsi qui supradictas litteras circumferabant adhuc in quibusdam provinciis iter solum peragentibus,

Diocletiani, ut refert Eusebius in *Chronico*.

(35) *Τὴν ἐμφυτον αὐτῇ πρόθεσιν*. Scribendum videtur κατὰ τὴν ἐμφυτον, ut Musculus et Christophorsonus legērunt. Paulo post pro ὅση προσφιλῆς malim scribere ὡς προσφιλῆς.

(36) *Τοῦ δὲ ὑμᾶς*. Scribendum puto τοῦ τε ὑμᾶς, supplendo μαρτυρίαν.

(34) *Ἐν φοβερῷ τρόμῳ καταδυομένην*. Scribendum videtur ἀναδυομένην. Duo enim terræ motuum genera sibi invicem opposita, hic a Maximino referuntur ; βρασματικά scilicet et χασματικά. De quibus vide Anm. Marcellinum, et quæ ibi notavi. Invenit autem Maximinus terræ motum illum, qui urbem Tyrum afflixerat, anno ante persecutionem

Deus, qui Ecclesiæ suæ semper auxiliatur, insolentem adversus nos tyranni superbiam tanquam injecto in os freno comprimens, **355** celestis suæ potentiae nobis opitulantis præsentiam declaravit.

## CAPUT VIII.

*De his quæ postea acciderunt tum in bello, tum famis ac pestis tempore.*

Nam imbres quidem ac pluviae hiberno tempore abundantius cadere præter solitum desierunt. Et insperata contigit fames; quam deinde pestis subsequuta est. Præter hæc alterius cujusdam morbi vis sævit; ulcus videlicet quod ob inflammationem carbunculus vocatur. Illic morbus, per universum corpus paulatim serpens, gravia ægris discrimina afferebat. Sed præcipue circa oculos hærens et insidens diutius, innumeros promiscuæ ætatis et sexus luminibus orlavit. Bellum insuper a tyranno commotum est adversus Armenios, jam inde a priacis temporibus amicos ac socios populi Romani. Qui cum Christiani ipsi quoque essent et divinæ religionis studiosissimi, Deo invisus tyrannus eos ad simulacrorum ac dæmonum cultum traducere per vim conatus, pro amicis inimicos, hostes pro sociis effecit. Hæc igitur omnia uno eodemque tempore cum subito confluisissent, arrogantem confidentissimi tyranni jactantiam confutarunt, qui ob studium in colendis simulacris, et propter persecutionem nostrorum, nec famem, nec pestilentiam, nec bellum denique ullum suis temporibus accidisse audacter gloriabatur. Atque hæc omnia eodem temporis momento simul ingruentia, quædam quasi proœmia imminentis tyranno exitii ostentabant. Et ipse quidem in bello adversus Armenios una cum exercitu suo varias clades atque ærumnas pertulit. Reliqui vero qui urbes ejus imperio subditas incolabant, fame simul ac pestilentia graviter vexati sunt: adeo ut unus frumenti medimnus bis mille et quingentis Atticis drachmis venundaretur. Et innumeri quidem in urbibus, plures vero in agris et vicis passim interibant: in tantum ut censuales tabulæ olim ingenti rusticorum numero repletæ, una prope litura deletæ fuerint; omnibus fere aut victus inopia, aut pestilenti morbo simul absumptis. Quidam pro exiguo admodum cibo charissima pignora **356** locupletioribus vendere non dubitabant. Alii, distractis paulatim prædiis ac facultatibus suis, ad extremam inopiam relictis sunt. Nec defuere qui modica feni segmenta avulsa mandentes, et noxiis quibusdam absque ullo discrimine pasti graminibus quibus valetudo corporis corrumpiebatur, sæpe interirent. Sed et mulieres quædam inter suos non ignobiles, præ summa egestate ad inverecundam compulsæ necessitatem,

(57) *Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἔθους.* Ab his verbis inchoatur c. 8, in vetustissimo Mazarino codice, cui consentit eod. Fuk. ac Rufinus, et ratio ipsa ita postulat.

(57\*) *Ἐρχοι.* Sic correximus quod in impr. legitur ἔρχων, sive errore typogr., sive manuscriptis

τὴν προκειμένην γραφὴν καθ' ἡμῶν διακονουμένων. ὁ τῆς ἰδίας Ἐκκλησίας ὑπέρμαχος Θεός, μονουχλή τὴν τοῦ τυράννου καθ' ἡμῶν ἐπιστομίζων μεγαλαυχίαν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οὐράνιον αὐτοῦ συμμαχίαν ἐπεδείκνυτο.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η΄.

*Περὶ τῶν κατὰ ταῦτα συμβεβηκότων ἐν Λιμῷ καὶ Λοιμῷ καὶ πολέμοις.*

Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἔθους (57) δρῆμοι τε καὶ ὕετοι, χειμαδίου τῆς ὥρας ὑπαρχούσης, τὴν ἐπὶ γῆς ἀνείχον συνήθη φορὰν, λιμός δ' ἀδόκητος ἐπισκῆπτει, καὶ λοιμός ἐπὶ τούτῳ, καὶ τινος ἐτέρου νοσήματος, ἔλαος δὲ ἦν φερωνύμως τοῦ πυρῦδος ἔνεκεν, ἀνθραξ προσγορευόμενον, ἐπιφορά δ' καθ' ὅλων μὲν ἔρχον (57\*) τῶν σωμάτων, σφαλρόδες ἐνεποιεῖ τοῖς πεπονηθῶσι κινδύνους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν διαφερόντως ἐπὶ πλείστον γινόμενον, μυρίους ὄσους ἀνδρας ἅμα γυναξὶ καὶ παισὶ πηροῦς ἀπειργάζετο. Τούτοις προσεπανίσταται τῷ τυράννῳ ὁ πρὸς Ἀρμενίου πόλεμος, ἀνδρας ἐξ ἀρχαίου φίλους τε καὶ συμμαχούς Ῥωμαίων· οὗς καὶ αὐτοὺς Χριστιανούς διέταξ, καὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν διὰ σπουδῆς ποιουμένους, ὁ θεομισθὸς εἰδωλούς θύειν καὶ δαίμοσιν ἐπαναγκάσαι πεπειραμένους, ἐχθροὺς ἀντὶ φίλων καὶ πολεμίους ἀντὶ συμμαχῶν κατεστῆσατο. Ἀθρόως δὲ ταῦτα πάντα ὑφ' ἑνα καὶ τὸν αὐτὸν συρρέουσιν καιρὸν, τῆς τοῦ τυράννου θρασυτήτος τὴν κατὰ τοῦ θεοῦ μεγαλαυχίαν διήλεγξεν, ὅτι δὴ τῆς περὶ τὰ εἰδωλα (58) αὐτοῦ σπουδῆς καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἐνεκα πολιορκίας, μὴ λιμὸν, μηδὲ λοιμὸν, μηδὲ μὴν πόλεμον ἐπὶ τῶν αὐτοῦ συμβῆναι καιρῶν ἐθρασύνετο. Ταῦτα δ' οὖν ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐπελθόντα, καὶ τῆς αὐτοῦ καταστροφῆς περιελήφει τὰ προοίμια. Αὐτὸς μὲν οὖν περὶ τὸν πρὸς Ἀρμενίου πόλεμον ἅμα τοῖς αὐτοῦ στρατοπέδοις κατεπονεῖτο, τοὺς δὲ λοιπούς τῶν τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις οἰκούντων, ξεινῶς ὁ λιμός τε ἅμα καὶ λοιμός κατετρυγέτην (59), ὡς ἐνὶ μέτρον πυρῶν, διχαλίαις καὶ πεντακοσίας Ἀττικῆς ἀντικαταλλάττεσθαι. Μυριοὶ μὲν οὖν ἐτύγχανον οἱ κατὰ πόλεις θνήσκοντες, πλείους δὲ τούτων οἱ κατ' ἀγροὺς τε καὶ κώμας, ὡς ἤδη καὶ τὰς πάλαι τῶν θηροίκων πολυάνδρους ἀπογραφάς, μικροῦ δεῖν παντελῆ παθεῖν ἐξέλειψιν, ἀθρόως σχεδὸν ἀπάντων ἐνδεῖα τροφῆς καὶ λοιμῶδεϊ νόσῳ διεφθαρμένον. Τινὲς μὲν οὖν τὰ ἐαυτῶν φίλτατα βραχυτάτης τροφῆς οἷς εὐπωρωτέροις ἀπεμπολεῖν ἤξισον, ἄλλοι δὲ τὰς κτήσεις κατὰ βραχὺ διαπιπράσκοντες, εἰς ἐσχάτην ἐνδεῖας ἀπορίαν ἤλαυνον· ἤδη δὲ τινες σμικρὰ χόρτου διαμασσώμενοι σπαράγματα, καὶ τινὰς ἀναίδην εὐβοροποιούς ἐσθίνοντες πῶας, τὴν τῶν σωμάτων ἔξιν λυμαινόμενα διώλλυντο. Καὶ γυναξίων δὲ τῶν κατὰ πόλεις εὐγενίδων τινὲς, εἰς ἀναίσχυντον ἀνάγκην πρὸς τῆς ἀπορίας ἐλασθεῖσαι, μετατεῖν ἐπὶ τῶν ἀγορῶν προελθῶσιν, τῆς πάλαι ἐλευθερίου τροφῆς ὑπό-

ita exhibentibus. EDIT.

(58) *Ὅτι δὴ τῆς περὶ τὰ εἰδωλα.* Malim scribere *δ τε δὴ.*

(59) *Κατετρυγέτην.* Sic in eodd. Max., Med. et Fuk. scribitur. Vulg. κατετρύγετο.

δειγμα, διὰ τῆς περὶ τὸ πρόσωπον αἰδοῦς, καὶ τῆς ἀμφὶ τὴν περιβολὴν κοσμιότητος ὑποφαίνουσαι· καὶ οἱ μὲν ἀπεσκληρότερες ὡσπερ εἰδωλα νεκρὰ ὕδω κάκιαι ψυχορραγοῦντες, ἐνσειόμενοι τε καὶ περιολισθαίνοντες ὑπ' ἀδυναμίας τοῦ στήναι, κατέπιπτον ἐν μέσῃσι ταῖς πλατείαις, πρηνεῖς δ' ἠπλωμένοι, ὀρέξαι σφίσι μικρὸν τρύφος ἄρτου κατηντιδούλου, καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς ἐσχάταις ἔχοντες ἀναπνοαίς, πεινῆν ἐπεδύον, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ὀδυνηροτάτην φωνὴν εὐσθενεῖς καθιστάμενοι· οἱ δὲ τὴν πληθὺν τῶν αἰτούντων καταπληττόμενοι, ὅσοι τῶν εὐπορωτέρων ἐδόκουν εἶναι, μετὰ τὸ μυρία παρασχεῖν, εἰς ἀπηνῆ λοιπὸν καὶ ἀτεγκτον ἐχώρου διάθεσιν, τὰ αὐτὰ τοῖς αἰτούσιν ὅσον οὐπω καὶ αὐτοὶ πείσσεσθαι προσδοκῶντες, ὡστ' ἤδη κατὰ μέσας ἀγοράς καὶ στενωποὺς νεκρὰ καὶ γυμνὰ σώματα ἐφ' ἡμέραις πλείοσιν ἀταφά διεβριμμένα, θέαν τοῖς ὀρώσιν οἰκτροτάτην παρέχουσαι. Ἡδὴ γέ τοι καὶ κυνῶν τινες ἐγίνοντο βορὰ, δι' ἣν μάλιστα αἰτίαν οἱ ζῶντες ἐπὶ τὴν κυνοκτονίαν ἐτρέποντο, δέει τοῦ μὴ λυσσῆσαντας ἀνθρωποφαγίαν ἐργάσασθαι. Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ λοιμὸς πάντας οἴκουσ καὶ γενεὰς ἐπεδύοσκετο, μάλιστα δ' οὗς ὁ λιμὸς διὰ τὸ εὐπορεῖν τροφῶν οὐχ οἶός τε ἦν ἐκτρίψαι. Οἱ γ' οὖν ἐν περιουσίαις, ἄρχοντες καὶ ἡγεμόνες καὶ μυριοὶ τῶν ἐν τέλει, ὡσπερ ἐπίτηδες τῇ λοιμῶδει νόσῳ πρὸς τοῦ λιμοῦ καταλειμμένοι, ὄξειαν καὶ ὠκυτάτην ὑπέμενον τελευτήν· πάντα δ' οὖν οἰμωγῶν ἦν ἀνάπλευα, κατὰ πάντας τε στενωποὺς, ἀγοράς τε καὶ πλατείας, οὐδ' ἦν ἄλλο τι θεωρεῖν, ἢ θρήνους μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς αὐλῶν (40) τε καὶ κτύπων. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον δυσὶν ὄπλοις τοῖς προδεδηλωμένοις λοιμοῦ τε ὁμοῦ καὶ λιμοῦ (41) στρατεύσας ὁ θάνατος, ὅλας ἐν ὀλίγῳ γενεὰς ἐνεμήθη, ὡς ὄραν ἦδη θύειν καὶ τριῶν σώματα νεκρῶν, ὑπὸ μίαν ἐκφορὰν προκομιζόμενα (42). Τοιαῦτα τῆς Μαξιμίνου μεγαλαυχίας, καὶ τῶν κατὰ πόλεις καθ' ἡμῶν ψηφισμάτων τάτιχαιρα ἦν· ὅτε καὶ τῆς Χριστιανῶν περὶ πάντα σπουδῆς τε καὶ εὐσεβείας πᾶσιν ἔθνεσιν διάδηλα κατέστη τὰ τεκμήρια. Μόνοι γοῦν ἐν τηλικαύτῃ κακῶν περιστάσει τὸ συμπαθὲς καὶ φιλόανθρωπον ἔργον αὐτοῖς ἐπιδεικνύμενοι, διὰ πάσης ἡμέρας, οἱ μὲν τῇ τῶν θνησκόντων (μυριάδες δ' ἦσαν, οἷς οὐτις ἦν ὁ ἐπιμελησόμενος) κηδεῖα τε καὶ φαγῆ προσεκαρτέρουν, οἱ δὲ τῶν ἀνά πᾶσαν τὴν πόλιν πρὸς τοῦ λιμοῦ κατατροχομένων, τὴν πληθὺν ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀθροίζοντες, ἄρτους διένεμον τοῖς πᾶσιν, ὡς περιδότητον εἰς πάντας ἀνθρώπους καταστήναι τὸ

A mendicandi causa in forum ventitabant : quarum verecundia in vultu, et in amictu modestia, olim ipsas liberaliter educatas fuisse satis indicabat. Et nonnulli quidem aridi ut umbras mortuorum dice- res, deficientibus viribus huc illuc nutabundi ac ce-pitantes ; cum præ imbecillitate consistere non possent, in mediis plateis corruebant ; pronique humi jacentes toto corpore expanso, modicum panis frustum sibi porrigi flagitabant. Cumque extremum pene spiritum ducerent, laborare se inedia vociferabantur, ad hanc solum acerbissimam vocem proferendam satis validi. Quotquot vero locupletiores esse videbantur, mendicantium multi- tudine obstupefacti, postquam egentibus plurima impertierant : durum deinceps et omnis miseratio- nis experte manimum induebant ; eandem cum men- dicantibus calamitatem ipsi quoque brevi se passu- ros esse prævidentes. Itaque in medio foro et per vicos et angiportus, nuda atque inseputa cadavera pluribus diebus jacentia, prorsus miserabile specta- culum intuentibus præbebant. Quædam etiam a ca- nibus dilaniata sunt. Qua de causa hi quibus vita adhuc suppetebat, passim canes interimere cœpe- runt ; ne forte in rabiem versi vivos posthæc homi- nes devorarent. Interim pestilentia totas domos ac familias nibilo segnius depascebatur : præcipue eos invadens, quos, utpote cunctis ad victum necessa- riis affluentes, fames conficere non potuerat. Igitur opulentissimi quique provinciæ rector- res ac præsides, et ex primoribus civitatum quamplurimi, perinde ac si fames eos de industria transmissis pestilentia reservasset, acutissimo ac velocissimo mortis genere interibant. Cuncta pas- sim loca, angiportus, fora, plateæ, lamentis re- dundabant. Neque aliud cernere licebat quam lugubres nœnias cum usitato apud eos tibiæ cantu atque planctu. Ad hunc modum duobus hisce qua- i telis 357 armata mors, fame videlicet ac peste, integras familias brevi tempore vastavit : adeo ut ex una eademque domo duo simul ac tria cada- vera efferri ad sepulturam videremus. Hujusmodi præmium fuit superbissimæ illius Maximini jactan- tiæ, et decretorum quæ civitates adversus nostros ediderant. Quo quidem tempore Christianorum erga D omnes sedulitas ac pietas manifestissimo indicio universis gentilibus innotuit. Quippe hi soli in tot ac tantis calamitatibus misericordiae atque humanitatis

(40) Μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς αὐλῶν. Gentilium cadavera cum tibiæ et nœniarum cantu efferiebantur. Quam in rem præficias habebant et siti- cines, de quibus notavi ad Amm. Marcellini li- brum xiv. Fallitur itaque Christophorsonus, qui pro μετὰ hoc loco substituit ἀντὶ. Sic enim vertit : « Neque aliud quidquam spectare licebat, quam miserabiles fletus, quos pro tibiæ cantu et stre- pitu ipsi in more posito ediderunt. » Sed vulgatam Scripturam omnes scripti codices, ipseque adeo Nicephorus tuerentur.

(41) Ὁμοῦ τε ὁμοῦ καὶ λιμοῦ. In codd. Fuk. et Savil. legitur : λοιμῶ τε ὁμοῦ καὶ λιμῶ, quod re- ctius mihi videtur.

(42) Ὑπὸ μίαν ἐκφορὰν προκομιζόμενα. Sic codd. Maz., Med. et Fuk. Vulg. νομιζόμενα. Paulo post lego cum Christophorsono περὶ πάντας σπου- δῆς. Cæterum quod hic de sepultura cadaverum re- fertur, satis indicat morem illum cremandi cada- vera eo tempore penitus obliteratum fuisse apud Romanos. Quod quando primum cœperit, difficilli- mum est dicere. Videntur tamen a Judæis et Chri- stianis hunc morem paulatim hausisse Romani, de quo insignis est locus Macrobi in lib. vii Saturna- lium, cap. 7 : « Deinde licet urendi corpora defun- ctorum usus nostro sæculo nullus sit, lectio tamen docet, eo tempore quo igni dari honos mortuis ha- bebatur, » etc.

officia rebus ipsis exhibentes, quotidie partim curandis ac sepeliendis mortuorum cadaveribus vacabant. Moriebantur autem in dies innumeri, quorum nemo curam gerebat. Partim omnibus tota urbe egenis qui fame opprimebantur in unum convocatis, panes singulis dividebant : adeo ut cum hujus rei fama crebris hominum sermonibus divulgaretur, cuncti Christianorum Deum summis laudibus extollerent, eosque solos pios Dei cultores re ipsa et factis comprobatos esse faterentur. Quæ dum ita geruntur, magnus ille ac cœlestis Christianorum propugnator Deus, qui per supra memoratas calamitates iram atque indignationem suam adversus cunctos mortales ob ea quæ contra nos nefarie gessissent, satis superque declaraverat, benignæ suæ erga nos providentiæ serenissimam lucem nobis restituit, velut in densissimis tenebris præter omnium expectationem pacis suæ splendidum jubar atrans, Deum ipsum rerum nostrarum inspectorem suum interdum quidem castiget, et variis claudibus corripiat : rursus vero post sufficientem animadversionem propitium se ac benignum erga eos præbeat

## CAPUT IX.

*De interitu tyrannorum : et quibus verbis paulo ante mortem sunt usi.*

Cum igitur Constantinus, quem imperatorem ex imperatore, pium ex piissimo ac modestissimo parente prognatum esse jam diximus, et secundi post eum loci Licinius, prudentia simul ac pietate conspicui, ab omnium rege ac servatore Deo duo religiosissimi adversus **358** duos impiissimos tyrannos excitati fuissent; prælio congressi, auxilio divini numinis Constantinus quidem Maxentium in urbe Romæ præter omnium opinionem superatum occidit. Maximinus vero Orientis tyrannus, non diu post Maxentii cædem a Licinio qui nondum in apertam vesaniam eruperat devictus, turpissimo mortis genere occubuit. Verum prior Constantinus, qui etiam honoris prærogativa et imperii gradu primum locum obtinebat, Romanorum qui gravissimis tyrannique premerentur vicem miseratus, cœlestis Dei numine, ejusque Filio ac Verbo omnium Servatore Jesu Christo in auxilium suppliciter invocato, cum universo exercitu progressus est, eo consilio ut Romanis libertatem quam a majoribus acceperant, interventu suo restitueret. Porro cum **D** Maxentius, magicarum artium præstigiis magis quam subditorum benevolentia confusus, ne quidem extra urbis portas progredi auderet : cuncta vero in circujtu urbis Romæ ac totius Italiæ loca, oppi-

**A** πρᾶγμα, Θεὸν τε τῶν Χριστιανῶν δοξάζειν, εὐσεβεῖς τε καὶ μόνους θεοσεβεῖς τοῦτους ἀληθῶς, πρὸς αὐτὸν ἐλεγχθέντας τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖν. Ἐφ' οἷς τούτων ἐπιτελουμένους τὸν τρόπον, ὁ μέγας καὶ οὐράνιος Χριστιανῶν ὑπέρμαχος Θεὸς, τὴν κατὰ πάντων ἀνθρώπων διὰ τῶν δεδηλωμένων ἐπιδειξάμενος ἀπειλήν καὶ ἀγανάκτησιν, ἀνθ' ὧν εἰς ἡμᾶς ὑπερβαλλόντως ἐνεδείξαντο, τὴν εὐμενῆ καὶ φαιδρὰν τῆς αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς προνοίας αὐθις ἡμῖν αὐτῶν ἀπεδίδου, ὡς ἐν βαθεῖ σκότῳ παραδοξότατα φῶς ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ καταλάμπων εἰρήνης, ἐκφανές τε τοῖς πᾶσι καθιστάς, Θεὸν αὐτὸν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπίσκοπον διὰ παντὸς γεγενῆσθαι πραγμάτων, μαστίζοντα μὲν καὶ διὰ τῶν περιστάσεων κατὰ καιρὸν ἐπιστρέφοντα τὸν αὐτοῦ λαόν, πάλιν τ' αὖ μετὰ τὴν αὐτάρχη παιδείαν, ὡς ἐν **B** καὶ εὐμενῆ τοῖς εἰς αὐτὸν τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν ἀναφανόμενον.

nobis ostendens : et omnibus apertissime demonstrans et gubernatorem perpetuo exstitisse, qui populum qui spein in ipso collocaverunt.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

*Περὶ τῆς τῶν τυράννων καταστροφῆς τοῦ Βίου, καὶ ὧν ἐχρήσαντο πρὸ τῆς τελευτῆς φωναῖς (43) (Nic. H. E. vii, 29-31).*

Ὡς τω δὴ Κωνσταντίνου, ὃν βασιλεῖα ἐκ βασιλείας, εὐσεβῆ τε ἐξ εὐσεβεστάτου καὶ πάντα σωφρονεστάτου γεγενῆσθαι προειρήκαμεν (44), Λικινίου τε τοῦ μετ' αὐτὸν συνέσει καὶ εὐσεβεῖα τετιμημένων πρὸς τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τε τῶν ὄλων καὶ Σωτῆρος, διὰ θεοφιλῶν κατὰ τῶν δύο δυσσεβεστάτων τυράννων **C** ἀνεγερμένων, πολέμου τε νόμου παραταξαμένων, Θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτοῖς, παραδοξότατα πίπτει μὲν ἐπὶ Ῥώμης ὑπὸ Κωνσταντίνου Μαξεντίου, ὁ δ' ἐπὶ Ἀνατολῆς οὐ πολλὴν ἐπιζήσας ἐκείνῳ χρόνον, αἰσχίστῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Λικινίου, οὕτω μανέντος τότε, καταστρέφει θανάτῳ. Πρῶτερός γε μὴν ὁ καὶ τιμῆ καὶ τάξεως τῆς βασιλείας πρῶτος Κωνσταντίνος, τῶν ἐπὶ Ῥώμης κατατυραννομένων φειδῶ λαδῶν, Θεὸν τὸν οὐράνιον, τὸν τε τούτου Λόγον, αὐτὸν δὲ τὸν πάντων Σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν σύμμαχον δι' εὐχῶν ἐπικαλεσάμενος, κρείσσει πανστρατιᾶς, Ῥωμαίους τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας προμνόμενος. Μαξεντίου δὴ τὰ μᾶλλον ταῖς κατὰ γοιτείαν μηχαναῖς, ἢ τῆ τῶν ὑπὲρκόων ἐπιθαρσοῦντος εὐνοίᾳ, προελθεῖν γε μὴν οὐδ' ὅσον πυλῶν τοῦ ἄστραως ἐπιτολμῶντος, ὀπλιτῶν δ' ἀναριθμῶν πλήθει καὶ στρατοπέδων λόγοις μυρίοις πάντα τόπον καὶ χώραν καὶ πόλιν, ὅση τις ἐν κύκλῳ τῆς Ῥωμαίων καὶ Ἰταλίας ἀπάσης ὑπ' αὐτῷ δεδούλωτο, φραξαμένου, ὁ τῆς ἐκ Θεοῦ συμμαχίας ἀνημμένους βασιλεὺς ἐπιπὼν πρώτη **D** τῶν ὄλων καὶ Σωτῆρος· δύο θεοφιλῶν κατὰ τῶν δύο δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγερμένων, etc. Optime. Atque ita Eusebium scripsisse ex sequentibus apparet. Nam in fine periodi, mentio fit tam Licinii quam Constantini : ex quo planum fit, Eusebium de utroque supra locutum fuisse. Sed exscriptor nomen Licinii consulto expunxit ob subsecutam ejus inipectam. Cum codd. Max. et Med. consentiunt etiam Fuk. et Savil.

(43) In omnibus codicibus transpositi erant tituli capitum, et capiti 9 adjectus erat titulus qui capitis 10 esse debuerat ; contra capiti 10 tribuebatur is qui proprius erat capitis 9. Hunc errorem in versione nostra emendaveramus.

(44) Γεγονέναι προειρήκαμεν. Post has voces in vetustissim. codd. Max. et Med. hæc sequuntur verba : Λικινίου τε τοῦ μετ' αὐτὸν συνέσει καὶ εὐσεβεῖα τετιμημένων, πρὸς τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τε

καὶ δευτέρῃ καὶ τρίτῃ τοῦ τυράννου παρατάξει, εὐ μάλα τε πάσας ἑλὼν, πρόβεισιν ἐπὶ πλείστον ὅσον τῆς Ἰταλίας, ἤδη τε αὐτῆς Ῥώμης ἀγγίχοντα ἦν· εἶθ' ὡς μὴ τοῦ τυράννου χάριν Ῥωμαίους πολεμῆν ἀναγκάζοιτο, Θεὸς αὐτὸς δεσμοῖς τισιν ἵσπερ τὸν τυράννον πορρωτάτω πυλῶν ἐξέλκει, καὶ τὰ πάλαι δὴ κατὰ ἀσεβῶν ὡς ἐν μύθου λόγῳ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀπιστούμενα, πιστὰ γε μὴν πιστοῖς ἐν Ἰσραὶς Βίβλοις ἐδηλιτευμένα, αὐτῇ ἐνεργεῖα πᾶσιν, ἀπλῶς εἰπεῖν, πιστοῖς καὶ ἀπίστοις, ὀφθαλμοῖς τὰ παράδοξα παρεληφόντιν ἐπιστώσατο. Ὡσπερ οὖν ἐπ' αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ τοῦ πάλαι θεοσεβοῦς Ἑβραίων γένους, ἔδραμα Φαραὼν καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἐβρίβεν εἰς θάλασσαν, ἐπιλέκτους ἀναδάτας τριστάτας (45) κατεπόντισεν ἐν θαλάσῃ Ἐρυθρᾷ, πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτοῦς, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ Μαξέντιος, οἱ τε ἀμφ' αὐτὸν ὀπλιταὶ καὶ δορυφόροι ἔδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος, ὀπηνίκα νῶτα δούς τῆ ἐκ Θεοῦ μετὰ Κωνσταντίνου δύναμει, τὸν πρὸ τῆς πορείας διψεῖ ποταμὸν· ἐν αὐτῷ σκάφεσι ζεύξας καὶ εὐ μάλα γεφυρώσας, μηχανὴν ἐλέθρου καθ' ἑαυτοῦ συνεστήσατο. Ἐφ' ἣν ἂν εἰπεῖν· Ἄλκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπασεῖται εἰς βύθρον ἐν εἰργάσατο. Ἐπιστρέφει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφῇ αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται. Ταῦτη ὄντα τοῦ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ζεύγματος διαλυθέντος, ὑφίσταται μὲν ἡ διάβασις, χωρεῖ δ' ἀθρόως αὐτανδρα κατὰ τοῦ βυθοῦ τὰ σκάφη, καὶ αὐτὸς γε πρῶτος ὁ δυσσεβέστατος, εἶτα δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὑπασπισταί, ἧ τὰ θεῖα προαναφωρεῖ λόγια, εἰ ἔδυσαν ὡσεὶ μολυβδος ἐν ὕδατι σφοδρῶ· ὡστε εἰκότως εἰ μὴ λόγοις, ἔργοις δ' οὖν ὁμοίως τοῖς ἀμφὶ τὸν μέγαν θεράποντα Μωϋσέα τοὺς παρὰ Θεοῦ τὴν νίκην ἀραμένους, αὐτὰ δὴ τὰ κατὰ τοῦ πάλαι δυσσεβοῦς τυράννου ὡδὲ πως ἀνυμνεῖν (46) καὶ λέγειν· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Ἴππον καὶ ἀναβάτην ἐβρίβεν εἰς θάλασσαν· βοηθὸς καὶ σκεπαστῆς Κυρίως ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν (47) καὶ· Τίς ὁμοίός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, τίς ὁμοίός σοι; δεδόξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστός ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα. Ταῦτα γὰρ καὶ ὅσα τούτους ἀδελφὰ τε καὶ ἐμπερῆ Κωνσταντίνος τῷ πανηγυρόντι καὶ τῆς νίκης αἰτίῳ Θεῷ αὐτοῖς ἔργοις ἀνυμνήσας, ἐπὶ Ῥώμης μετ' ἐπινικίων εἰσήλαυε, πάντων ἀθρόως αὐτὸν ἅμα κομῆ ἡντιοῖς καὶ γυναιξί, τῶν τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τῶν ἄλλων διασημοτάτων (48), σὺν

<sup>45</sup> Exod. xv. <sup>46</sup> Psal. vii, 16.

(45) *Τριστάτας*. Ita legitur Exodi cap. xv, ubi multa interpretes afferunt de hujus vocis significatione. Ego ternos ex curribus pugnantes intelligo, ut recte habet Vulgata versio, quam immerito reprehendit Hieronymus. Πρωτοστάτης, παραστάτης, vocabula sunt tactica. Eadem forma τριστάτης. Recte ergo Rufinus ternos statores vertit.

(46) *Ὡδὲ πως ἀνυμνεῖν*. Non probo interpretationem Christophorsoni, qui vertit *canere potuisset*. Imo vertendum erat *cecinerit*, ut ex sequentibus apparet. Ait enim Eusebius, non verbis, sed factis ipsis Constantinum ita cecinisse: Ταῦτα γὰρ καὶ ὅσα τούτους ἀδελφὰ, Κωνσταντίνος τῷ Θεῷ ἔργοις αὐτοῖς ἀνυμνήσας.

(47) *Βοηθὸς καὶ σκεπαστῆς μου Κύριος ἐγένετό*

da, reg ones quas servitutis jugo oppressas tenebat, innumerabili armorum multitudine et dispositis ad insidiandum exercitibus undique munitis: divino fretus auxilio Constantinus primam, secundam ac tertiam tyranni aggressus aciem, cunctas levi negotio fudit ac fugavit. Ita totius Italiae aditu sibi patefacto, ulterius progressus, tandem ad ipsam usque urbem Romam pervenit. Verum ne unius tyranni causa Romanos omnes oppugnare necesse haberet, Deus illum quasi vinculis quibusdam constrictum quam longissime extra urbis portas protulit: simulque prisca illa adversus impios edita miracula quae sacris Voluminibus continentur, et quibus multi quidem perinde ac fabulis fidem derogant, cum tamen apud fideles fide digna videantur: cunctis tam fidelibus quam infidelibus qui hoc miraculum quod dicturi sumus, oculis suis spectaverunt, verissima esse opere ipso comprobavit. Nam quemadmodum Mosis ac religiosae quondam gentis Hebraeorum temporibus, Deus currus et exercitum Pharaonis projecit in mare, lectissimos milites ternos ex curru pugnantes submersit in mari Rubro, et fluctibus operuit: sic plane Maxentius et quicumque circa illum erant milites ac stipatores, instar lapidis in altissimum gurgitem ceciderunt: tunc videlicet cum divina virtute Constantini partibus auxiliante in fugam versus, fluvium sibi obiectum pertransiret: 359 in quo, ponte ex scaphis contabulato, ipse machinam quendam ad suam ipsius perniciem construxerat. Proinde et huc licet merito potuit: Scrobem aperuit atque effodit: et in foveam quam fecit ipse incidit. Convertitur labor ejus in proprium caput, et in verticem ipsius iniustitia ejus recidet. In hunc igitur modum soluta pontis compage, transitus quidem subsidere cepit; navigia vero simul cum ipsis hominibus repente pessumiere: primusque omnium scelestissimus ille tyrannus, ac deinde cuncti quos circa se habebat corporis custodes, sicut divina praedixerunt oracula, instar plumbeae massae in altissimum gurgitem delapsi sunt. Adeo ut milites qui tunc ope divini numinis victoriam adepti sunt, perinde ac olim Israelitae quos magnus ille Dei famulus Moyses ducebat, merito, si non verbis, saltem rebus ipsis eadem quae illi quondam adversus impium illum Pharaonem cantaturi fuerint in hunc

*μοι εἰς σωτηρίαν*. Haec est lectio codd. Maz. et Savil., quam confirmat Rufinus; sic enim vertit: «Adjutor et protector meus, et factus est mihi in salutem.» Vulg. βοηθὸς καὶ σκεπαστῆς ἐγένετό μοι. Locus est in cap. xv Exodi, ubi Romana LXX Interpretum editio voces illas μου Κύριος non habet. Quod profecto miror: nam Eusebium editione LXX interpretum usum esse, pro certo habeo. Paulo post ubi legebatur: θαυμαστός ἐν δόξαις ποιῶν τέρατα, restitui θαυμαστός ἐν δόξαις ex auctoritate codd. Maz. et Fuk., quibus Romana LXX subscribit editio, ut et interpretatio Rufini.

(48) *Καὶ τῶν ἄλλων διασημοτάτων*. Non intellexit hanc vocem Christophorsonus, nec Musculus. Sic Graeci vocabant eos, quos Latini perfectissimos.



modum : « Cantemus Domino ; magnifice enim glorificatus est. Equum et ascensorem projecit in mare. Adjutor et Protector factus est mihi ad salutem <sup>95</sup>. » Et iterum : « Quis similis tibi inter deos, Domine ? quis similis tibi ? glorificatus in sanctis, mirabilis in gloria, faciens prodigia <sup>96</sup>. » Hæc et alia horum germana atque similia cum Constantinus in laudem Dei universorum principis et victoriæ auctoris factis ipsis cecinisset, Romani triumphans ingressus est : universo pariter senatu aliisque ex equestri ordine et populo Romano, simul cum uxoribus ac liberis læto vultu ex animo, eum, utpote liberatorem, servatorem, et honorum omnium auctorem cum faustis acclamationibus et inexplibili quodam gaudio excipientibus. Verum ille pietatem in Deum quasi insitam sibi atque innatam gerens, his acclamationibus nullatenus de statu mentis deturbatus, nec inflatus laudibus : cum divinum sibi auxilium adfuisse probe intelligeret, statim jussit ut Dominicæ passionis tropæum supra manum statuæ sibi positæ erigeretur. Cumque Romani in celeberrimo urbis loco statuam ei dedicassent, quæ dextra manu salutare crucis signum gestabat, hujusmodi inscriptionem Latino sermone in basi jussit apponi : *Hoc salutari signo quod veræ virtutis insigne est, vestram urbem tyrannicæ 360 dominationis jugo liberatam servavi. Senatui populoque Romano in libertatem asserto pristinum decus nobilitatis splendoremque restitui.* Post hæc imperator Constantinus, et collega ejus Licinius qui nondum in eam insaniam proruperat quæ postea mentem ejus pervertit ; ambo Deum omnium quæ sibi evenerant honorum auctorem venerantes placantesque, uno consensu legem pro Christianis absolutissimam et copiosissimam promulgarunt. Et miracula quæ Deus in ipsis ediderat partæque de tyranno victoriæ nuntium, ipsamque adeo legem ad Maximinum qui in

Orientis partibus etiam tum imperabat, sequæ ipsi amicum esse simulabat, transmisere. At ille his rebus compertis, primum quidem, utpote tyrannus, graviter ingemuit. Postea vero, cum nec videri vellet aliis cessisse, nec rursus id quod jussum erat suppressere auderet, metu eorum qui jusserant ; hanc primum pro Christianis epistolam veluti suo pte motu et ex propria auctoritate conscriptam ad præsidem imperii sui, necessitate adactus direxit ; ea quæ nunquam

*Exemplum interpretationis epistolæ tyranni Maximini.*

« Jovius Maximinus Augustus, Sabino. Et gravitati tuæ et cunctis mortalibus notum esse arbi-

<sup>95</sup> Exod. xv. 12. <sup>96</sup> Ibid. 11.

Hic autem titulus proprius erat equestris ordinis, ut clarissimi dignitas, peculiaris erat senatorii ordinis. Certe procuratores principis et rationales, quos ex equestri ordine fuisse constat, perfectissimi vocabantur. Porro hæc dignitas in vetustis inscriptionibus his fere notis designatur P. V., id est, vir perfectissimus. Sic in *Thesaurio* Gruteri, pag. 1098, et in epist. 40, lib. x, Symmachi. Vide quæ notavi ad librum xxi Amm. Marcellini, pag. 202.

(48<sup>a</sup>) Συνησθημένος. Sic Stephan., ut et pag. 840, C, ἡσθημένοι. Alii συνασθόμενος. EDIT.

(49<sup>a</sup>) Ἐπὶ χεῖρα ἰδίας εἰκόνας. Ita legitur etiam in lib. 1 *De vita Constantini*, cap. 40. Malim tamen scribere ὑπὲρ χεῖρα, quod confirmat Rufinus : « Vexillum Dominicæ crucis in dextera sua jubet depingi. »

(50) Παρεκθέσθαι τὸ κελευθὸν. Pessime Christophorsonus vertit *diru'gare*. Rectius Musculus in-

παντὶ δῆμῳ Ῥωμαίων, φαυδροῖς ὄμμασιν, αὐταῖς ψυχαῖς, οἷα λυτρωτὴν, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην, μετ' εὐφημιῶν καὶ ἀπλήστου χαρᾶς ὑποδεχομένον. Ὁ δ' ὡσπερ ἐμφυτον τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μηδ' ὄλως ἐπὶ ταῖς βουαῖς ὑποσαλευόμενος, μηδ' ἐπαυρόμενος τοῖς ἐπαίνοις, εὐ μάλα τῆς ἐκ Θεοῦ συνησθημένος (48<sup>a</sup>) βοηθείας, αὐτίκα τοῦ σωτηρίου τρόπαιον πάθους ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνας (49) ἀνατεθῆναι προστάττει· καὶ δὴ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐπὶ τῇ δεξιᾷ κατέχοντα αὐτὸν ἐν τῷ μάλιστα τῶν ἐπὶ Ῥώμης δεδημοσιευμένων τόπων στήσαντες, αὐτὴν δὴ ταύτην ὑπογραφῆν ἐντάξει βήμασι αὐτοῖς τῇ Ῥωμαίων ἐγκελεύεται φωνῇ· *Τούτω τῷ σωτηριώδει σημεῖω, τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρίας, τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ τυράννου διασωθεῖσιν ἡλευθέρωσα· ἐτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων, τῇ ἀρχαῖ ἐπιφανείᾳ καὶ τῇ λαμπρότητι, ἐλευθέρωσας ἀποκατέστησα.* Καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις αὐτὸς τε Κωνσταντῖνος καὶ σὺν αὐτῷ βασιλεὺς Λικίνιος, οὕτω τότε ἐφ' ἣν ὕστερον ἐκπέπτωκε μανίαν, τὴν διάνοιαν ἐκτραπεῖς, Θεὸν τὸν τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων αὐτοῖς αἰτίων εὐμενίσαντες ἄμφω, μὴ βουλή καὶ γνώμη νόμον ὑπὲρ Χριστιανῶν τελεώτατον πληρέστατα διατυποῦνται, καὶ τῶν πεπραγμένων εἰς αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ τὰ παράδοξα, τὰ τε τῆς κατὰ τοῦ τυράννου νίκης, καὶ τὸν νόμον αὐτὸν Μαξιμίνω τῶν ἐπ' Ἀνατολῆς ἔθνῶν ἐτι δυναστεύοντι, φιλίαν τε πρὸς αὐτοὺς ὑποκοριζομένων διαπέμπονται. Ὁ δ' οἷα τύραννος, περιαλγῆς ἐφ' οἷς ἔγνω γεγεννημένος, εἶτα μὴ δοκεῖν ἑτέροις εἶξαι βουλόμενος, μηδ' αὐ παρεκθέσθαι τὸ κελευθὸν (50) δεῖι τῶν προστεταχῶτων, ὡς ἂν ἐξ ἰδίας αὐθεντίας τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἡγεμόσι τοῦτο πρῶτον ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπίναγκες διαχαράττει τὸ γράμμα, τὰ μηδέπω ποτὲ πρὸς αὐτοῦ πεπραγμένα, ἐπιπλάστως αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ ψευδόμενος.

At ille his rebus compertis, primum quidem, utpote tyrannus, graviter ingemuit. Postea vero, cum nec videri vellet aliis cessisse, nec rursus id quod jussum erat suppressere auderet, metu eorum qui jusserant ; hanc primum pro Christianis epistolam veluti suo pte motu et ex propria auctoritate conscriptam ad præsidem imperii sui, necessitate adactus direxit ; ea quæ nunquam

*Ἀντίγραφον ἐρμηνείας ἐπιστολῆς τοῦ τυράννου Μαξιμίνου.*

« Ἰδῖος Μαξιμίνος (51) Σεβαστῆς, Σαβίνω. Καὶ παρὰ τῆς σῆς στυδαρότητι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις

Interpretatus est *prævaricari*. Quamquam neque hic mentem Eusebii assensum est. Παρεκθέσθαι idem est quod ἐν παραβύστω θέσθαι, ut dixit Eusebius in principio hujus libri, id est, *seponere* et *occultare*, ut antea fecerat Maximinus, cum rescriptum Galerii pro Christianis ad ipsum missum fuisset. Tunc vero cum Constantinus et Licinius, victo Maxentio, legem pro Christianis ad eum miserunt, eam suppressere non ausus est Maximinus, metu scilicet potentiorum, ut addit Eusebius. Porro Nicephorus, cum eam vocem non intelligeret, *παραιτεῖσθαι* pro ea substituit.

(51) Ἰδῖος Μαξιμίνος. Jovii cognomentum primum sibi sumpsit Diocletianus, ut collega ejus Maximianus Herculi. Postea cum Cæsares facti essent Constantius et Galerius : Galerius quidem qui Diocletiani filiam duxerat, et qui cum Diocletiano in

φανερὸν εἶναι πέποιθα, τοὺς δεσπότας ἡμῶν Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν τοὺς ἡμετέρους πατέρας, ἥλικα συνείδον σχεδὸν ἅπαντας ἀνθρώπους, καταλειφθείσης τῆς τῶν θεῶν θρησκείας, τῷ ἔθνει τῶν Χριστιανῶν ἑαυτοὺς συμμεμυχότας, ὀρθῶς διατεταχένοι, πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐπὶ τῆς τῶν αὐτῶν θεῶν τῶν ἀσωνάτων θρησκείας ἀναχωρήσαντας, προδῆλφν κολάσει καὶ τιμωρίᾳ εἰς τὴν θρησκείαν τῶν θεῶν ἀνακληθῆναι. Ἄλλ' ὅτε ἐγὼ εὐτυχῶς τὸ πρῶτον εἰς τὴν Ἀνατολήν (52) παρεγενόμην, καὶ ἔγνων εἰς τινὰς τόπους πλείστους τῶν ἀνθρώπων τὰ δημόσια ὠφελεῖν δυναμένους, ὑπὸ τῶν δικαστῶν διὰ τὴν προσηρημένην αἰεὶ ἐξορίζεσθαι, ἐκάστῳ τῶν δικαστῶν ἐντολὰς δέδοκα, ὥστε μηδένα τούτων τοῦ λοιποῦ προσφέρεισθαι τοῖς ἐπαρχιώταις ἀπῆνως, ἀλλὰ μᾶλλον κολακείας καὶ προτροπαῖς πρὸς τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν αὐτοὺς ἀνακαλεῖν. Τριηκοῦτα οὖν ὅτε ἀκολούθως τῆ κλειούσει τῆ ἐμῇ ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἐφυλάττετο τὰ κροστεταγμένα, συνέβαινε μηδένα ἐκ τῶν τῆς Ἀνατολῆς μερῶν, μήτε ἐξόριστον μήτε ἐνύδριον γενέσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τοῦ μὴ βαρέως κατ' αὐτῶν τινεῖσθαι, εἰς τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν ἀνακαλεῖσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα ὅτε τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ (53) εὐτυχῶς ἐπέβην εἰς τὴν Νικομηδείαν κάκει διετέλου, παρεγένοντο πολῖται τῆς αὐτῆς πόλεως πρὸς μὲ ἅμα μετὰ τῶν ἑσάνων τῶν θεῶν, μερίζοντας δεόμενοι, ἵνα παντὶ τρόπῳ τὸ τοιοῦτον ἔθνος μηδαμῶς ἐπιτρέποιτο ἐν τῇ αὐτῶν πατρίδι οἰκεῖν. Ἄλλ' ὅτε ἔγνων πλείστους τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀνδρας ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσιν οἰκεῖν, οὕτως αὐτοῖς τὰς ἀποκρίσεις ἀπέκλειμον, ὅτι τῆ μὲν αἰτήσεαι αὐτῶν ἀσμένως χάριν ἔσχηκα, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων τοῦτο αἰτηθῆν κατατίλον· εἰ μὲν οὖν τινες εἶεν τῆ αὐτῆ δεισιδαιμονία διαμένοντες, οὕτως ἕνα ἕκαστον ἐν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει τὴν βούλησιν ἔχειν (55), καὶ εἰ βούλοιντο τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν ἐπιγινώσκειν. Ὅμως καὶ τοῖς τῆς αὐτῆς πόλεως Νικομηδεῦσι, καὶ ταῖς λοιπαῖς πόλεσιν αἰ καὶ αὐταὶ εἰς τοσοῦτον τὴν ὁμοίαν αἴτησιν περισπούδαστως πρὸς μὲ πεποιήκασιν, δηλονότι ἵνα μηδὲ εἰς τῶν Χριστιανῶν ταῖς πόλεσιν ἐνοικίῃ, ἀνάγκην ἔσχον προσφυλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ ἀρχαῖοι αὐτοκράτορες πάντες διεφύλαξαν, καὶ αὐτοῖς τοῖς θεοῖς δι' οὓς πάντες ἀνθρώποι καὶ αὐτὴ ἡ τῶν δημοσίων διοικήσις συνίσταται, ἤρσεσεν οὖν (54),

A rror, qualiter domini ac parentes nostri Diocletianus et Maximianus, cum cunctos fere homines, relicto deorum immortalium cultu, ad Christianorum sectam se applicuisse cererent, recte atque ordine constituerunt, ut quicumque a deorum suorum religione descivissent, publica animadversione et supplicio ad eorumdem cultum revocarentur. Ego vero cum in Orientis provincias felicibus auspiciis primum venissem, comperissemque quæ plurimos homines qui reipublicæ usui esse possent, ob eam quam dixi causam a iudicibus in certa loca relegari; singulis iudicibus in mandatis dedi, ne quis eorum deinceps adversus provinciales atrociter sæviret; sed ut potius blanditiis et adhortationibus ad deorum cultum eos revocare conarentur. Quamdiu igitur juxta mandatum majestatis nostræ, hæc a iudicibus, prout jusseram, observata sunt, nemo ex partibus Orientis aut relegatus, aut contumelia affectus est. Quin potius provinciales nostri eo quod clementius cum ipsis agebatur, ad numinum cultum redierunt. Postea vero cum anno præterito Nicomediam feliciter essem ingressus, cives ejus urbis me illic degentem adierunt cum deorum simulacris; obnixe orantes, ne hujusmodi hominum genus in sua civitate habitare omnino sineretur. Sed quoniam complures hujus religionis viros illis in partibus degere cognoveram, hoc eis responsum dedi, me quidem eorum petitioni libenter gratificaturum; sed non animadvertere id ipsum ex æquo ab omnibus postulari. Quod si qui sint qui in Christianorum superstitione permaneant, unumquemque pro arbitrato ac mentis suæ proposito eligere quod vellet; et si deorum religionem amplecti vellent, perinde id licere. Sed tamen et Nicomediensibus, et reliquis civitatibus quæ eamdem ad me petitionem cum summa contentione detulerant, ut videlicet nullus Christianorum in suis urbibus habitaret, necesse habui benigne respondere, quando ita observatum fuisset a cunctis retro imperatoribus; diis quoque immortalibus per quos genus humanum et reipublicæ permanet status, id ipsum placuisset: me quoque hujusmodi petitionem quam de cultu deorum suorum ad me detulissent, confirmaturum. Quamobrem etsi jam antea sæpe devo-

Oriente fere semper versatus est, Cæsar Jovius est appellatus. Sic enim in *Chronico Alexandrino* dicitur, et in vetere nummo quem edidit Joannes Tristanus, Constantius vero, utpote qui Maximiani Herculii privigam duxerat, et cum illo in Occidente versabatur, Cæsar Herculius dictus est, ut ex vetere panegyrico observavit frater meus Adrianus Valesius. Mortuo deinde Galerio, Maximinus, qui Cæsar ab illo factus fuerat, cognomentum Jovii assumpsit, ut ex hoc Eusebii loco discimus.

(52) *Εἰς τὴν Ἀνατολήν.* Orientis nomine Ægyptus etiam continebatur. Hujus enim administratio commissa fuerat Maximino Cæsari. Quippe Maximinus cum Cæsar a Galerio factus fuisset, omnes eas provincias quas Diocletianus sibi retinuerat, regendas accepit. Atque hinc factum est, ut Ægyptus diu postea inter provincias Orientis numerata sit. Sic certe Anon. Marcellinus in lib. xiv, ubi provincias

Orientis recenset, inter has numerat Ægyptum et Mesopotamiam. Sed et Ægyptus initio fuit sub comite Orientis, ut docet vetus inscriptio quæ sic habet: M. MAECIO MEMMIO FURIO BALBURIO CÆCILIANO PLACIDO C. V. COMITI ORIENTIS ÆGYP TI MESOPOTAMIE CONSULI ORDINARIO, etc.

(53) *Τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ.* Anno scilicet Christi 311, Maximiano octies cos. Eo enim anno cum Galerius mortuus esset, Maximinus Bithyniam occupavit, quam Galerius una cum Illyrico et Thracia sibi retinuerat. Vide quæ notavi supra c. 5, ubi de Luciano martyre.

(55) *Ἐν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει τὴν βούλησιν ἔχειν.* Hæc proverbialiter dici videntur. Hoc est quod dicit Persius:

*Velle suum cuique est*

Sed post hæc verba videtur quidpiam deesse.

(54) *ἤρσεσεν οὖν.* Ultima vox superflua est, nec

tioni tuæ partim per litteras scripsi, partim coram in mandatis dedi, ut adversus provinciales qui hunc Christianæ religionis ritum retinere voluerint, provinciarum rectores nihil acerbè statuatur, sed potius clementer et moderate indulgeant, seque illis accommodent : tamen ne forte a beneficiariis illi qui huncscunque aliis injurias et concussionibus patiantur, his etiam litteris gravitatem tuam admonendam esse existimavi, ut provinciales nostros blanditiis potius et exhortationibus ad deorum curam ac providentiam agnoscendam allicias. Itaque si quis sua sponte deorum cultum suscipiendum agnoverit, hunc ambabus nihil amplecti oportet. Quod si qui religioni suæ inhærere maluerint, arbitrio ac potestati suæ sunt permittendi. **362** Debet igitur devotio tua quod ipsi mandatum est sedulo observare ; nec provinciales nostros injuriis aut concussionibus opprimendi licentia cuiquam concedatur : cum potius, uti jam dictum est, cohortationibus blandis illecebris ad deorum cultum revocandi sint. Porro ut hoc præceptum majestatis nostræ universis provincialibus nostris innotescat, edicto ab te proposito jussione nostram publicari curabis. Hæc cum ille non ex animi sui sententia, sed necessitate compulsus præcepisset, non amplius verax aut fide dignus omnibus videbatur, propterea quod jam antea post pacem nobis similiter indultam, versutiam ac per-

apud Nicephorum habetur. Certe totus hic locus valde intricatus est et obscurus. Ac primum quidem difficultas est in his verbis : ὅτι δὴ αὐτὸ τοῦτο, etc. quæ Langus et Christophorus interpretantur « propterea quod. » Potest tamen adverbium illud ὅτι δὴ, simpliciter sumi pro « quod. » Ut sit sensus hic : Non omni diebus benigne respondi, ita semper observatum fuisse a superioribus principibus. Atque hic sensus re nunc diligentius examinata, mihi magis placet. Postea pro his verbis ἤρρεσεν οὖν, emendo ἤρρεσεν οὖν, certissima conjectura. Nam nunc opponitur verbis præcedentibus οἱ ὄρχαιοι ἀδοχράτορες. Sic igitur vertendus est hic locus : « Necessè habui benigne respondere, ita semper observatum fuisse a cunctis retro imperatoribus : et nunc quoque diis immortalibus per quos genus humanum et reipublicæ permanet status idipsum placuisse, et hujusmodi petitionem quam de cultu deorum suorum ad me detulissent, confirmarem. » Certe adverbium ὅτι δὴ, ita sumitur ab Eusebio pag. 171.

(55) Καὶ δι' ἐντολῶν. Mandata hoc loco Maximinus ab epistolis distinguit. Quippe epistolæ quidem principum, ad absentes magistratus mittebantur ; mandata vero ipsis præsentibus tradebantur a principe, antequam in provincias proficiscerentur, brevi libello comprehensa. Inter quæ primum illud erat, ut præsides valetudinem suam diligenter curarent. Lucianus de lapsu quem inter salutandum admisit : Τί δ' οὐχὶ καὶ ἐν τῶ τῶν καὶ ἐντολῶν βιβλίῳ, ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως λαμβάνετε, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστὶ παράγγελμα, τῆς υγείας τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι ; De his principum mandatis passim loquuntur juris auctores. Dio lib. LIII. p. 506 : Ἐντολὰς τὲ τινας καὶ τοὺς ἐπιτρόπους, καὶ τοὺς ἀνθυπάτους, τοὺς τε ἀντιστρατήγους ἴδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξήσωσι. Id est : « Quædam etiam mandata imperator dat procuratoribus et procuratoribus et legatis prætoribus, ut sub certis legibus et conditionibus in provincias proficiscantur. Nam et hoc tunc primum institutum est, utque annuum

ᾧστε τὴν τοσαύτην αἴτησιν ἦν ὑπὲρ τῆς θρησκείας τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἀναφέρουσι, βεβαιώσαιμι. Τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ τῇ σῇ καθοσιώσει πρὸ τούτου τοῦ χρόνου διὰ γραμμάτων ἐπέσταλται, καὶ δι' ἐντολῶν (55) ὁμοίως κεκέλευσται, ἵνα μὴ κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τὸ τοιοῦτον ἔθος διαφυλάξαι (56) ἐπιμεληθέντων, μηδὲν τραχέως, ἀλλὰ ἀνεξικάνκως (57) καὶ συμμέτρως συμπεριφέροντο αὐτοῖς, ὁμως ἵνα μήτε ὑπὸ τῶν βενεφικαλιῶν (58), μήτε ὑπ' ἄλλων τῶν τυχόντων, ὕβρεις μήτε σεισμούς ὑπομένοιν, ἀχόλουθον ἐνόμισα, καὶ τούτοις τοῖς γράμμασι τὴν σὴν σιταρθότητα ὑπομνήσαι, ὅπως ταῖς κολακείαις καὶ ταῖς προτροπαῖς μᾶλλον τῆν τῶν θεῶν ἐπιμέλειαν τοῖς ἡμετέροις ἐπαρχιώταις ποιήσας ἐπιγινώσκειν. Ὅθεν εἰ τις τῇ αὐτοῦ προαιρέσει τὴν θρησκείαν τῶν θεῶν ἐπιγνωστῆρον προσλάβοι, τούτους ὑποδέξασθαι προσήκει· εἰ δὲ τινες τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἀχόλουθον βούλοιντο, ἐν τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ καταλίποις (59). Διόπερ ἡ σὴ καθοσιώσις τὸ ἐπιτραπέν σοι διαφυλάττειν ὀφείλει, καὶ μηδὲν ἐξουσία δοθῆ, ᾧστε τοῖς ἡμετέροις ἐπαρχιώταις ὕβρеси καὶ σεισμοῖς ἐπιτρέψαι, ὁπότε, ᾧστε προγέγραπται, ταῖς προτροπαῖς μᾶλλον καὶ ταῖς κολακείαις πρὸς τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν τοῖς ἡμετέροις ἐπαρχιώταις προσήκει ἀνακαλεῖν. Ἴνα δὲ αὐτῇ ἡμῶν ἡ κέλευσις εἰς γνῶσιν πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων ἐλθῆ, διατάγματι ὑπὸ σοῦ προτεθέντι (60) τὸ κεκε-

salarium tum ipsis tum aliis præberetur. » Sic vertendus est ille Dionis locus, quem Xylander partim omisit, partim interpolavit. Denique Philo in oratione in Flaccum pag. 757 dicitur τὸν πρὸς Μάρκον Μάξιμον ἐντολῶν μέλλοντα, etc., ubi Gelenius male Epistolæ vertit.

(56) Τὸ τοιοῦτον ἔθος διαφυλάξαι. Scribendum est ἔθος, non ἔθος ; quod miror nec a Musculo, nec a Christophoro animadversum fuisse.

(57) Ἀλλὰ ἀνεξικάνκως. Codd. Medicæus et Maz. duas hic voces addunt, ἀλλὰ ἀνεξικάνκως καὶ συμμέτρως. Quibus subscribit etiam codex Savilii.

(58) Βενεφικαλιῶν. Beneficarii dicebantur milites, qui beneficio tribuni promoti erant, immunes a plerisque munis et operibus militaribus, ut docet Vegetius. In ultimo edicto Maximini quod refertur, c. 10, legitur ὀφφικαλιῶν. Horum mentio fit in passione sancti Fructuosi episcopi, quæ sic incipit in ms. : « Cum a Valeriano et Gallieno imp. data esset jussio per universum orbem, ut Christiani sacrificarent, Æmilianus præses adveniens in civitatem Terraconensium immolavit diis, et surgens de nocte, alia die illucescente Dominica misit beneficiarios ad domum Fructuosi episcopi, id est, Aurelium, Festucium, Ælium, Pollentium, Donatum et Maximum, ad perducendos ad se sanctos Dei. »

(59) Ἐξουσία καταλίποις. Scribendum est καταλίπειν, ut habet Nicephorus, subauditur enim προσήκει. Paulo ante, ubi dicitur ἐπιγνωστῆρον προσλάβοι est enallage, pro ἐπιγινώσκωι προσληπτῆρον. In codice Fulk. legitur προλάβοι.

(60) Διατάγματι ὑπὸ σοῦ προτεθέντι. Moris erat ut præfecti prætorio, simul atque legem imperatoris acceperant, edicto suo proposito eam provincialibus publicarent. Et interdum quidem ipsam imperatoris legem edicto suo præponebant, ut notavit Jac. Sirmondus in libro II. Propemptici, cap. 2. Interdum vero legis mentione duntaxat facta, edictum suum proponebant. Sic certe Sabinus præfectus prætorio fecisse dicitur in cap. 10 hujus

λευσμένον ὀφειλεῖς δῆλωσαι. ὁ Ταυθ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἄσθενος. ἀλλ' οὐ κατὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ διακελευσάμενος, οὐκέτ' ἀληθῆς. οὐδ' ἀξιώπιστος παρὰ τοῖς πᾶσιν ἦν, τῆς πρόσθεν ἤδη μετὰ τὴν ὁμοίαν συγχώρησιν παλιμθόλου καὶ διεψευσμένης αὐτοῦ γνώμης ἕνεκα. Οὐκ οὖν ἐτόλμα τις τῶν ἡμετέρων σύνοδον συγκροτεῖν (61), οὐδ' αὐτὸν ἐν φανερῶ καταστήσασθαι, ὅτι μὴδὲ τοῦτ' ἤθελεν αὐτῷ τὸ γράμμα, αὐτὸ μόνον τὸ ἀνεπηρέαστον ἡμῖν ἐπιτρέπον φυλάττεσθαι, οὐ μὴν συνόδους ἐπιχειλεῖον ποιῆσθαι, οὐδ' οἴκους ἐκκλησιῶν οἰκοδομεῖν, οὐδ' ἄλλο τι τῶν συνήθων ἡμῖν διαπραττεσθαι. Καὶ τοί γε ταυθ' οἱ τῆς εἰρήνης προήγοροι καὶ εὐσεβίας Κωνσταντῖνος καὶ Λικίνιος, αὐτῷ τε ἐπιτρέπουν ἐπεσάλκεσαν (62), καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀπασι διὰ προγραμμάτων καὶ νόμων συγκεχωρήχασαν. Οὐ μὴν ὁ

fidiam animi sui ostenderat. Itaque nemo nostrum aut conventus ecclesiasticos agere, aut seipsum palam facere et in apertum proferre ausus est: quippe cum nec epistola ipsa id nominatim concederet; sed tantum juberet ut ab omni calumnia et vexatione immunes servaremur. Conventus autem agere aut ecclesias extruere, aut aliud quid eorum quæ nobis solemnitas sunt peragere, nequaquam præcipiebatur. Et tamen pacis ac pietatis patroni Constantinus et Licinius, tum litteris ad ipsum datis id se nobis concedere significaverant: tum universis ditioni suæ famulantibus, propositis edictis et legibus id ipsum permiserant. Verum impius ille ne sic quidem flecti ac paululum cedere decrevit, nisi postquam divina eum persequente justitia ad id tandem invitatus perductus est.

πρὸς τῆς θείας συναλασθείς δίχης, ὑστατὸν γε ἄκων ἐπὶ τοῦτ' ἤχθη.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ τῆς τῶν θεοφιλῶν βασιλέων νίκης.  
(Nic. H. E. VII, 37, 38).

Ἐκπεριήλθε δ' αὐτὸν (63) τοιαύτη τις αἰτία· τὸ μέγεθος τῆς οὐ κατ' ἀξίαν ἐπιτραπέισης ἡγεμονίας αὐτῷ μηκέθ' οἶός τε φέρειν, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν σώφρονος λογισμοῦ καὶ βασιλικῆς ἀπειροκάλως τοῖς πράγμασιν ἐγχειρῶν, ἐπὶ πάσῃ τε ὑπερηφανίας μεγαλαυχία τὴν ψυχὴν ἀλόγως ἀρθεῖς, ἤδη καὶ κατὰ τῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν, τὰ πάντα αὐτοῦ διαφερόντων γένει τε καὶ παιδείᾳ, ἀξιώματι τε καὶ συνέσει, καὶ τῷ γε πάντων κορυφαίωτάτῳ, σωφροσύνῃ, καὶ τῇ περὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν εὐσεβείᾳ, τολμᾶν ὕμνητο θρασύνεσθαι, καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ἀναγορεύειν (64). Ἐπιτείνας δὲ εἰς ἀπόνοιαν (65) τὰ τῆς

### CAPUT X.

De victoria piorum Deoque acceptorum imperatorum.

Porro hujusmodi causa ac necessitas eum quasi undique obsessum constrinxit. Cum magnitudinem principatus absque ullo merito ipsi concessi sustinere amplius non posset: sed moderata et imperatoria prudentia penitus destitutus, inepte atque indecore publica negotia tractaret; ac præterea arrogantis mentis tumore temere esset elatus, etiam adversus ipsos imperii consortes, qui omnibus modis ipsum anteibant, genere, institutione, dignitate, prudentia: quodque præcipuum est, modestia et pietate erga verum omnium Deum: confidentia atque insolentia cœpit extolli, sibi que primum inter ipsos locum in titulis **363** atque honoribus vindic-

libri. Quamquam Rufinus Sabinum dicit legem imperatoris edicto suo præposuisse. Sic enim habet: « Sed Sabinus, qui per id tempus præfecturæ culmen gerebat, omnium provinciarum rectoribus scribens, et prælatam imperatoris inserens legem, etc. » Fatendum certe est, leges imperatorum ut plurimum, antelatas fuisse edictis præfectorum prætorii. Cujus rei illustre exemplum habemus in collatione Carthaginensi, ubi post recitatam epistolam imp. ad Marcellinum tribunum et notarium, jubetur recitari edictum Marcellini, quod sic incipit: « Quid clementissimus princeps D. N. Honorius pro catholicæ fidei confirmatione decreverit, antelatorum apicum tenore monstratur, etc. » Idem etiam de epistolis imperatorum sentiendum est, quas magistratus semper suis jussionibus præponebant. Sic Himerius rationalis Ægypti in epistola ad præpositum Mareotæ quam refert Athanasius in *Apoloγία*: « Φρόντισον τοίνυν προστυχῶν καὶ τῶ ἀντιτύπῳ τοῦ θείου γράμματος, ὃ μετὰ τοῦ οὐρανοῦ σεβάσματος προτέτακται, etc. »

(61) *Σύνοδον συγκροτεῖν*. Pro his verbis Nicephorus habet *συνάγειν*, quam quidem ejus interpretationem magnopere probo. Nam σύνοδος apud Eusebium, non semper significat concilium episcoporum, sed interdum pro ecclesiasticis conventibus sumitur.

(62) *Αὐτῷ τε ἐπιτρέπουν ἐπεσάλκεσαν*. Musculus vertit: « Maximino, ut ista concederet, scripserant. » Eundem quoque sensum, sed pluribus verbis expressit Christophorus. Ego aliud sibi

voluisse Eusebium existimo: Constantinum scilicet ac Licinium scripsisse Maximino, se permisisse Christianis ut conventus agerent et ecclesias ædificarent. Si quis tamen interpretationem Musculi sequi maluerit, per me licet. Mihi quidem nequaquam verisimile videtur, Constantinum ac Licinium Maximino collegæ suo mandasse ut hæc concederet Christianis. Id enim nimis arrogans fuisset.

(63) *Ἐκπεριήλθε δ' αὐτόν*. Hujus verbi vim non intellexerunt interpretes. Quod equidem miror; cum vulgata lexica eos docere potuerint verbi hujus significationem. Porro ab hac voce caput 10 orditur vetustissimus codex Mazarinus. Cujus auctoritate conjecturam meam confirmari non mediocriter sum gavisus. Nam antequam eum codicem nactus essem, a proxime sequenti periodo caput 10 inchoaveram. Cum codice Maz. consentit etiam Reg. et Fuk.

(64) *Πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ἀναγορεύειν*. Id est, in titulis legum et constitutionum. Item in inscriptionibus operum publicorum, statuarum et imaginum se Maximinus priore loco nominavit ante Constantium et Licinium collegas, qui tamen seniores erant Augusti. Verum Maximinus cum Cæsar ante ipsos creatus fuisset, principem locum ob id sibi vindicabat.

(65) *Εἰς ἀπόνοιαν*. Nicephorus inverso ordine legit *ἐπιτείνας* δὲ εἰς *μανίαν* τὰ τῆς ἀπονοίας, non male ἀπόνοια pro superbia sumitur, ut sexcentis in locis occurrit apud Joannem Chrysostomum.

care. Dein ad desperationem usque progrediente insania, violato quod cum Licinio pepigerat fœdere, bellum inexpiabile suscepit. Post hæc cum brevi temporis spatio cuncta miscuisset, et universas urbes terrore ac tumultu implesset; collectis omnibus copiis et innumerabili ærmatorum multitudine in unum coacta, adversus Licinium pugnaturus perrexit; dæmonum quos ipse deos existimabat, auxilio, et multitudine militum supra modum elatus. In ipso autem conflictu, ope divina penitus nudatus remansit; et per illum qui solus est omnium Deus, victoria Licinio comparata est. Ac primum quidem militares copias quibus maxime confidebat, amisit. Cumque protectores eum nudum deseruissent, et ad Licinium tunc victorem transfugissent, protinus abjecto imperiali cultu qui ipsum minime decebat, ignave admodum et parum viriliter turbæ se gregalium immiscuit. Deinde fugiens, et in agris ac vicis sese occultans, dum saluti suæ consulit, vix tandem e manibus hostium evasit; divina illa oracula vera prorsus ac fide digna esse reipsa confirmans, quæ sic habent: « Non salvatur rex per multitudinem virtutis suæ, nec gigas salvus erit in multitudine fortitudinis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia virtutis suæ non servabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, et qui sperant in misericordia ejus: ut liberet a morte animas eorum<sup>67</sup>. » Sic igitur tyrannus cum summo dedecore atque ignominia ad partes imperii sui reversus, primum quidem furore percitus, multos sacerdotes ac prophetas deorum suorum, quos ante susceperat, et quorum oraculis excitatus bellum susceperat, tanquam præstigiatores ac deceptores, atque insuper salutis suæ proditores neci dedit. Posthæc cum Christianorum Deo gloriam laudemque tribuisset, et absolutissimam atque uberrimam legem pro eorumdem Christianorum libertate tulisset, mox gravissima ægrotudine correptus, nulla ipsi dilatione concessa, extremum diem clausit. Lex porro ab illo emissa sic habet:

*Exemplum constitutionis a tyranno pro Christianis datae, et ex Latino sermone in Græcum translata.*

« Imperator Cæsar Caius Valerius Maximinus, 364 Germanicus, Sarmaticus, Pius, Felix, Invictus, Augustus. Provincialium nostrorum utilitati omnibus modis nos perpetuo consulere, eaque ipsis li-

<sup>67</sup> Psal. xxxvii, 46-49.

(66) *Τὰ πάντα κυρήσας.* Nostri codices omnes habent *κυρήσας*. Quod confirmat etiam Nicephorus. Quare nescio unde vulgatam Scripturam hauserit Rob. Stephanus. Nam et Regius codex, quem ubique Stephanus expressit, diserte scriptum habet *κυρήσας*.

(67) *Λικινίω τῆς νίκης ἐξ αὐτοῦ τοῦ πάντων ἐνός καὶ μόνου Θεοῦ πρῦτ.* Hoc loco nostri codd. Maz., Med. et Fuk. aliquot voces interserunt in hunc modum: *τῷ τότε κρατοῦντι πρῦτανευθεῖσης*. Quæ voces cum tertia abhinc linea iterum legantur, parum hic necessariæ sunt.

(68) *Ὀπλιτικῶν.* Pedestres Maximini copias in-

*Α* *ραζπονδήσας, πόλεμον ἄσπονδον αἴρεται· εἴτ' ἐν βραχεὶ τὰ πάντα κυρήσας* (66). *πῶσαν τε πόλιν ἐκταράξας, καὶ πᾶν στρατόπεδον μυριάδων τὸ πλήθος ἀνηριθμῶν συναγαγὼν, ἔξεισιν εἰς μάχην αὐτῷ παραταξάμενος, δαιμόνων ἐλπίσιν ὧν δὴ ἤμετο θεῶν, καὶ ταῖς τῶν ὀπλιτῶν μυριάσιν, τὴν ψυχὴν ἐπηρμένως. Καὶ δὴ συμβαλὼν εἰς χεῖρας, ἔρημος τῆς ἐκ Θεοῦ καθίσταται ἐπισκοπῆς, Λικινίω τῆς νίκης ἐξ αὐτοῦ τοῦ πάντων ἐνός καὶ μόνου Θεοῦ πρῦτανευθεῖσης* (67). *Ἀπόλλυσι δὴ πρῶτον τὸ ἐφ' ᾧ ἐτεπόθει ὀπλιτικὸν* (68), *τῶν τε ἄμφ' αὐτὸν δορυφόρων γυμνὸν καὶ πάντων ἔρημον αὐτὸν καταλειποῦτων, καὶ τῷ τότε κρατοῦντι προσπεφυγόντων, ὑπεκδύς ὁ δειλαῖος ὡς τάχιστα τὸν οὐ πρόποντα αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον, δειλῶς καὶ δυσγενῶς καὶ ἀνάνδρως ὑποδύει τὸ πλήθος, κἀπειτα διαδιδράσκει κρυπταζόμενός τε ἀνὰ τοὺς ἀγρούς καὶ τὰς κώμας, ὁμῶς τῶν πολεμίων τὰς χεῖρας, τὰ τῆς σωτηρίας αὐτῷ προμνύμενος διέξεισιν, ἔργοις αὐτοῖς εὐ μάλα πιστοῦς καὶ ἀληθεῖς τοὺς θεῖους ἀποφθνας χρησμούς, ἐν οἷς εἴρηται· Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ· ψευδὴς ἴππος εἰς σωτηρίαν, ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τῷ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. » Οὕτω δὴ τὰ αἰσχύνης ἐμπλεῶς ὁ τύραννος ἐπὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἔλθῶν μέρη. πρῶτον μὲν ἔμμανε! θυμῷ, πολλοὺς ἱερεῖς καὶ προφήτας τῶν πάλαι θαυμαζομένων αὐτῷ θεῶν, ὧν δὴ τοῖς χρησμοῖς ἀναρρίπισθεις καὶ ἐπὶ πᾶσι προδότης τῆς αὐτοῦ γενομένου σωτηρίας, ἀναιρεῖ, εἶτα δὴ τοὺς δόξαν τῶν Χριστιανῶν Θεῶν, νόμον τε τὸν ὑπὲρ ἐλευθερίας αὐτῶν τελεώτατα καὶ πληρέστατα διαταξάμενος, δυσθανάτησας ἀντίκα, μηδεμιᾶς αὐτῷ χρόνου δοθείσης προθεσμίας, τελευτᾷ τὸν βίον. Ὁ δὲ καταπεμφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ νόμος, τοιοῦτος ἦν·*

*Ἀντίγραφον ἔρημνης τῆς τοῦ τυράννου ὑπὲρ Χριστιανῶν διατάξεως, ἐκ Ῥωμαϊκῆς γλώττης εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταληφθείσης.*

« Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάιος Οὐαλέριος Μαξιμίνος, Γερμανικὸς, Σαρματικὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἀνίκητος, Σεβαστός. Κατὰ πάντα τρόπον ἡμᾶς διγενεῶς τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων τοῦ χρησμοῦ προ-

telligi puto. Porro de hac Maximini pugna adversus Licinium in Illyrico solus ex historicis Zosimus loquitur in lib. ii, ubi scribit Licinium primo quidem cladem aliquam accepisse: sed mox repetito prælio, Maximinum in fugam versum ad Orientis partes se recepisse, et de reparando exercitu cogitavisse. Quod quidem mirifice convenit cum Eusebii nostri narratione, qui scribit Maximinum fuso exercitu suo, ad suas partes, id est in Orientem se recepisse. Pugna igitur illa in Europæ partibus pugnata est, anno Christi 313, Constantino iii et Licinio iii coss., ut recte notat Sigonius in lib. iii, *De Occidentali imperio*.

νοείσθαι δεῖ (69), καὶ ταῦτα αὐτοῖς βούλεσθαι παρέχειν οἷς τὰ λυσιτελεῖ πάντων μάλιστα κατορθοῦται, καὶ ὅσα τῆς λυσιτελείας καὶ τῆς χρησιμότητος ἐστὶ τῆς κοινῆς αὐτῶν, καὶ ὅποια πρὸς τὴν δημοσίαν λυσιτελείαν ἀρμόζει, καὶ ταῖς ἐκάστον διανοαῖς προσφιλῆ τυγχάνει, οὐδένα ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ἀνατρέχειν ἐπ' αὐτὸ τὸ γινόμενον, γινώσκων τε ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, δῆλον εἶναι πιστεύομεν. Ὅποτε τοίνυν πρὸς τοῦτο δῆλον γέγονε τῇ γνώσει τῇ ἡμετέρᾳ, ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως ἐξ ἧς κεκλεισμένον ἦν ὑπὸ τῶν θειοτάτων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων, τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξηρῆσθαι, πολλοὺς σεισμικοὺς καὶ ἀποστερήσεις ὑπὸ τῶν ὀφφικιαλίων γεγενῆσθαι, καὶ εἰς τοῦπιόν δὲ τοῦτο προχωρεῖν κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων, ὧν μάλιστα πρόνοιαν τὴν προσήκουσαν γίνεσθαι σπουδάζομεν, τῶν οὐσιῶν τῶν ἰσίων αὐτῶν κατατρίβομένους, δοθέντων γραμμάτων (70) πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἐκάστης ἐπαρχίας τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ, ἐνομοθετήσαμεν, ἵν' ἐάν τις βούλοιο τῷ τοιοῦτῳ ἔθει (71) ἢ τῇ αὐτῇ φυλακῇ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἔπιεσθαι, τοῦτον ἀνεμποδίστως ἔχεισθαι τῆς προθέσεως τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἐμποδίσεσθαι μηδὲ κωλύεσθαι, καὶ εἶναι αὐτοῖς εὐχέρειαν, ἀνευ τινὸς φόβου καὶ ὑποψίας τοῦθ' ὅπερ ἐκάστῳ ἀρέσκει ποιεῖν. Πλὴν οὐδὲ νῦν λαθεῖν ἡμᾶς ἐδυνήθη, ὅτι τινὲς τῶν δικαστῶν παρενεθυμοῦντο (72) τὰς ἡμετέρας κελεύσεις, καὶ διατάξιν τοὺς ἡμετέρους ἀνθρώπους περὶ τὰ προστάγματα τὰ ἡμέτερα παρεσκύασαν, καὶ ἄκνηρότερον προσιέναι ταῦτα τὰς θρησκείαις αἷς ἦν ἀρεστὸν αὐτοῖς, ἐποίησαν. Ἴνα τοίνυν εἰς τὸ ἐξῆς πᾶσα ὑποψία ἀμφιβολίας τοῦ φόβου (73) περιαιρεθῆ, τοῦτο τὸ διάταγμα προτεθῆναι ἐνομοθετήσαμεν, ἵνα πᾶσι δῆλον γένηται, ἐξελίξαι τοῦτοις οἱ τινες ταύτην τὴν ἀρεσιν καὶ τὴν θρησκείαν μετιέναι βούλονται, ἐκ ταύτης τῆς ἑωρεᾶς τῆς ἡμετέρας καθὼς ἕκαστος βούλεται ἢ δέον αὐτῷ ἐστίν (74), οὕτως προσιέναι τῇ θρησκείᾳ ταύτῃ ἦν ἐξ ἑθους θρησκεύειν ἔλλετο· καὶ τὰ Κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεία ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. Ἴνα μέντοι καὶ μεζῶν

(99) Δεύτερον αἰτιον. In codice Medicæo hoc scholion ad marginem ascriptum est : Κακῶς κἀνταῦθα θεολογεῖς, Εὐσέβιε, περὶ τοῦ συναράχου καὶ συναΐδιου, καὶ συμποικητοῦ τῶν ὄλων Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· δεύτερον αὐτὸν ἀποκαλῶν αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, συναΐτιον ὄντα καὶ συνδημιουργὸν τῷ Πατρὶ τῶν ὄλων, καὶ θεοοῦσιον. In codice quoque Mazarino scholion recentiore manu appositum est, quo Eusebius similiter reprehenditur, qui Filium Patri subjecerit et secundum ei locum attribuerit : Τί ταῦτ', ἄνθρωπε, ἐπὶ κακῶ τῆς σαυτοῦ θεολογεῖς κεφαλῆς· τὸν δόξῃ καὶ θυνάμει· καὶ οὐδὲν κατὰ πάντα ὁμοιον τῷ Πατρὶ ὑπο-

ἀλλὰ καὶ οἱ πάντες ἀθρόως ἐν πνεύματι καὶ μιᾷ ψυχῇ γεραίροντες ἀνευφημῶμεν, « Μέγας Κύριος, » ἐπιλέγοντες, « καὶ αἰνετὸς σφόδρα, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ. » Καὶ γὰρ οὖν μέγας ὡς ἀληθῶς καὶ μέγας ὁ οἶκος αὐτοῦ, ὑψηλός, καὶ ἐπιμήκης, καὶ ὠραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· μέγας ὁ Κύριος ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος· μέγας ὁ ποιῶν μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἐνδοξά τε καὶ ἐξαισία, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς· μέγας ὁ ἀλλοιῶν καιροὺς καὶ χρόνους, μελιστῶν βασιλεῖς καὶ καθιστῶν, ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα (98). Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὑψωσε ταπεινοὺς ἀπὸ γῆς· πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ βραχίονας ὑπερηφάνων συνέτριψεν· οὐ πιστοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπίστοις, τῶν παλαιῶν διηγημάτων τὴν μνήμην πιστωσάμενος, ὁ θαυματουργός, ὁ μεγαλοουργός, ὁ τῶν ὄλων δεσπότης, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πανάγαθος, ὁ εἰς καὶ μόνος Θεός, ᾧ τὸ καινὸν ἄσμα μέλπωμεν, ἠροσπικοῦντες τῷ ποιῶντι θαυμάσια μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταίους, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος, καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. Καὶ τὸν μὲν τῶν ὄλων Πατέρα τοῦτοις ἀνευφημοῦντες, μὴ ποτε διαλίπομεν· τὸν δὲ τῶν ἀγαθῶν ἡμῶν δεύτερον αἴτιον (99), τὸν τῆς θεογνωσίας εἰσηγητὴν, τὸν τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας διδάσκαλον, τὸν τῶν ἀσεδῶν ὀλετήρα, τὸν τυραννοκτόνον, τὸν τοῦ βίου διορθωτὴν, τὸν ἡμῶν τῶν ἀπεγνωσμένων Σωτήρα Ἰησοῦν, ἀνὰ στόμα φέροντες γεραίρωμεν· ὅτι δὴ μόνος οἶα παναγάθου Πατρὸς μονώτατος ὑπάρχων πανάγαθος Παῖς, γνώμη τῆς πατρικῆς φιλανθρωπίας, τῶν ἐν φθορᾷ κάτω ποικιμένων ἡμῶν εὐ μάλα προθύμως ὑποδύς τὴν φύσιν, οἶα τις Ιατρῶν ἄριστος, τῆς τῶν καμνόντων (1) ἐνεκεν σωτηρίας, ὄρα μὲν δεινὰ, θιγγάνει δ' ἀρδέων, ἐπ' ἄλλοτρίησι τε ξυμφορῆσιν ἰδία καρποῦται· λύπας, οὐ νοσαῦντας αὐτὸ μόνον, οὐδ' ἔλκεσι δεινοῖς καὶ σσηπῶσιν κῆδη τραύμασι πιεζομένους, ἀλλὰ καὶ ἐν νεκροῖς κειμένους ἡμᾶς ἐξ αὐτῶν μυγῶν τοῦ θανάτου αὐτὸς ἐαυτῷ διεσώσατο, ὅτι μὴδὲ ἄλλω τῷ τῶν κατ' οὐρανὸν τοσοῦτον παρῆν ἰσχύος, ὡς τῇ τῶν τοσοῦτων ἀδελωδῶς διακονήσασθαι σωτηρίᾳ. Μόνος δ' οὖν καὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν βαρυπαθοῦς φθορᾶς ἐφαψάμενος, μόνος τοὺς ἡμετέρους ἀνατλάς πόνοους, μόνος τὰ

διδάζων καὶ ὁποτιθεῖς, καὶ τὰ δευτερεῖα τοῦ Πατρὸς ἀπονέμων· ἐναντία φρονῶν καὶ γράφων τοῖς ὁμοῦσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δογματίζουσιν ἁγίοις πατρᾶσιν· ὧν συνήγορος ἦς, εἰ μὴ προφανῶς ψευδονται οἱ τὰς πράξεις συγγράφαντες αὐτῶν. Id est : « Cur hujusmodi de Christo sermones in perniciem capitis tui profers, o homo, eum qui gloria, virtute ac substantia undequaque similis est Patri, subiciens ac supponens, et secundum a Patre locum ei attribuens. In quo contraria sentis ac scribis sanctissimis Patribus, qui consubstantialiam esse Filium pronuntiarunt. Quorum sententia tu quoque subscripsisti, nisi palam mentiuntur qui acta illorum memorie prodiderunt. »

(1) Τῆς τῶν καμνόντων. Iambici sunt versu.

πρόστιμα τῶν ἡμετέρων ἀσεβημάτων περιθέμενος, οὐχ ἡμιθνήσας, ἀλλὰ καὶ πάμπαν ἐν μνήμασι καὶ τάφοις, μυσταροῦς ἤδη καὶ ὀδωδότας ἀναλαβῶν, πάλαι τε καὶ νῦν σπουδῇ τῇ φιλανθρώπῳ, παρὰ πᾶσαν τὴν οὐτινοσοῦν ἡμῶν τε αὐτῶν ἐλπίδα, σώζει τε καὶ τῶν τοῦ Πατρὸς ἀγαθῶν ἀφθονίαν μεταδίδωσιν, ὀζωποιδῶς, ὀφωταγωγῶς, ὀ μέγας ἡμῶν Ἰατρὸς, καὶ Βασιλεὺς, καὶ Κύριος, ὀ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ. Ἄλλὰ τότε μὲν (2) ἄπαξ ἐν νυκτὶ ζοφερᾷ καὶ σκότῳ βαθεῖ, δαιμόνων ἀλιτηρίων πλάγαις, καὶ θεομισῶν πνευμάτων ἐνεργείαις πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κατορωρυγμένον, αὐτὸ μόνον ἐπιφανεῖς (3), ὡς ἂν κηροῦ διατακέντος ταῖς αὐτοῦ βολαῖς τοῦ φωτὸς, τὰς πολυδέτους τῶν ἀσεβημάτων ἡμῶν σειρὰς διελύσατο. Νῦν δ' ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ χάριτι καὶ εὐεργεσίᾳ, τοῦ μισοκάλου φθόνου καὶ φιλοπονηροῦ δαίμονος μονοουχὶ διαβρῆγγυμένου, καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς θανατοποιοῦς καθ' ἡμῶν ἐπιστρατεύοντος δυνάμεις, καὶ τὰ μὲν πρῶτα, κυνὸς δίκην λυττῶντος, τοὺς ὀδόντας ἐπὶ τοὺς ἀφιεμένους κατ' αὐτοῦ λίθους προσαρττόντος, καὶ τὸν κατὰ τῶν ἀμυνομένων θυμὸν ἐπὶ τὰ ἀψυχα βλήματ' καθιέντος, τοῖς τῶν προσευκτηρίων λίθους καὶ ταῖς τῶν οἰκῶν ἀψύχοις ὕλαις τὴν θηριώδη μανίαν ἐπερείσαντος, ἐρημίαν τε, ὡς γε δὴ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔπειτο, τῶν ἐκκλησιῶν ἀπεργασμένου, εἶτα δὲ δεινὰ συρίγματα καὶ τὰς ὀφιδεῖς αὐτοῦ φωνὰς, τοτὲ μὲν ἀσεβῶν τυράννων ἀπειλαῖς, τοτὲ δὲ βλασφημίας δυσσεβῶν ἀρχόντων διατάξεισιν ἀφιέντος, καὶ προσέειπε τὸν αὐτοῦ θάνατον ἐξερευγομένου, καὶ τοῖς ἰώδεσι καὶ ψυχοφθόροις δηλητηρίοις, τὰς ἀλισκομένας πρὸς αὐτοῦ ψυχὰς φαρμάττοντος, καὶ μονοουχὶ νεκροῦντος ταῖς τῶν νεκρῶν εἰδώλων νεκροποιοῖς θυσίαις, πάντα τε ἀνθρωπόμορφον θῆρα, καὶ πάντα τρόπον ἄγριον καθ' ἡμῶν ὑποσαλεύοντος, αὐθις ἐξ ὑπαρχῆς ὀ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος (4), ὀ μέγας ἀρχιστράτηγος τοῦ Θεοῦ, μετὰ τὴν αὐτάρκη διαγυμνασίαν, ἦν οἱ μέγιστοι τῆς αὐτοῦ βασιλείας στρατιῶται διὰ τῆς πρὸς ἅπαντα ὑπομονῆς καὶ καρτερίας ἐνεδείξαντο, ἀθρόως οὕτως φανεῖς, πᾶ μὲν ἐχθρὰ καὶ πολέμια εἰς ἀφανὲς καὶ τὸ μηδὲν κατεστῆσατο, ὡς μηδὲ πώποτε ὀνομάσθαι ὀσχεῖν· τὰ δ' αὐτῷ φίλα καὶ οἰκεία, δόξης ἐπέκεινα παρὰ πᾶσιν οὐκ ἀνώρωποις μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ δυνάμεσιν οὐρανίους, ἧλίψ τε καὶ σελήνη καὶ ἄστρως

<sup>1</sup> 1-a. LIII, 2 seq.

qui sequuntur, ex aliquo poeta tragico desumpti:

*Τῆς τῶν καμόντων εἵνεκεν σωτηρίας.*

*Ὅρᾷ τὰ δεινὰ, θιγγάνει δ' ἀηδέων.*

*Ἄλλοτριοῖς τε συμφορῆσιν ἰδίας*

*καρποῦται λύπας.*

Qui versus sine dubio elegantissimi sunt, et Æschylum aut Sophoclem redolent. Exponendi tamen ex hoc loco mihi videntur, quippe qui sensum intrent. Ad postremum autem illum versum alludit Gregorius Naz. in oratione 1, pag. 12, cum ait: Εἶτα οἱ μὲν τῶν σωμάτων θεραπευταὶ, πόνους τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ φροντίδας ἄς ἴσμεν ἔξουσιν, καὶ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρποῦσθαι λύπας, ὡς ἐφη τις τῶν παρ' ἐξέκνοις σοφῶν. Ad quem locum Elias Cretensis notat verba hæc esse Hippocratis, quem Gregorius Nazianzenus sapientis cujusdam nomine designat.

(2) Ἄλλὰ τότε μέν. Proxime ante hæc verba

A quippe alteri cœlestium potestatum tantum roboris suppetebat, ut tot hominum salutem sine ulla noxa administrare posset. Sed ipse solus cum miserriam corruptionem nostram attingisset, et laboræ doloresque nostros solus tolerasset, et pœnam impietatum nostrarum solus in se suscepisset<sup>1</sup>, nos non jam semivivos, verum in monumentis ac sepulcris foetidos gravemque odorem spirantes restituit; et proluxa erga nos benevolentia **374** nunc et olim præter omnium nostrum spem atque expectationem servat; Patrisque sui nobis felicitatem liberaliter impertit. Ille vitæ, ille lucis auctor; ille magnus medicus; ille rex ac Dominus noster; ille denique Christus Dei. Et tunc quidem cum universum genus humanum fraudibus detestandorum dæmonum et B malignis Deo invisorum spirituum operationibus, in obscura nocte ac densissimis tenebris demersum jaceret, semel ipse suam duntaxat præsentiam exhibens, lucis suæ radiis multiplices impietatum nostrarum nexus instar ceræ liquefactos dissolvit. Nunc vero cum ob tantam gratiam tantumque beneficium, invidus dæmon improbitatis fautor et virtutis omnis inimicus tantum non disrumperetur, omnesque suas lethiferas copias adversus nos concitaret; ac principio quidem instar rabidi canis qui projectos in se lapides dentibus appetit, et furorem quo adversus jacientes ipsos accenditur, in tela anima carentia effundit, in oratoriorum saxa et in materiam ædificiorum sensus omnis expertem belluinam rabiem convertisset, et vastitatem, ut ipse quidem rebatur, intulisset Ecclesiis: postmodum vero dirasibila ac serpentinæ voces nunc per terribiles impiorum tyrannorum minas, nunc per impia scelestorum præsidum decreta emitteret, et mortis suæ virus insuper effunderet, et pestifero ac lethali veneno animas a se captas inficeret, easque per mortifera mortuorum simulacrorum sacrificia traheret ad mortem; cum denique cunctos qui sub hominum forma belluinam crudelitatem tegebant, et ingenio fero atque immani præditi erant, adversus nos commoveret; rursus ille magni consilii Angelus, magnus magister militum Dei, post idoneam exercitationem ac peritiam, quam fortissimi regni ipsius

D dixerat πάλαι καὶ νῦν. Itaque primum hic exequitur quid olim fecerit Christus pro hominum salute. Postea vero narrare incipit ea quæ nuper patraverat miracula.

(3) Vulg. αὐτὸς μόνος ἐπιφανεῖς. Scribendum est αὐτὸ μόνον, ut est in codicib. Med., Fuk. et Maz., quem sensum in versione mea expresseram, antequam codices illos nactus fuissim. Αὐτὸ μόνον, idem est ac « solummodo, » qua locutione utitur Eusebius pene omnibus paginis. Ait igitur Eusebius Christum olim quidem solo adventu et incarnatione sua homines qui captivi a demonibus tenebantur, servitutis iugo liberasse.

(4) Μεγάλτης βουλῆς Ἄγγελος. In codice Mediceo scholion hujusmodi ascriptum est ad hæc verba: Κακῶς καὶ ἀθέως βλασφημαί, ἀρχιστράτηγον ἀποκαλῶν μέγαν, τὸν Σωτήρα Χριστὸν καὶ Θεόν.

milites durissima quæque constanter sustinendo declaraverant; repente apparens, cunctos quidem inimicos hostesque delevit et ad nihilum redegit, adeo ut ne nominati quidem unquam fulsere videantur. Amicos vero et familiares suos, apud omnes non mortales modo, verum etiam cœlestes potestates, solem quoque, lunam ac reliqua sidera, cœlumque ac mundum universum, supra omnem gloriam evexit. Adeo ut, quod nunquam antea contigerat, summi imperatores **375** honoris illius quem Dei beneficio acceperunt sibi consilii, jam in mortuorum simulacrorum faciem conspuant, et profanos dæmonum ritus conculcent, ac vetustum errorem a majoribus traditum irrideant, omnium vero ac solum Deum cum erga omnes tum in seipsum maxime beneficium agnoscant; et Christum Dei Filium universorum regem esse profiteantur; eum Servatorem in edictis suis prædicent; ejusque res præclare gestas et victorias de impiis partas, in media urbe quæ omnium toto orbe civitatum regina est, regalibus apicibus ad perpetuam posteritatis memoriam præscribant. Adeo ut Servator noster Jesus Christus, solus ex omnibus qui ab omni ævo unquam exstiterunt, ab ipsis orbis terrarum summis principibus non ut rex vulgaris ex hominibus factus prædicetur, sed tanquam summi omnium Dei naturalis Filius, ac per se Deus adoretur: atque id jure merito. Quis enim ex omnibus qui unquam fuerunt regibus, ad tantum virtutis ac potentiae culmen evehctus est, ut omnium mortalium iures atque linguas appellatione sui nominis impleat? Quis ex regibus leges adeo piæ ac modestas constituit, utque ab ultimis oris ad extremos usque terrarum fines cunctis hominibus audientibus perpetuo legerentur, obtinuit? Quis ferarum gentium inimicos et barbaros mores mitissimis atque humanissimis legibus abrogavit? Quis tot sæculorum spatio ab omnibus impugnatus, vim ac virtutem humana majorem ostendit, adeo ut in dies efflorescat, omnique subinde ævo adolescere videatur? Quis gentem quæ ne auditu quidem antelucæ cognita fuerat, non in obscuro aliquo terræ angulo, sed per omnem qui sub cœlo est terrarum ambitum constituit? Quis milites suos pietatis armis ita mu-

(5) *Βασιλικοῖς χαρακτήροι.* Christophoronus « majusculis litteris » vertit.

(6) *Καὶ αὐτόθεον.* Notandum est in primis hic locus, in quo Eusebius Christum vocat αὐτόθεον, id est per se ac vere Deum. Hic enim unicus locus, meo quidem iudicio, sufficit ad repellendas omnes calumnias eorum, qui Eusebium nostrum Ariani dogmatis labe aspersum fuisse crediderunt. Sic etiam infra nominat hac pag. τοῦ παμβασιλέως καὶ πανηγυρόνομος, καὶ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου. Est autem hæc locutio Platonica. Nam ut Plato αὐτοαγαθὸν vocat quod est vere ac per se bonum, sic Eusebius αὐτόθεον dixit qui est vere ac per se Deus.

(7) *Τῆς αὐτοῦ προσηγορίας.* Christianorum nomen intelligit, per omnes ubique gentes fuscum ac propagatum; nec solum Romanis, sed etiam barbaris cognitum. Quod si quis ipsum Christi nomen intelligere velit, equidem non magnopere repugnabo, paulo post enim subjicit Eusebius de Christianis:

καὶ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ τε καὶ κόσμῳ προσηγαγεν ὥστε ἤδη, ὁ μὲν δὲ ἄλλοτε πω, τοὺς πάντων ἀνωτάτω βασιλέας, ἧς λεῖδγγασι παρ' αὐτοῦ τιμῆς συνηθημένους, νεκρῶν μὲν εἰδῶλων καταπτύειν προσώποις, πατεῖν δ' ἄθεσμα χαιμόνων ἔεσμα, καὶ παλαιᾶς ἀπάτης πατροπαράδοτου κατεγγελάειν, ἕνα δὲ μόνον Θεὸν τὸν κοινὸν ἀπάντων καὶ ἑαυτῶν εὐεργέτην γνωρίζειν, Χριστὸν τε τοῦ Θεοῦ Παῖδα παμβασιλέα τῶν ὅλων ὁμολογεῖν, Σωτῆρά τε αὐτὸν ἐν στήλαις ἀναγορεύειν, ἀνεξαλείπτῳ μνήμῃ τὰ κατορθώματα καὶ τὰς κατὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ νίκας, μέση τῇ βασιλευσῶσι τῶν ἐπὶ γῆς πόλει βασιλικοῖς χαρακτήροι (5) προσεγγράφοντας ὥστε μόνον πῶν ἐξ αἰῶνος Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἡμῶν Σωτῆρα, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν ἐπὶ γῆς ἀνωτάτω, οὐχ οἷα κοινὸν ἐξ ἀνθρώπων βασιλέα γενόμενον ὁμολογεῖσθαι, ἀλλ' οἷα τοῦ καθόλου Θεοῦ Παῖδα γνήσιον καὶ αὐτόθεον (6) προσκυνεῖσθαι, καὶ εἰκότως. Τίς γὰρ τῶν πῶτων βασιλέων τοσοῦτον ἀρετῆς ἠνέγκατο, ὡς πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἀκοῆν καὶ γλώτταν ἐμπλησαι τῆς αὐτοῦ προσηγορίας (7); Τίς βασιλεὺς νόμους εὐσεβεῖς οὕτω καὶ σώφρονας διαταξάμενος, ἀπὸ περάτων γῆς καὶ εἰς ἄκρα τῆς ὅλης οἰκουμένης, εἰς ἐπήκοον ἄπασιν ἀνθρώποις ἀναγινώσκεισθαι διαρκῶς ἐκράτυεν; Τίς ἀνημέρων ἔθνων ἔθῃ βάρβαρα καὶ ἀνήμερα τοῖς ἡμέροις αὐτοῦ καὶ φιλανθρωποτάτοις παρέλυσεν νόμοις; Τίς αἰῶσιν ὄλοις ὑπὸ πάντων πολεμούμενος, τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀρετὴν ἐπεδείξατο, ὡς ἀνθεὶν ὀσημέραι καὶ νεάζειν διὰ παντὸς τοῦ βίου; Τίς ἔθνο, τὸ μὲν δ' ἀκουσθὲν ἐξ αἰῶνος, οὐκ ἐν γωνίᾳ ποι γῆς λεληθὸς, ἀλλὰ καθ' ὅλης τῆς ὕψ' ἠλίψ ἰδρύσατο; Τίς εὐσεβεῖς ὄπλοις οὕτως ἐφράξατο τοὺς στρατιώτας, ὡς ἀδάμαντος τὰς ψυχὰς κραταιοτέρους ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἀγῶσι διαφαίνεσθαι; Τίς βασιλεὺς εἰς τοσοῦτον κρατεῖ, καὶ στρατηγεῖ γε μετὰ θάνατον, καὶ τρόπαια κατ' ἐχθρῶν ἴσσησι, καὶ πάντα τόπον καὶ χώραν καὶ πόλιν, Ἑλλάδα τε καὶ βάρβαρον, βασιλικῶν οἰκῶν αὐτοῦ πληροῖ, καὶ θείων ναῶν ἀφιερῶμασιν (8); Οἷα τὰδε τὰ τοῦδε τοῦ νεῦ περικαλλῆ κοσμημάτα τε καὶ ἀναθήματα ἃ καὶ αὐτὸ σεμνὰ μὲν ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλα, ἐκπλήξεως τε καὶ θαύματος ἄξια, καὶ οἷα τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βασιλείας ἐναργῆ δείγματα (9), ὅτι καὶ νῦν αὐτὸς εἶπε

quod quidem non faceret, si de ipsis antea locutus fuisset.

(8) *Θείων ναῶν ἀφιερῶμασιν.* Musculus vertit: « Divinorum templorum consecrationibus. » Christophoronus vero interpretatur: « Divinis templis auguste consecratis. » Videtur tamen vox ἀφιέρωμα, non consecrationem templorum designare, sed potius donaria quæ Deo consecrantur. Idque confirmatur sequentibus Eusebii verbis. Sic enim subdit: οἷα τὰδε τὰ τοῦ νεῦ περικαλλῆ κοσμημάτα τε καὶ ἀναθήματα. Certe si consecrationem intellexisset Eusebius, ἀφιέρωσιν dixisset, ut supra in cap. 5. Porro codd. Fuk. et Sav. uno verbo hic auctiores sunt. Sic enim habent: καὶ θείων ναῶν ἀφιερῶμασιν κοσμεῖ.

(9) *Σωτῆρος ἡμῶν βασιλείας δείγματα.* In codice Regio ad latus hujus lineæ apposta est hujusmodi nota ὡφ. de qua nota abunde diximus in adnotationibus ad l. i. In cap. 16, lib. iv, eandem notam habet Regius codex ad illa verba Justini appo-

καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετελιατο καὶ ἐκτίσθησαν. Τί γὰρ καὶ ἐμελλε τοῦ παμβασιλέως καὶ πανηγυμένους καὶ αὐτοῦ Θεοῦ Λόγου ἐνοστήσασθαι τῷ νεύματι; Σχολῆς τε λόγων (10) οικείας εἰς ἀκριθεῖ θεωρίαν τε καὶ ἐρημνεῖαν τυγχάνει δεδόμενα· οὐ μὴν ὅσα καὶ ὅσα τὰ τῆς τῶν πεπονηκότων προθυμίας κέκριται παρ' αὐτῶν ἢ θεολογουμένων, τὸν ἐμψυχον πάντων ἡμῶν καθορώντων ναδὸν, καὶ τὸν ἐκ ζώντων λίθων καὶ βεθηκότων (11) οἶκον ἐποπτεύοντι, εἰ καὶ ἀσφαλῶς ἰδρυμένον ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὅπως ἀκρογωνιαίου λίθου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν ἀπεδοκίμασαν μὴν οὐχ οἱ τῆς παλαιᾶς καὶ μηκέτ' ὄσσης ἐκεῖνης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰσέτι νῦν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων οἰκοδομῆς, κακοὶ κακῶν ὄντες ἀρχιτέκτονες, δοκιμάσας δὲ ὁ Πατήρ καὶ τότε καὶ νῦν, εἰς κεφαλὴν γωνίας τῆσδε τῆς κοινῆς ἡμῶν Ἐκκλησίας ἰδρύσατο. Τοῦτον δὴ οὖν τὸν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἐπισκευασμένον ζώντος Θεοῦ ζῶντα ναδὸν (τὸ μέγιστον καὶ ἀληθεῖ λόγῳ (12) θεοπρεπῆς ἱερεῖὸν φημι, οὗ τὰ ἐνδοτάτω δῶτα τοῖς πολλοῖς ἀβειώρητα καὶ ὄντως ἄγρια καὶ τῶν ἁγίων ἄγρια) τίς ἂν ἐποπτεύσας ἐξεῖπεν τολμήσειε; τίς δὲ κἂν εἰσχύει περιβόλων ἱερῶν εἰσω δυνάτης, ὅτι μὴ μόνος ὁ μέγας τῶν ὄλων ἀρχιερεὺς, ὃ μόνῳ θέμις πάσης λογικῆς ψυχῆς τὰ ἀπόβητα διερευνᾶσθαι; Τάχα δὲ καὶ ἄλλῳ δευτερεύει μετὰ τοῦτον ἐνὶ μόνῳ τῶν ἰσων ἐφικτὸν (13), τῆσδε τῷ προκαθημένῳ τῆσδε τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνι, ὃν αὐτὸς ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς δευτερεῖος τῶν τῆσδε ἱερῶν τιμήσας, ποιμένα τῆς ὑμετέρας ἐθέου ποιμνῆς, κλήρω καὶ κρίσει τοῦ Πατρὸς τὸν ὑμέτερον λαχόντα ναδὸν, ὡς ἂν θεραπευτὴν καὶ ὑποφῆτην αὐτὸς ἑαυτοῦ κατετάξατο, τὸν νέον Ἀαρὼν, ἢ Μελχισεδεκ, ἀφωμοιωμένον τῷ Ἰῶ τοῦ Θεοῦ, μέγιστα τε καὶ πρὸς αὐτοῦ τηρούμενον εἰς τὸ διγνεκέσασθαι κοινᾶς ἀπάντων ὑμῶν εὐχαῖς. Τοῦτ' ἂν οὖν ἐξῆστω μόνῳ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ μέγιστον ἀρχιερέα, εἰ μὴ τὰ πρῶτα, τὰ δευτέρω γοῦν ὅμως ὄρῃν τε καὶ ἐπισκοπεῖν τῆς ἐνδοτάτου τῶν ὑμετέρων ψυχῶν θεωρίας, πείρα μὲν καὶ χρόνον μήκει ἕκαστον ἀκριδῶς ἐξητακόντι, σπουδῆ τε τῆ αὐτοῦ καὶ ἐπιμελείᾳ τοῖς πάντας ὑμᾶς ἐν κόσμῳ καὶ λόγῳ τῷ κατ' εὐσέ-

<sup>10</sup> Psal. xxi, 9.

nitam : εἰτε γὰρ μὴ ἐντυχῶν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι, etc.

(10) Σχολῆς τε λόγων. Scribendum puto σχολῆς δὲ λόγων. Nam cum antea praxerit particula μέν, ubi dicitur δ καὶ αὐτὰ σεμνὰ μέν, etc., sequitur nunc particula illius particula δέ, quod interpretes non viderunt.

(11) Καὶ βεθηκότων. Musculus vertit : « Domum ex visis et crescentibus lapidibus structam. » Christophorus autem interpretatur : « Ex visis incedentibusque in terra lapidibus. » Ego « ex visis firmisque lapidibus » vertere malui. Neque enim intelligo quomodo probe fundata sit domus, si lapides incedunt. Eadem vox occurrit, infra pag. 386, ζώντας καὶ βεθηκότας καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους. Sed in his lectori quod maluerit eligit. Neque enim Christophorus interpretationem hic aliam. Quod vero hæc verba τῷ θεολογούμενῳ de Christo accepit, omnino probare non possum. Nam Eusebius paulo post dicit Christum esse illius templi lapidem angularem. Igitur Deum Patrem hic intelligit, qui templi inspector sit. Hieronymus in caput II Aggæi βεθη-

nivit, ut in concertationibus adversus hostes, quovis adamante firmiores animos ostenderent? Quis unquam rex usque adeo post obitum viribus valuit, exercitus duxit; tropæa adversus hostes erexit; omnia denique loca, regiones, urbes tum apud Græcos tum apud Barbaros, regalibus suis palatiis, et divinorum templorum fabricis consecratis implevit? Cujusmodi sunt hæc templi hujus pulcherrima ornamenta atque donaria. Quæ ipsa quidem per se augusta profecto sunt ac magnifica, et stupore atque admiratione digna. Quippe quæ regni Servatoris nostri illustre speciem exhibeant. Siquidem nunc **376** quoque ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et condita sunt<sup>12</sup>. » Quid enim obsistere poterat nutui ac voluntati Verbi omnium regis ac principis ac per se Dei? Ad hoc vero ut accurate considerari singula exponique possint, peculiare otium et propriam orationem desiderant. Sed et peculiari otio opus fuerit, ut explicemus quæ et quanta exstitit alacritas eorum qui in hoc opere laborarunt; quantique pretii ac ponderis illa sit apud ipsum quem celebramus Deum, qui animata omnium nostrum inspicit templa, et domum ex visis firmisque lapidibus structam perlustrat, super fundamento apostolorum et prophetarum probe ac firmiter stabilitam : cujus angularis lapis est ipse Jesus Christus, quem reprobarunt quidem non veteris illius quæ nunc esse desiit, verum etiam ejus quæ nunc cernitur multorum hominum fabricæ architecti, mali scilicet malorum operum fabri. Sed pater et olim et in præsentia probatum, caput anguli hujus omnium nostrum communis Ecclesiæ constituit. Hoc igitur ex nobis ipsis constructum viventis Dei vivum templum (maximum illud ac vere Deo dignum sacrarium intelligo, cujus intima adyta a conspectu vulgi remota sunt, ac vere sancta et Sancta sanctorum) quis cum introsperit, efferre unquam audeat? Imo quis est qui in sacrum ejus conceptum penetrare oculis possit, nisi ille maximus omnium Pontifex, cui soli jus fasque est cujuslibet animæ ratione præditæ arcana scrutari? Ac fortasse id etiam uni-

κότας λίθους ita vertit : « Neque enim putandum est Deum auro et gemmis ædificaturum Jerusalem, et non visis lapidibus qui nunc voluntur super terram. »

(12) Ἀληθεῖ λόγῳ. Idem est ac ἀληθῶς. Musculus tamen et Christophorus « vero Dei verbo » interpretati sunt, quod meo quidem iudicio ineptissimum est.

(13) Ἐνὶ μόνῳ τῶν ἰσων ἐφικτὸν. Post hæc verba asteriscus notatur in codice Med. et ad marginem ascriptum est, καὶ τοῦτο ἀσεβές. Omnino scholiastes qui hoc scholion ascripsit, existimasse videtur, Eusebium hic loqui de Christo : cum tamen de Paulino loquatur Tyriorum episcopo, quem ait secundum a Christo locum obtinere in regendis fidelibus. Hoc vero impietatis argui non potest, cum pontifices omnes imaginem Christi referant, ejusque in administranda Ecclesia vicem gerant. Fatendum est tamen, Eusebium nimis hic tribuisse Paulino, dum ei τὰ ἴσα, τὰ δευτερεῖα, tanquam æquali et collegæ Christi, ascribit, dum Melchisedechum vocat.



cuius alteri secundo a Christo loco concessum est ; huic videlicet exercitus huius doctore, quem primus ipse et maximus Pontifex, secundi post se loci sacerdotio in hoc sacrario decoratum, divini gregis vestri pastorem, sorte ac iudicio Patris omnipotentis huic populo præfectum, utpote cultorem atque interpretem suum, constituit : novum Aaronem, et Melchisedecem, imaginem Filii Dei : qui in perpetuum manet, et communibus omnium vestrum votis ab eo conservatur. Huic igitur uni post primum illum et maximum pontificem, si non primas, at certe secundas partes obire liceat in inspicendis curandisque animarum vestrarum penetralibus : quippe qui tum multo usu et longo temporis spatio unumquemque vestrum accurate cognoverit, tum studio suo ac diligentia cunctos ad modestiam et pietatis doctrinam **377** informaverit : et qui præ cæteris omnibus earum rerum quas divina virtute perfecit, rationes reddere valet magnitudinis operum respondententes. Ac primus quidem ille et maximus Pontifex noster, quæcumque Patrem facientem videt, eadem, inquit, simili modo facit et Filius <sup>76</sup>. Hic vero tanquam in magistrum puros mentis oculos defixus habens : quæcumque ab eo fieri videt, instar exemplaris sibi proponens, eorum imagines quoad ejus fieri potest, ad similitudinem expressas effinxit. Nihil plane inferior Beseleel illo, quem Deus ipse spiritu sapientiæ et intelligentiæ omnisque ingeniosæ ac solertis peritiæ cum implevisset, cœlestium templi imaginum per adumbratas quasdam figuras fabricum atque artificem elegit. Ad eundem igitur modum hic noster totum Christum, qui Verbum, sapientia et lux est, in sua ipsius mente tanquam imaginem gestans : dici non potest quanta cum animi magnitudine, quam opulenta et prodiga mentis manu, quanta etiam omnium vestrum liberalitate, qui vestra in conferendis sumptibus magnificentia quasi cum illo certantis, ac ejus consilio inferiores ulla ex parte videremini ambitiosius contendistis : hoc magnificentum Dei altissimi templum quod sub aspectum cadit, ad exemplum præstantioris illius templi quod cerni oculis non potest, quam fieri potuit simillimum fabricaverit. Et hunc quidem locum (de hoc enim ante omnia dicendum videtur) quem omnium sordidum ac purgamentorum congerie inimici fraudulenter adobruerant, minime negligendum ratus : neque

<sup>76</sup> Joan. v, 19.

(14) *Ὁν αὐτὸς... καθηρίσατο.* Intelligit fabricam Ecclesiæ Tyri tam spiritalem quam materiale : cuius formam ac rationem solum ait edere posse Paulinum, qui eam fabricam divina ope architectatus est.

(15) *Ναοῦ κατασκευῆς.* Beseleel arcam seu tabernaculum Dei fabricavit, non autem templum, ut legitur in Exodi cap. xxxviii. Templum igitur improprie sumpsit Eusebius pro tabernaculo. Eodem fere modo, quo in Actibus apostolorum templum Dianæ dicitur pro ædicula.

(16) *Ἁγαλματοφορῶν.* Metaphora est a sacerdotibus gentilium, qui simulacra deorum humeris suis bajulabant, ut notavi ad lib. xii Amm. Mar-

cellini, ubi de Juliano imp. dicit : « Vehens licenter pro sacerdotibus sacra. » Eadem vox occurrit infra pag. 584.

(17) *Πρῶτον ἄθλον ἠγωνίζετο.* Alludit ad Herculis labores seu certamina.

(18) *Τοὺς παῖδας αὐτοῦ.* Lego τοὺς παῖδας αὐτοῦ, supple Ἐκκλησίας. Alioquin, nisi ita scripseris, bis in eadem periodo repetereur vox αὐτοῦ.

(19) *Ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν.* Verba sunt ex psalmo viii Davidis, ubi hodie legitur, « ut destruas inimicum et ultorem. » Velut versio Gallicana habebat, « ut destruas inimicum et defensorem, » teste Sulpicio in *Vita Marini*.

(20) *Καὶ νῦν οὐκ εἰσὶν.* Imitatur Eusebius locum

θεῖαν διατεθειμένων, δυνατῶ τε ὄντι μᾶλλον ἀπάντων, ὧν αὐτὸς σὺν θεῖᾳ δυνάμει καθηρίσατο (14), τοῦτων τοῖς ἔργοις ἐφαμιλλῶς ἀποδοῦναι τοὺς λόγους. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος καὶ μέγας ἡμῶν ἀρχιερεὺς, ὅσα βλέπει τὸν Πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα, φησὶν, ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς ποιεῖ· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὡς ἂν ἐπὶ διδάσκαλον τὸν πρῶτον καθαροῖς νοῦς δμμασιν ἀφορῶν, ὅσα βλέπει ποιοῦντα, ὡς ἂν ἀρχεῦτοίς χρώμενος παραδείγμασι, τοῦτων τὰς εἰκόνας ὡς ἐνὶ μάλιστα δυνατὸν, εἰς τὸ ὁμοκτάτον δημιουργῶν ἀπειργάσατο, οὐδὲν ἐκείνῳ καταλιπὼν τῷ Βεσελεὲλ, ὃν αὐτὸς ὁ Θεὸς πνεύματος ἐμπλήσας σοφίας καὶ συνέσεως καὶ τῆς ἄλλης ἐντέχνου καὶ ἐπιστημονικῆς γνώσεως, τῆς τῶν οὐρανίων τύπων, διὰ συμβόλων ναοῦ κατασκευῆς (15), δημιουργὸν ἀνακέκληται. Ταύτη δ' οὐ καὶ ὁδε Χριστὸν ὄλον, τὸν Λόγον, τὴν σοφίαν, τὸ φῶς, ἐν τῇ αὐτοῦ αὐτοῦ ἀγαλματοφορῶν (16) ψυχῇ, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν οἷα σὺν μεταλοφροσύνῃ, πλουσίᾳ τε καὶ ἀπλήστῳ διανοίας χειρὶ, καὶ σὺν οἷα πάντων ὑμῶν φιλοτιμίᾳ, τῇ τῶν εἰσφορῶν μεγαλοφυχίᾳ, τῆς αὐτῆς αὐτῷ προθέσεως κατὰ μηδένα τρόπον ἀπολειφθῆναι φιλονεικότερον μεγαλοφρονουμένων, τὸν μεγαλοπρεπῆ τόνδε Θεοῦ τοῦ ὑψίστου νεῦν, τῷ τοῦ κρείττονος παραδείγματι ὡς ἂν ὀρώμενον μὴ ὀρωμένον, τὴν φύσιν ἐμπερῆ συνεστήσατο· χῶρον μὲν τόνδε, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, πρῶτον ἀπάντων, πάσης οὐ καθαρᾶς ὕλης ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς κατακεχωσμένον οὐ παριδίον, οὐδὲ τῇ τῶν αἰτίων παραχωρήσας κακίᾳ, ἐξὸν ἐφ' ἕτερον ἐλθόντα, μυρίων ἄλλων εὐπορουμένων τῇ πόλει, ῥαστώνῃν εἰρασθαὶ τοῦ πόνου, καὶ πραγμάτων ἀπηλλάχθαι. Ὁ δὲ πρῶτον αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἔργον ἐγείρας, εἶτα δὲ τὸν σύμπαντα λαὸν προθυμίᾳ βώσας καὶ μίαν ἐξ ἀπάντων μεγάλην χεῖρα συναγαγὼν, πρῶτον ἄθλον ἠγωνίζετο (17), αὐτὴν δὴ μάλιστα τὴν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πεπολιορχημένην, αὐτὴν τὴν προπονήσασαν, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν καὶ πρὸ ἡμῶν διωγμοὺς ὑπομείνασαν, τὴν μητρὸς δίκην τῶν τέκνων ἐρημωθεῖσαν Ἐκκλησίαν, συναπολαῦσαι δεῖν οἰόμενος τῆς τοῦ παναγίου μεγαλοδωρεᾶς. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς παῖδας αὐτοῦ (18) ὁ μέγας ποιμὴν, τοὺς θῆρας καὶ τοὺς λύκους καὶ πᾶν ἀπηνὲς καὶ ἀγριον γένος ἀποσοθήσας, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων, ἧ φησι τὰ θεῖα λόγια, συντρίψας, ἐπὶ ταῦτον αὐτοῦ συναλθεῖν ἤξιωσε, δικαιοτάτα καὶ τῆς ποιμνῆς τὴν μάνδραν ἀνίστη, τοῦ κατασιγῆναι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν (19), καὶ ὡς ἂν ἐλεγγονταῖς θεομάχοις τῶν ἀσεβῶν προαγάγοι τόλμαις. Καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν (20) οἱ θεομισεῖς, ὅτι μὲν

cellini, ubi de Juliano imp. dicit : « Vehens licenter pro sacerdotibus sacra. » Eadem vox occurrit infra pag. 584.

(17) *Πρῶτον ἄθλον ἠγωνίζετο.* Alludit ad Herculis labores seu certamina.

(18) *Τοὺς παῖδας αὐτοῦ.* Lego τοὺς παῖδας αὐτοῦ, supple Ἐκκλησίας. Alioquin, nisi ita scripseris, bis in eadem periodo repetereur vox αὐτοῦ.

(19) *Ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν.* Verba sunt ex psalmo viii Davidis, ubi hodie legitur, « ut destruas inimicum et ultorem. » Velut versio Gallicana habebat, « ut destruas inimicum et defensorem, » teste Sulpicio in *Vita Marini*.

(20) *Καὶ νῦν οὐκ εἰσὶν.* Imitatur Eusebius locum

ἦσαν· εἰς βραχυ δὲ ταραξάντες καὶ ταραχθέντες, εἰθ' ὑποσχόντες τιμωρίαν οὐ μεμπτήν τῇ δίκῃ, ἐαυτοὺς καὶ φίλους καὶ οἰκούς, ἄρδην ἀναστάτους κατέστησαν· ὡς τὰς πάλαι στήλαις ἱεραῖς καταγραφείσας προβήσεις, ἔργοις πιστὰς ὁμολογεῖσθαι, δι' ὧν τὰ τε ἄλλα ὁ θεὸς ἐπληθεύει λόγος, ἀτὰρ καὶ τὰδε περὶ αὐτῶν ἀποφαινόμενος· « Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο οἱ ἀμαρτωλοὶ, ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν, τοῦ καταβαλεῖν πτωχὸν καὶ πένητα, τοῦ σφάξει τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· ἡ ρομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς καρδίαν αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβεῖν. » Καὶ πάλιν· « Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἡχοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ὅτι δὴ καὶ ἐν κακοῖς γενόμενοι, ἐκέκραξαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ σῶζων, πρὸς Κύριον, καὶ οὐκ εἰσηκουσεν αὐτῶν. Ἄλλ' οἱ μὲν συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσον, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν. » Καὶ τότε ἐν τούτοις προαναφωνοῦν· « Κύριε, ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις, » ἀληθὲς ὑπ' ὀφθαλμοῖς πάντων ἀναπέφανται. Ἄλλ' οἱ μὲν γιγάντων τρόπον θεομαχίαν ἐνστησάμενοι τοιαύτην εἰλήχασαι τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν· τῆς δ' ἐρήμου καὶ παρ' ἀνθρώποις ἀπεγνωσμένης, τοιαῦτα οἶα τὰ ὀρώμενα τῆς κατὰ Θεὸν ὑπομονῆς τὰ τέλη, ὡς ἀναφωνεῖν αὐτῇ τὴν προφητείαν Ἡσαίου ταῦτα· « Εὐφράνθητι ἔρημος διψώσα, ἀγαλλιᾶσθω ἔρημος καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιᾶσεται τὰ ἔρημα. Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνυ ἀπαλαλυμένα· παρακαλέσατε ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει, αὐτὸς ἤξει καὶ σώσει ἡμᾶς· ὅτι, φησὶν, ἐρβάζῃ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραξ ἐν γῆ διψώσῃ, καὶ ἡ ἀνδρὸς ἔσται εἰς ἔλη, καὶ εἰς τὴν διψώσαν γῆν πηγὴ ὕδατος ἔσται. » Καὶ τὰδε μὲν λόγοις πάλαι προθεσπισθέντα, βίβλοις ἱεραῖς καταβέβλητο· τὰ γε μὴν ἔργα οὐκέτ' ἀκοαῖς, ἀλλ' ἔργοις ἡμῖν παραδέδοται. Ἡ ἔρημος ἤδε, ἡ ἀνδρὸς, ἡ χήρα καὶ ἀπερίστατος, ἥς ἐὼς ἐν δρυμῶ ἔζυλιν ἀξίναις ἐξέκοψαν τὰς πύλας ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐν πέλυκι καὶ λαξευτηρίῳ συντρίβαντες αὐτήν, ἥς καὶ τὰς βίβλους διαφθείραντες, ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἀγιαστήριον τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκῆνωμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἦν ἐτρύγησαν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδὸν, προκαθελόντες αὐτῆς τοὺς φραγμοὺς, ἦν ἐλυμήνατο ὡς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο, » Χριστοῦ δυνάμει παραδόξῃ νῦν, ὅτε θέλει αὐτὸς, γέγονεν ὡς κρίνον· ἐπεὶ καὶ τότε αὐτοῦ νεύματι, ὡς ἀν' ἀπροκηδομένου πατρὸς ἐπαιδεύετο. « Ὅν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μισοῖται δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. » Μῆτρ' ὀδητὰ κατὰ τὸ δέον ἐπιστραφεῖσα, αὐθις ἀνωθεν ἐξ ὑπαρχῆς ἀγαλλιᾶν προστάττεται, ἐξανθεῖ τε ὡς κρίνον, καὶ τῆς ἐνθέου εὐωδίας εἰς πάντας ἀποπνεῖ ἀνθρώπους· ὅτι, φησὶν, ἐρβάζῃ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, » τὸ νῆμα τῆς θείας τοῦ σωτηρίου

A eorum qui ejus rei auctores fuerant, improbitati cedere sustinens: cum quaesito alio loco, cujusmodi plurima huic civitati supersunt, laboris compendium facere, seque multis negotiis liberare posset; tamen primus ipse ad opus sese accingens; deinde totius populi animis incredibili alacritate confirmatis, atque ex omnibus una ingenti manu conflata, primum hoc certamen subiit; æquissimum scilicet ratus, ut hæc ipsa potissimum Ecclesia quæ ab hostibus expugnata fuerat; quæ prior gravissimos labores nostra causa sustinuerat: quæ eamdem nobiscum persecutionem, imo ante nos pertulerat, quæ velut mater propriis filiis erat orbata, Dei opt. max. munificentia nobiscum frueretur. Nam quoniam magnus ille Pastor, seris ac lupis, **378** et omni agrestium atque immanium bestiarum genere depulso, ipsisque leonum maxillis, ut divina loquuntur oracula, contritis, filios ipsius rursus in unum congregare dignatus fuerat, jure merito ipsam gregis caulam instauravit, ut ignominia afficeret inimicum et ultorem<sup>78</sup>, utque impiorum adversus Deum præliantium nefarios ausus illustri argumento convinceret. Itaque illi Deo invis, nunc amplius non sunt, quando ne tum quidem erant. Et posteaquam modico temporis spatio turbas excitavit ipsique turbis agitati sunt; pœnas deinde gravissimas divinæ justitiæ persolventes, semetipsos cum amicis et omni familia funditus everterunt. Adeo ut prædictiones illæ sacris olim tabulis inscriptæ, nunc verissimæ esse factis ipsis comprobentur, in quibus cum alia divinus sermo vere pronuntiat, tum hæc de iisdem diserte profatur: « Gladius evaginaverunt peccatores; intenderunt arcum suum, ut percussent mendicum et pauperem, et occidant rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum, et arcus eorum confringantur<sup>79</sup>. » Et iterum: « Perit memoria ipsorum cum sonitu. Et nomen eorum delevisti in sæculum et in sæculum sæculi<sup>77</sup>. Quoniam cum in malis essent, clamaverunt, nec fuit qui servaret, ad Dominum, nec exaudivit eos<sup>78</sup>. Verum ipsi quidem obligati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus<sup>79</sup>. » Illud quoque quod prædictum fuerat bis verbis: « Domine, in civitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges<sup>80</sup>, » verissimum esse omnes oculis nostris perspeximus. Et hi quidem Deo bellum inferre more gigantum ausi, hujusmodi vitæ exitum sortiti sunt. Illa vero vacua ac deserta et opinione omnium deplorata, suæ propter Deum tolerantiam hunc quem cernimus finem consecuta est. Adeo ut Isaias propheta hæc illi pronuntiare videatur: « Lætare, solitudo siticulosus, exsultet solitudo et floreat ut lilium, et florebunt et exsultabunt loca deserta. Roboramini, manus languentes, et genua dissoluta: consolamini, vos pusillanimes, confortamini, ne ti-

<sup>75</sup> Psal. viii, 5. <sup>76</sup> Psal. xxxvi, 14, 15. <sup>77</sup> Psal. ix, 9, 6. <sup>78</sup> Psal. xvii, 42. <sup>79</sup> Psal. xix, 9. <sup>80</sup> Psal. lxxii, 20.

Nionysii Alexandrini, qui de Macriano ejusque liberis ita loquitur in epist. ad Hermaminonem quam

refert Eusebius in lib. vii, cap. 25: ὁ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπαίμυδὸς ἦν.

meatis. Ecce Deus noster iudicium reddidit ac reddet, ipse veniet et servabit nos <sup>81</sup>. « Quoniam, inquit, erupit aqua in solitudine, et vallis in terra siticulosa, et arida mutabitur in paludes, et fons aquæ in terram siticulosam <sup>82</sup>. » Et hæc quidem **379** olim verbistenus prædicta, sacris Voluminibus inserta sunt. Nunc autem res ipsæ non simplici auditione, sed factis ipsis nobis exhibentur. Quippe hæc solitudo siticulosa, hæc vidua omnique præsidio destituta, cujus januas « quasi in silva lignorum, securibus exciderunt in idipsum, in securi et ascia confringentes eam <sup>83</sup> : cujus libros corrumpentes incenderunt igne sanctuarium Dei ; in terra profanaverunt tabernaculum nominis ejus <sup>84</sup> : quam « vindemiarunt omnes transeuntes per viam <sup>85</sup>, » destructis prius ejus sepibus ; quam « vastavit aper de silva, et singularis ferus depastus est <sup>86</sup>, » nunc postquam Christo visum est, per admirabilem ejus potentiam instar lilii efflorescit. Nam et tunc ejusdem nutu ac voluntate, tanquam parentis cujusdam filiorum curam gerentis, castigabatur. « Quem enim diligit Dominus castigat, verberatque omnem filium quem recipit <sup>87</sup>. » Postquam vero moderate et quantum oportuit castigata est, rursus exsultare cœlitus præcipitur, et tanquam lilium efflorescit, cunctosque mortales divini odoris suavitate perfundit. Quoniam, inquit, « erupit aqua in solitudine <sup>88</sup> ; » fons videlicet quo divinitus in salutari lavacro regenerati sumus. Et quæ paulo ante vasta solitudo erat, nunc mutata est in paludes ; et in terram siticulosam scaturivit fons aquæ vivæ. Roboratae sunt profecto manus quæ prius erant languidæ ; et hæc quæ cernitis opera, roboris manuum magna et perspicua argumenta sunt. Quin et genua illa quæ jamdudum debilitata erant ac dissoluta, nunc recuperata gressuum firmitate, rectam divinæ cognitionis semitam ingrediuntur, et ad proprium optimi Pastoris gregem properant. Quod si qui forte tyrannorum minis perterrefacti, animis obtorpuerunt, ne hos quidem salutaris Dei sermo curationalis expertes relinquit : sed benigne eos remediis fovens, ad percipiendam Dei consolationem excitat his verbis : « Consolamini, vos pusillanimes : confortamini, nolite timere <sup>89</sup>. » Cum igitur novus hic noster et egregius Zorobabel, solertissimo mentis acumine intellexisset fore, ut illa quæ propter Deum deserta fuerat, supradictis bonis brevi frueretur, quemadmodum divinus sermo prædixerat : post acerbam illam captivitatem, et post abominationem desolationis, cadaver hoc mi-

<sup>81</sup> Isa. xxxv, 4 4. <sup>82</sup> Ibid. 6, 7. <sup>83</sup> Psal. lxxiii, 5, 6. <sup>84</sup> Ibid. 7. <sup>85</sup> Psal. lxxix, 14. <sup>86</sup> Ibid. <sup>87</sup> Heb. xii, 6. <sup>88</sup> Isa. xxxv, 6. <sup>89</sup> Ibid. 4.

(21) *Τὰς οικίας ἀπολαβόντα βάσεις.* Sic legendum est, ut habent codd. Med., Fuk. et Savil. et Maz., pro vulgato ἀπολαύοντα. Ac profecto miror, neutrum interpretem id vidisse, cum emendatio in promptu sit. et cuivis obviam.

(22) *Εἰς τετράγωνόν τι σχῆμα περιφράξας τὸν ἑβραῖον.* Pessime Christophorosus de sanctuario hæc accepit, cum de spatio illo loquatur Eusebius, quod

λουτροῦ καλιγγενεσίας· καὶ νῦν γέγονεν ἡ πρὸς μικροῦ ἐρημος εἰς ἔλη, καὶ εἰς τὴν διψῶσαν γῆν ἐβρῶσι πηγὴ ὕδατος ζῶντος· ἰσχυρὰν τε ὡς ἀληθῶς χεῖρες αἰ τὸ πρὶν ἀνειμέναι, καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἰσχύος ἔργα, τάδε τὰ μεγάλα καὶ ἐναργεῖ δειγµατα· ἀλλὰ καὶ τὰ πάλαι σεσαθρωµένα καὶ παρειµένα γόνατα, τὰς οικίας ἀπολαβόντα βάσεις (21), τὴν ὁδὸν τῆς θεογνωσίας εὐθυποροῦντα βαδίζει, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ποιµνην τοῦ παναγάθου Ποιµένος σπεύδοντα. Εἰ δὲ καὶ ταῖς τῶν τυράννων ἀπειλαῖς τὰς ψυχὰς τινες ἀπενάρκησαν, οὐδὲ τούτους ὁ σωτήριος ἀθεραπεύτους παρορᾷ λόγος· εὐ μάλα δὲ καὶ αὐτοὺς ὠµενος, εἰς τὴν τοῦ θεοῦ παράκλησιν παρορµᾷ λέγων· « Παρκαλέσατε, οἱ ἐλιγύψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, µὴ φοβείσθε. » Τούτων δεῖν ἀπολαύσαι τὴν διὰ θεοῦ γενοµένην ἔρημον, τοῦ λόγου προαγορευόντος ἐπακούσας ὁξεῖα διανοία· ἀκοῆ οὗτος ὁ νέος ἡµῶν καὶ καλὸς Ζοροβάβελ, μετὰ τὴν πικρὰν ἐκείνην αἰχµαλωσίαν, καὶ τὸ βδελύγµα τῆς ἐρηµώσεως, οὐ παριδὼν τὸ πτώµα νεκρὸν, πρῶτιστα πάντων παρακλήσει καὶ λιταῖς, ἵλεων τὸν Πατέρα μετὰ τῆς κοινῆς ὁµῶν ἀπάντων ὁμοφροσύνης καταστησάµενος, καὶ τὸν µόνον νεκρῶν ζωοποιὸν σύµμαχον παραλαβὼν καὶ συνεργὸν, τὴν πεσοῦσαν ἐξήγειρε, προσποκαθάρσας καὶ προθεραπεύσας τῶν κακῶν· καὶ στολήν οὐ τὴν ἐξ ἀρχαίου παλαιῶν αὐτῇ περιτέθεικεν, ἀλλ' ὅποιαν αὐθις παρὰ τῶν θείων χρησµῶν ἐξεπαιδεύετο, σαφῶς ὡδε λεγόντων· « Καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη, ὑπὲρ τὴν πρότεραν. » Ταύτη δ' οὖν πολὺ µεῖζονα τὸν χώρον ἅπαντα περιλαβὼν, τὸν µὲν ἐξωθεν ὠχυροῦτο περίβολον τῷ τοῦ παντὸς περιτειχίσµατι, ὡς ἂν ἀσφαλέστατον εἴη τοῦ παντὸς ἔρκος. Πρύπυλον δὲ μέγα καὶ εἰς ὕψος ἐπηρµέρον πρὸς αὐτὰς ἀνίσχοντος ἡλίου ἀκτίνας ἀναπετάσας, ἤδη καὶ τοῖς μακρὰν περιβόλων ἐξω ἱερῶν ἐστῶσι, τῆς τῶν ἔνδον παρέοχον ἀφθονίαν θέας, μονονουχὶ καὶ τῶν ἀλλοτρῶν τῆς πίστεως ἐπὶ τὰς πρῶτας εἰσόδους ἐπιστρέφων τὰς ὄψεις, ὡς ἂν µὴ παρατρέχη τις, ὅτι µὴ τὴν ψυχὴν καταφυγὴς πρότερον µνήμη τῆς τε πρὶν ἐρηµίας, καὶ τῆς νῦν παραδέξου θαυµατουργίας, ὅρ' ἤς τάχα καὶ ἐλκυσθήσεσθαι καταφυγέντα, καὶ πρὸς αὐτῆς τῆς ὄψεως ἐπὶ τὴν εἴσοδον προτραπήσεσθαι ἤλπισεν. Εἴσω δὲ παρελθόντι πυλῶν, οὐκ εὐθύς ἐφ' ἤκεν ἀνάγνοις καὶ ἀνίπτοις ποσὶ τῶν ἔνδον ἐπιβαίνειν ἀγίων, διαλαβὼν δὲ πλείστον ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ τε νεῶ καὶ τῶν πρῶτων εἰσόδων, τέτταρσι µὲν περίε ἐγκαρσίους κατεκόσμησε στοαῖς, εἰς τετράγωνόν τι σχῆμα περιφράξας τὸν τόπον (22), κίονι πανταγῶθεν ἐπαιροµένης· ὦν τὰ μέσα (23) διαφράγµασι τοῖς ἀπὸ ξύλου δικτυωτοῖς ἐς τὸ σύµµετρον ἤκουσι

erat inter vestibulum et basilicam. Hoc igitur spatium in quadranguli speciem conclusum, quatuor obliquis porticibus a Paulino exornatum fuisse dicit.

(23) Ὅτι τὰ μέσα. Supple κίωνων. Itaque « intercolumnia » verti, non male, ut opinor. Hæc igitur intercolumnia, ait Eusebius, undique conclusa fuisse repagulis lignis cancellatis, in medio cretam altitudi-

μήκους περικλείσας, μέσον αἶθριον ἤφρει (24) εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ κάτωφιν, λαμπρὸν καὶ ταῖς τοῦ φωτὸς ἕκαστιν ἀνεμιμένον ἀέρα παρέχον. Ἐρωῶν δ' ἐνταῦθα καθαρῶν ἐτίθει σύμβολα, κρήνας ἀντικρυς εἰς πρόσωπον ἐπιτεκνάζων τοῦ νεῦ, πολλῶ τῷ χεῦματι τοῦ νεύματος τοῖς περιθάλων ἱερῶν ἐπὶ τὰ ἔσω προτοῦσι τὴν ἀπορροῦσιν παρεχομένης. Καὶ πρώτη μὲν εἰσιόντων αὐτῆ διατριβῆ, κόσμον ὁμοῦ καὶ ἀγλαίαν τῷ παντὶ, τοῖς τε τῶν πρώτων εἰσαγωγῶν ἔτι δεομένοις, κατὰλληλον τὴν μονὴν παρεχομένην. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν τοῦτων θέαν παραμειψάμενος (25), πλείοσιν ἔτι μᾶλλον τοῖς ἐνδοτάτω προπύλαις τὰς ἐπὶ τὸν νεῶν παρόδους ἀναπεπταμένης ἐποιεῖ, ὑπὸ μὲν ταῖς ἡλίου βολαῖς αὐθις τρεῖς πύλας ὑφ' ἑν καταθεῖς πλευρόντων τὸ πολὺ τὰς παρ' ἑκάτερα μεγέθει τε καὶ πλάτει πλεονεκτεῖν τῇ μέσῃ χαρισάμενος, παραπήγμασι τε χαλκοῦ (26) σιδηροδέτοις καὶ ποικιλμασιν ἀναγλύφοις διαφερόντως αὐτὴν φαῖδύνας, ὡς ἂν βασιλίδι, ταύτη τῶς δορυφόρους ὑπέξευξε. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ταῖς παρ' ἑκάτερα τοῦ παντὸς νεῶ στοαῖς τὸν τῶν προπύλων ἀριθμὸν διατάξας, ἄνωθεν ἐπὶ ταύταις ἄλλῃ πλείοσι φωτὶ διαφόρους τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολὰς ἐπένοιε, ταῖς ἀπὸ ξύλου λεπτοουργίας καὶ τὸν περὶ αὐτὰς κόσμον καταποικιλῶν. Τὸν δὲ βασιλειον οἶκον πλουσιωτέρας ἤδη καὶ θαυμάσιαις ὑλαῖς ὠκύρου, ἀφθόνῃ φιλοτιμίᾳ τῶν ἀναλωμάτων χρώμενος. Ἐνθα μαι δοκῶ περιττὸν εἶναι τοῦ δομηματος μήκη τε καὶ πλάτη καταγράφειν, τὰ φαῖδρὰ ταῦτα κάλλη, καὶ τὰ λόγου κρείττονα μεγέθη, τὴν τε τῶν ἔργων ἀποστίλθουσαν ὕψιν τῷ λόγῳ διεξιόντι, ὕψι τε τὰ οὐρανομήκη, καὶ τὰς τοῦτων ὑπερκειμένης πολυτελεῖς τοῦ λιθάου κέδρους ὧν οὐδὲ τὸ θεῖον λόγιον τὴν μνήμην ἀπεσιώπησεν, « Εὐφρανθήσεται, » φάσκον, « τὰ ξύλα τοῦ Κυρίου, καὶ αἱ κέδροι τοῦ λιθάου ἃς ἐφύτευσε. » Τί μαι δὲ νῦν τῆς πανσόφου καὶ ἀρχιτεκτονικῆς διατάξεως, καὶ τοῦ κάλλους τῆς ἐφ' ἑκάστου μέρους ὑπερβολῆς ἀκριβολογεῖσθαι τὴν ὑφήγησιν, ὅτε τῆς ὕψους τὴν διὰ τῶν ὠτων ἀποκλείει μάθησιν ἢ μαρτυρία; Ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὸν νεῶν ἐπιτελέσας, θρόνους τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάρους ἐν τάξει τοῖς καθ' ὅλου (27) κατὰ τὸ πρότερον κοσμήσας, ἐφ' ἅσασί τε τὸ τῶν ἁγίων Ἁγίων θυσιαστήριον ἐν μέσῃ θεῖς, αὐθις καὶ τὰδε ὡς ἀνεῖη τοῖς πολλοῖς ἄβασα, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις, εἰς ἄκρον ἐντέχνου λεπτοουργίας ἐξηραχμέ-

<sup>90</sup> Agg. II, 10.

nem erectis, μήκους enim posuit pro altitudine, quod interpretis non viderunt.

† (24) Μέσον αἶθριον ἤφρει. Intelligit medium illud spatium sub dīno, quod quatuor undique porticibus claudelatur: eadem plane forma, qua in hodiernis monasteriis sunt quæ vocantur pratella. Quod enim monachi vocant claustrum, nihil aliud est quam quatuor porticus, quarum in medio locus est sub dīno quem pratellum vocant. Sed et in quibusdam monasteriis, locis ille subdivalis cancellis munitus est, eodem plane modo quo Eusebius in atrio Ecclesie Tyri factum esse dicit, ne scilicet iuventus in eum locum qui floribus conseri solet, insiliat. Id autem Latini proprie atrium vocabant. Certe Isidorus atrio tres porticus extrinsecus adungi solitas esse dicit.

(25) Τὴν τοῦτων θέαν παραμειψάμενος. Muscu-

A nime neglexit. Sed cum ante omnia Deum Patrem precibus **380** ac supplicationibus placasset, conspirantibus omnium vestrum votis atque sententiis; cumque eum qui solus mortuos ad vitam revocat, auxiliatorem sibi atque adiutorem adscivisset, Ecclesiam hanc prolapsam excitavit, cum illam prius omni labe purgasset, et medicamentis salubribus curavisset. Jam vero eam veste circumdedit, non illa veteri, sed quam rursus ex divinis oraculis didicerat, in quibus diserte prædictum est: « Et erit posterior gloria domus huius longe supra priorem <sup>90</sup>. » Itaque multo ampliorem locum metatus, exteriorem quidem ambitum muro undique communivit, qui totius operis tutissimum esset propugnaculum. Magnum deinde atque excelsum vestibulum **B** ad ipsos solis orientis radios extendit; iis qui a sacro loci ambitu longius remoti sunt, conspectum quemdam eorum, quæ intus reconduuntur, abunde exhibens, et oculos eorum qui a fide nostra alieni sunt, ad conspicienda limina quodammodo invitans; ne quisquam forte prætercurrat, qui non compungatur animo, tum ex memoria præterite solitudinis, tum ex stupendo præsentis operis miraculo. Hoc enim modo compunctos, attrahi et ad ingredendum alluci posse aspectu ipso speravit. Cæterum ubi portas ingressus sis, non statim impuri et illois pedibus in sacrarium introire permisit. Sed inter templum ac vestibulum maximo intervallo relicto, hoc spatium in quadrati speciem circumseptum quatuor obliquis porticibus circumquaquo exornavit, quæ columnis undique attolluntur. Intercolumnia porro ipsa septis e ligno reticulatis, in mediocrem et congruam altitudinem elatis circumclusit. Medium autem spatium apertum et patens reliquit, ut et cæli aspectum præberet, et ærem splendidum solisque radiis collustratum præteret. Hic sacrarum expiationum signa posuit; fontes scilicet ex adverso ecclesie structos, qui interius sacrarium ingressuris copiosos latices ad abluendum ministrarent. Atque hoc primum intrantium diversorium est; cunctis quidem ornatum ac nitorem concilians: iis vero qui institutione adhuc opus habent, congruentem præbens mansionem. Jam vero hoc spectaculum prætervectus, pluribus aliis interioribus vestibulis aditus ad templum patentes

lus vertit: « Quin et horum conspectu præterito. » Christophorsonus vero longa verborum ambage, ut solet, hunc locum ita expressit: « Quin etiam que istas res ad oculos capiendos magna operum varietate concinne illustraret. » Quæ quidem interpretatio verbis Eusebii nullatenus respondet. Itaque nemo est, ut opinor, qui Musculi versionem commodiorem et meliorem non iudicet. Παραμειψάμενος ἔρχο τὴν τοῦτων θέαν idem valet ac, prætergressus eorum rerum spectaculum; seu, « transmissio harum rerum spectaculo ulterius progressus.

(26) Παραπήγμασι τε χαλκοῦ. Christophorsonus vertit « repagulis. »

(27) Βάρους ἐν τάξει τοῖς καθ' ὅλου. Sic jam pridem conjeceram scribendum esse, ut ex versione nostra apparet pro vulg. καθόλου tandem vero conjecturam meam confirmavit vetustissimus codex

effecit; rursus ad ipsos solis 381 orientis radios A  
tribus ordine januis in uno eodemque latere con-  
structis. Quarum mediam duabus aliis utrinque  
positis et altitudine et latitudine plurimum præstare  
voluit, eamdenque æreis tabulis ferro vinctis, et  
sculpturis variis præcipue decoravit; ei tanquam  
reginæ satellites alias adjungens. Ad eundem mo-  
dum cum porticibus ad utrumque templi latus fa-  
bricatis parem vestibulorum numerum disposuisset,  
diversos aditus quibus copiosum lumen superne in  
ædem infunderetur, supra ipsas porticus excogita-  
vit, easque fenestras variis e ligno sculpturis mi-  
nutissimi operis ornavit. Ipsam vero ædem regiam  
opulentioribus magisque pretiosis speciebus instru-  
xit, proluxa sumptuum magnificentia ad hoc usus. Hic  
nam mihi superfluum videtur ædis ipsius longi-  
tudinem ac latitudinem describere, et hunc splen-  
didissimum decorem, atque inexplicabilem magni-  
tudinem; radiantem operum speciem ac splendo-  
rem; fastigia ad cælum usque tendentia; et supra  
hæc eminentes Libani pretiosissimas cedros oratione  
prosequi, quarum mentionem ne divina quidem  
oracula prætermiserunt, in quibus dicitur: « Læ-  
tabuntur ligna Domini, et cedri Libani quas plan-  
tavit <sup>91</sup>. » Quid jam attinet de solerti et ingeniosa  
totius fabricæ dispositione, ac de excellenti singu-  
larum partium pulchritudine accuratius disserere,  
præsertim cum oculorum testimonium omnem  
quæ auribus percipi potest notitiam excludat. Porro  
cum templum in hunc modum absolvisset, thronis-  
que altissimis in honorem præsidendum, ac præ-  
terea subselliis per universum templum ordine dis-  
positis exornasset; postremo Sanctum sanctorum,  
altare videlicet, in medio constituit. Utque hæc sa-  
craria multitudini inaccessa essent, ea rursus li-

<sup>91</sup> Psal. ciii, 16.

Mazarinus, in quo ita diserte scriptum inveni. Sed  
major difficultas est, cuinam generi hominum hæc βά-  
θρα, seu subsellia, parata fuerint. Leo quidem Alla-  
tius in epistola ii *De templis Græcorum*, hæc sub-  
sellia ad commune usum laicorum disposita fuisse  
existimavit, quod confirmare videtur Clemens in  
*Constitutionibus apostolicis* lib. ii, cap. 57. Verum  
Eusebius ipse aliud inuit. Infra enim totam hujus  
ecclesiæ fabricam allegorice exponens, thronis qui-  
dem designari scribit episcopos ac presbyteros: subselliis  
vero, diaconos et reliquos Ecclesiæ mini-  
stros. Quare hæc subsellia, ministris potius Eccle-  
siæ quam laicis parata fuisse videntur. Certe laici  
sedendi in ecclesia potestatem non habebant, ut docet  
Ortatus in l. iv. Quod quidem ita intelligendum  
est, ut in conventu ecclesiastico, dum divinum ce-  
lebratur officium, sedere non liceret laicis. Peracto  
autem officio sedere ipsis licebat, ut docet Athana-  
sius in epistola ad solitarios: « Ἦδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ  
ἐκλειστοὶ τοῦ λαοῦ γενομένης ἀπολύσεως ἐξεληθόντες.  
ἐπὶ paulo post, ἄρτι γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὄλγαι  
αὐθεζόμεναι. »

(28) Καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον οἶκον εἰσβολαῖς  
ἠνωμένους. Christophorsonus vertit: « Atque adeo  
ad fenestras inferioris templi affixit. » Quid quid  
sibi velit, equidem nescio. Neque enim intelligo,  
quomodo exhedræ fenestris affigi possint. Existima-  
vit scilicet Christophorsonus, εἰσβολάς fenestras si-  
gnificare. Eusebius quidem paulo supra de fene-

νοῖς, ὡς θαυμάσιον τοῖς ὁρώσι παρέχεν τὴν θίαν.  
Ἄλλ' οὐδὲ τοῦδαφος ἄρα εἰς ἀμελέειν ἔκειτο αὐτῶ· καὶ  
τὸδε γοῦν λίθω μαρμάρῳ εὖ μάλα κόσμῳ παντὶ λαμ-  
πρύνας, ἦδη λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἔκτος τοῦ νεῦ μετῆει,  
ἐξέδρας καὶ οἴκους τοὺς παρ' ἐκάτερα μεγίστους  
ἐπισκευάζων εὐτέχνως, ἐπὶ ταῦτόν εἰς πλευρὰ τῶ  
βασιλείᾳ συνεζευγμένους καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον  
οἶκον εἰσβολαῖς ἠνωμένους (28)· ἃ καὶ αὐτὰ τοῖς ἐπι  
καθάρσεως καὶ περιβόαντηρίων τῶν διὰ ὕδατος καὶ  
ἀγίου Πνεύματος ἐγγρήσουσιν, ὁ εἰρηνικώτατος ἡμῶν  
Σολομῶν ὁ τὸν νεῶν τοῦ Θεοῦ δειμάμενος ἀπειργά-  
ζετο, ὡς μηκέτι λόγον, ἀλλ' ἔργον γεγονέναι τὴν ἀνω  
λεχθεῖσαν προφητεῖαν. Γέγονε γὰρ καὶ νῦν ὡς ἀλη-  
θῶς ἔστιν ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ  
τὴν προτέραν. Ἔδει γὰρ καὶ ἀκλόουθον ἦν, τοῦ ποι-  
μένος αὐτῆς καὶ δεσπότου ἄπαξ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς θά-  
νατον καταδεξαμένου, καὶ μετὰ τὸ πάθος, ὁ χάριν  
αὐτῆς βυποῦν ἐνεδύσατο σῶμα, ἐπὶ τὸ λαμπρὸν καὶ  
ἐνδοξον μεταθεληκότος, αὐτὴν τε σάρκα τὴν λυθεῖ-  
σαν, ἐκ φοβῶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀγαγόντος, καὶ τῆνδε  
δμοίως τῶν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομιῶν (29) ἐπαύρα-  
σθαι· ὅτι δὴ καὶ τούτων πολλὴ κρείττονα (30) λαβοῦσα  
παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν πολλὴ μείζονα δόξαν  
τῆς παλιγγενεσίας, ἐν ἀφάρτου σώματος ἀναστάσει,  
nisi famulorum suorum propugnator Deus, id quod futurum erat celerrime præveniens, Constantinum famulum  
suum, tanquam splendidum quoddam ac salutare lucis jubar, in profunda caligine et in obscurissima nocte omni-  
bus repente ostendisset, eumdemque in brachio excelso ad has partes quasi manu apprehensum perduxisset.

## CAPUT IX.

De victoria Constantini, et de bonis quæ cunctis in  
orbe Romano degentibus per eum contigerunt.

Et huic quidem victoriam ac triumphum de im-  
piis, tanquam præmium ejus pietati debitum cœli-  
tus largitus est Deus. Illum vero nefarium una cum  
omnibus consiliariis ipsius et amicis, pedibus  
Constantini pronum substravit. Nam cum ille ad  
summam prorumperet insaniam, non amplius id  
ferendum ratus Deo charus imperator, modestam  
ac sobriam in se colligans mentem, et severam  
justitiæ vigorem clementia temperans, libenti animo  
opem ferre statuit iis qui a tyranno opprimebantur,  
et paucis pestibus e medio sublatis, innumerabiles  
prope homines servare. Cum enim antea sola cle-  
mentia usus fuisset, et hominem nulla miseratione  
dignum esset miseratus: ei quidem nihil profuit,  
quippe qui a pristina improbitate nequaquam desti-  
terit, quin potius rabiem adversus subditos inten-  
derit. Oppressis vero nulla jam spes salutis super-  
erat, quos immanis illa bellua crudelissime vexa-  
bat. Quocirca bonorum propugnator Constantinus,  
amori virtutis miscens odium improbitatis, una  
cum filio Crispo clementissimo Cæsare expeditionem  
suscepit, salutarem dextram cunctis pereuntibus  
porrigens. Ambo igitur, pater videlicet ac filius, sum-  
mo omnium rege ac Servatore Dei Filio ac Deo, duce  
**399** et adjutore sulti, acie inter se divisa Deique ho-

(83) Τούτῳ μὲν οὖν. Ab his verbis caput 9 in-  
choavimus: quam conjecturam nostram plane  
confirmant vetustissimi. codd. Mazarinus et Fuke-  
tianus. In quibus etiam hoc capitulum octavum di-  
citur, recte ut supra notavi.

(84) Σώφρονα συναγαγὼν λογισμόν. Id est,

« modestam in se colligans mentem. » Phrasis est  
Eusebiana. Sic enim loquitur in lib. iii *De vita  
Constantini*, cap. 5 et cap. 11. At Langus interpres  
Nicephori vertit « moderatam contrahens mentem, »  
quod non probo.

atibus undique circumjecta, perfacilem victoriam retulerunt, cum Deus in conflictu cuncta ipsis prona atque expedita ex animi sententia præsstitisset. Repente ergo et dicto citius, hi quidem qui heri ac nudius tertius cædes ac minas anhelabant, perierunt funditus, ac ne nominis quidem eorum memoria permansit. Imagines quoque eorum et reliqua monumenta, congrua ignominiae labe aspersit. Et quæ impiis olim tyrannis Licinius ipse suis oculis contingere viderat, eadem quoque simili modo perpressus est. Etenim ipse etiam disciplinam non admisit, nec aliorum suppliciis emendatus est: sed eandem quam superiores illi viam impietatis insistens, merito in eundem cum illis exitii gurgitem est delapsus. Et hic quidem ad hunc modum percussus occubuit. Constantinus vero omnibus religionis virtutibus ornatus, et victor maximus, una cum filio Crispo Cæsare Deo charissimo et patri undequaque simillimo, Orientem suum recepit, et imperium Romanum, sicut olim fuerat, in unum corpus rededit: universum orbem terrarum qui ab oriente sole ad ultimas usque occidentis oras protenditur, cum circumfusis utrinque regionibus tam ad septentrionem quam ad meridiem, paci suæ subiciens. Itaque homines omni metu eorum a quibus antea opprimebantur penitus amoto, festos dies cum maximo splendore et celebritate egerunt. Lux quædam jucundissima superfundi omnibus videbatur, et qui prius mæsti fuerant, tunc hilari ac residenti vultu lætisque oculis se vicissim aspiciebant. Choris etiam et hymnis tam per agros quam per civitates, primum quidem Deum omnium regem prout edocti fuerant, deinde piissimum imperatorem, et Deo charissimos ejus filios celebrabant. Nulla præteritarum calamitatum, nulla impietatis memoria suppetebat: sed præsentium bonorum fructus cum futurorum spe atque expectatione percipiebatur. Proponebantur ubique victoris principis edicta, plena humanitatis, et leges liberalitatis illius ac veræ pietatis indicia præferentes. Ad hunc igitur modum tyrannica dominatione exstirpata, penes solos Constantinum ejusque liberorum imperium Romanum, quod jure ipsis competebat, firmum et extra omnem invidiam permansit. Qui 400 quidem omnium superiorum principum impietate detersa atque e medio sublata, bonorum sibi divinitus concessorum probe conscii, studium virtutis et amorem Dei,

(85) *Οὐκέτ' ἦσαν.* In codd. Maz. et Med. scribitur οὐκ ἔστησαν. In Fuk. οὐκ ἀνέστησαν, sed neutrum probō.

(86) *Ἰπὸ τῆρ ἀδῶν... εὐρήνην.* Sic Seneca in lib. *De clementia* Neronem ita loquentem inducit: « Hæc tot millia gladiatorum quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur... » Eodem sensu apud Velleium et in veteribus nummis hæc legitur inscriptio: PAX AUGUSTI, id est quam orbi Romano præstat imperator. Alio sensu dicitur pax Romana ab eodem Seneca in libro *De clementia*, et in libro *De providentia*, id est pax qua fruitur imperium Romanum.

(87) *Χορείαι.* Merito hæc vox displicuit Nicephoro, cum de Christianis sermo sit Deum laudantibus. Itaque pro voce χορείαι, παιᾶνες substituit. Apud Eusebium in libro II *De vita Constantini*, cap. 19, legitur χοροί, quod tolerabilius est

τὴν συμβολὴν πάντων ἐξευμαρισθέντων αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατὰ γνώμην. Ἀθρόως δῆτα καὶ λόγῳ θάττον, οἱ μὲν χθὲς καὶ πρὸ ἡμέρας θανάτου πνέοντες καὶ ἀπειλῆς, οὐκέτ' ἦσαν (85), οὐδὲ μέχρι δνόματος μνημονευόμενοι· γραφαί τε αὐτῶν καὶ τιμαὶ τῆν ἀξίαν αἰσχύνῃν ἀπελάμβανον. Καὶ ἃ τοῖς πάλαι δυσσεβέσι τυράννοις ἐπέιδεν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς Δικίννιος, ταῦτα ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἔπασχεν, ὅτι μὴδ' αὐτὸς ἐδέξατο παιδεῖαν, μὴδὲ ταῖς τῶν πέλας ἐσωφρονίσθη μάλιστα· τὴν ὁμοίαν δ' ἐκεῖνοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὄδῳ, ἐπὶ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως περιηρέθη κρημνόν. Ἄλλ' οὗτος μὲν ταύτην τῆ βεβλημένους ἔχειτο. Ὁ δ' ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρέπων μέγιστος νικητῆς Κωνσταντῖνος, σὺν παιδὶ Κρίστῳ βασιλεῖ θεοφιλοστάτῳ καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὁμοίῳ, τὴν οἰκείαν ἐψῶν ἀπελάμβανον· καὶ μίαν ἠνωμένην τὴν Ῥωμαίων κατὰ τὸ παλαιὸν παρεῖχον ἀρχὴν, τὴν ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πᾶσαν ἐν κύκλῳ κατὰ θάτερα τῆς οἰκουμένης, ἀρχοντες ὁμοῦ καὶ μεσημέριαν, εἰς ἔσχατα δυομένης ἡμέρας ὑπὸ τῆν αὐτῶν ἄγοντες εἰρήνην (86). Ἀφῆρητο γοῦν ἐξ ἀνθρώπων πᾶν δέος τῶν πρὶν αὐτοῖς πιεζόντων, λαμπρὰς δ' ἐτέλουσαν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτῶν ἡμέρας· ἦν δὲ φωτὸς ἐμπλεὲς πάντα, καὶ μειδιῶσι προσώποις, ὁμμασί τε φαιδροῖς οἱ πρὶν κατηφείς ἀλλήλους ἔβλεπον, χορείαι (87) δ' αὐτοῖς καὶ ὕμνοι κατὰ πόλεις ὁμοῦ καὶ ἀγροῦς, τὸν παμβασιλέα Θεὸν πρώτιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτ' ἐδιδάχθησαν, κάπειτα τὸν εὐσεβῆ βασιλεῖ πασιὸν ἅμα θεοφιλεῖσιν ἐγέραιρον. Κακῶν δ' ἀμνηστία παλαιῶν ἦν, καὶ λήθη πάσης δυσσεβείας, παρόντων δ' ἀγαθῶν ἀπόλαυσις, καὶ προσέτι μελλόντων προσδοκία. Ἡπλώντο δ' οὖν κατὰ πάντα τόπον τοῦ νικητοῦ βασιλέως φιλάνθρωπίας ἐμπλεοὶ διατάξεις, νόμοι τε μεγαλοδωρεᾶς καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας γνωρίσματα περιέχοντες. Οὕτω δῆτα πάσης τυραννίδος ἐκκαθαρείσης, μόνρις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσκοχούσης βασιλείας βέβαια τε καὶ ἀνεπίφθονα Κωνσταντῖνω καὶ ταῖς αὐτοῦ πασιῶν οἱ τῶν πρόσθεν πάντων ἀποσημῆσαντες τὴν θεοστυγίαν τοῦ βίου, τῶν ἐκ Θεοῦ πρυτανευθέντων ἀγαθῶν αὐτοῖς ἡσθημένως (88), τὸ φιλάρετον καὶ θεοφιλεῖς, τὸ τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβὲς καὶ εὐχάριστον, δι' ὧν εἰς προὔπτον ἅπασιν ἀνθρώποις παρέσχον ὄραν, ἐπεδείξαντο (89).

quam χορείαι. Ferri tamen utcumque potest vox χορείαι. Nam Christiani choreas ducere solebant in festivitibus martyrum, quo illis honorem haberent, eorumque certamina ac victorias hoc pacto celebrarent, ut scribit Gregorius Naz. in carminibus ad mulieres curiosius sese exornantes, p. 152. Contra hujusmodi choreas graviter involuitur Basilius Magnus, homilia 14, *In ebrietatem*.

(88) *Ἡσθημένως.* Forte legendum ἡσθημένοι, ut alias sæpe. Edit.

(89) *Δι' ὧν εἰς προὔπτον ἅπασιν ἀνθρώποις παρέσχον ὄραν, ἐπεδείξαντο.* Cod. Reg., quem fere ubique secutus est Stephanus, διὰ τῆς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐνεδείξαντο νομοθεσίας. Sed in reliquis exemplaribus, Maz. scilicet, Med., Fuk. et Saviliano, totus hic locus scribitur ut edimus. Quam lectionem utpote plurium ac vetustiorum codicum consensu confirmatam, merito alteri præferendam putavi.

piumque et gratum animum erga caeleste numen, illustri operum suorum testimonio palam cunctis mortalibus declararunt.

*Explicit, Deo juvante, liber decimus Historiae Ecclesiasticae Eusebii Pamphili.*

*Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ δεκάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.*

# ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΙ Δ΄.

## EUSEBII PAMPHILI

CÆSARÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

### DE VITA IMP. CONSTANTINI

### LIBRI QUATUOR.

401 ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΘΕΟΝ ΒΙΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ  
ΛΟΓΟΥ ΠΡΩΤΟΥ (1).

α. Προόμιον περὶ τῆς Κωνσταντίνου τελευ-  
τῆς.  
β. Περὶ υἱῶν αὐτοῦ βασιλευσάντων ἐπι προο-  
μιον.  
γ. Περὶ Θεοῦ τιμῶντος βασιλεῖς εὐσεβεῖς, καὶ  
ἀπολλύντος τυράννους.  
δ. Ὅτι ὁ Θεὸς Κωνσταντίνον ἐτίμησεν.  
ε. Ὅτι ἐβασίλευσε μὲν ὑπὲρ τὰ τριάκοντα ἔτη

μοναρχήσας, ἔζησε δὲ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα.  
ς. Ὅτι Θεοῦ μὲν δοῦλος ἦν, ἐθνῶν δὲ τυκτη-  
τῆς.  
ζ. Πρὸς Κύρον τὸν Περσῶν βασιλέα, καὶ Ἀλέ-  
ξανδρον τὸν Μακεδόνων σύγκρισις.  
η. Ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτη-  
σεν.  
θ. Ὅτι υἱὸς βασιλέως εὐσεβοῦς, καὶ υἱοῖς βασι-

(1) In adnotationibus ad *Historiam Ecclesiasticam*, observavi titulos capitum qui singulis libris præfixi leguntur, ab ipso Eusebio esse compositos. Idque argumentis meo quidem iudicio certissimis comprobavi. Verum in his *De vita Constantini* libris, aliter se res habet. Neque enim ab ipso Eusebio confecti sunt indices horum librorum, sed ab alio longe recentiore. Id autem conjicio, tum ex eo quod indices horum capitulorum insulsi fere sunt ac barbari; tum quod de Eusebio semper loquuntur in tertia persona: cum tamen in titulis capitum *Ecclesiasticae Historiae* seipsum semper Eusebius in prima persona nominet. Adde quod distinctiones capitum nimis crebrae ac frequentes sunt, quodque una interdum imperatoris epistola et constitutio, plura in capita dividitur et quasi discerpitur. Quæ res inter legendum sæpe fastidium et nauseam lectori parere solet. Taceo quod voces ac dictiones barbaræ non sæpe occurrunt in his indicibus. Nam et *παλάτιον* et *κόμητες*, et *νοτάριον*, et *Αὐγουστος* aliquoties in his legas. Quæ quidem omnia in hanc me sententiam impellunt, ut horum capitulorum auctorem quemvis

potius alium esse quam Eusebium credam. Quicumque tamen ille fuit, antiquus certe est, nec ab Eusebio nostri ætate longe remotus. Idque colligitur præcipue ex capitulis libri iv, in quibus quædam legas quæ non nisi ab eorum temporum æquali scriptore sciri potuerunt. Cujusmodi illud est de Mariano tribuno et notario, in cap. 44 lib. iv, cuius notarii nomen hodie nesciremus, nisi auctor ille capitulorum et post eum Sozomenus nos id docuisset. Suspicatus sum aliquando Acacium, eum qui post Eusebium nostrum Cæsariensis Ecclesiæ cathedram tenuit, cum hos magistri sui libros post obitum ejus ederet, indices istos composuisse. Verum hæc simplex conjectura est, quam sequetur qui volet. Denique monendus est lector, in omnibus nostris exemplaribus horum capitum titulos absque notis numeralibus perscriptos esse. Et in veteribus quidem schedis bibliothecæ Regiæ, singulis libris præfixi leguntur. In Fuketiano autem codice non tantum singulis libris præponuntur, sed etiam in corpore uniuscujusque libri, singulis capitibus adduntur.



- λαῦσι κατέλιπε τὴν ἀρχήν.  
 ι'. Περὶ τοῦ καὶ ἀναγκάλων εἶναι καὶ ψυχοφελῆ τὴν ἱστορίαν ταύτην.  
 ιι'. Ὅτι μόνος τὰς Κωνσταντινῶν νῦν ἱσθόρησε θεοφιλεῖς πράξεις.  
 ιβ'. Ὅτι ὡς Μωδῶς ἐν οἴκοις τυράννων ἀνετρέφθη Κωνσταντῖνος.  
 ιγ'. Περὶ Κωνσταντίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μὴ ἀνασχομένου τῶν περὶ Διοκλητιανῶν καὶ Μαξιμιανῶν, καὶ Μαξέντιον, ὥστε διώξαι τοὺς Χριστιανούς.  
 ιδ'. Ὅπως Κωνσταντῖνος ὁ πατὴρ ὀνειδισθεὶς περὶ τῶν ἀνασχομένων τῶν περὶ Διοκλητιανῶν, καὶ τοὺς θησαυροὺς πλῆσας, ἀπέδωκε πάλιν τοῖς προσετέγκασιν τὰ χρήματα.  
 ιε'. Περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἄλλων διωγμοῦ.  
 ις'. Ὅπως Κωνσταντῖνος ὁ πατὴρ εἰδωλολατρεῖαν σχηματισάμενος, τοὺς μὲν θύειν θέλοντας ἐξέβαλε, τοὺς δὲ ὁμολογήσασιν προθεμένους εἶχεν ἐν παλατίῳ.  
 ιζ'. Περὶ τῆς φιλοχριστοῦ αὐτοῦ προαιρέσεως.  
 ιη'. Ὅτι Διοκλητιανῶν καὶ Μαξιμιανῶν ἀπεδυσάμενων, πρῶτος ἦν λοιπῶν Ἀβρουστοῦ ὁ Κωνσταντῖνος, ἐν εὐτελεῖ κομῶν.  
 ιθ'. Περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου, νεανίου ἅμα Διοκλητιανῶν τὸ πρῶτον εἰς Παλαιστίνην παραγενομένου.  
 κ'. Κωνσταντίνου πρὸς τὸν πατέρα διὰ τὰς ἐπιβουλὰς Διοκλητιανῶν ἀναχώρησις.  
 κα'. Τελευτῆ Κωνσταντίνου τὸν υἱὸν βασιλέα Κωνσταντίνον καταλιπόντος.  
 κβ'. Ὅπως Κωνσταντίνου προκομισθέντος, τὰ στρατεύματα Κωνσταντίνου Ἀβρουστον ἀνηγρέυσεν.  
 κγ'. Καταστροφή τῶν τυράννων, δι' ὑπομήσεως ἐλίγη.  
 κδ'. Ὅτι βουλῆσει Θεοῦ, Κωνσταντῖνος ἔσχε τὸ βασιλεύειν.  
 κε'. Κωνσταντίνου κατὰ βαρβάρων καὶ Βρεττανῶν νίκαι.  
 κς'. Ὅπως Ῥώμῃ ἐλευθερώσασιν Μαξέντιου προήρητο.  
 κζ'. Ὅτι τὰς τῶν εἰδωλολατρησάντων καταστροφὰς ἐνθυμηθεὶς, μᾶλλον τὸν χριστιανισμὸν ἐξελέξατο.  
 402 κη'. Ὅπως εὐξαμένῳ, τὴν ὀπτασίαν ὁ Θεὸς παρέσχε, σταυρὸν ἐκ φωτὸς ἐν οὐρανῷ μεσημβρίας ὀψεως, καὶ γραφὴν τούτῳ νικῶν παραινύσαν.  
 κθ'. Ὅπως ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καθ' ἕναυτος αὐτῷ φανείας, ὁμοιοτρόπῳ τοῦ σταυροῦ σημεῖω κεχρησθῆναι κατὰ τοὺς πολέμους προσέτευξε.  
 λ'. Κατισκενὴ τοῦ αὐτοῦ σταυρικοῦ σημείου.
- Α λ'. Ἐκφρασις σταυροειδοῦς σημείου, ὅπερ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι Ἀδάρον καλοῦσιν.  
 λβ'. Ὅπως κατηχηθεὶς Κωνσταντῖνος, τὰς θείας Γραφὰς ἀνεγίνωσκεν.  
 λγ'. Περὶ τῶν Μαξέντιου μοιχείων τῶν ἐν Ῥώμῃ.  
 λδ'. Ὅπως ἡ τοῦ ἐπαρχοῦ διὰ σωφροσύνην ἐαυτὴν ἀνείλεν.  
 λε'. Ἀναρροσις δήμου Ῥωμαίων ὑπὸ Μαξέντιου.  
 λς'. Μαγεῖαι Μαξέντιου, καὶ ἔρδεια τροφῶν ἐν Ῥώμῃ.  
 λζ'. Ἔγγραφα ἐν Ἰταλίᾳ Μαξέντιου στρατευμάτων.  
 λη'. Μαξέντιου θάνατος ἐν γεφύρᾳ ποταμοῦ Τιβέριδος.  
 λθ'. Εἰσοδος ἐν Ῥώμῃ Κωνσταντίνου.  
 μ'. Περὶ ἀνδριάντος αὐτοῦ σταυρὸν κατέχοντος, καὶ τῆς ἐπιγραφῆς.  
 Β μα'. Εὐφροσύνη κατὰ τὰς ἐπαρχίας καὶ δωρεὰ Κωνσταντίνου.  
 μβ'. Ἐπισκόπων τιμὰ, καὶ ἐκκλησιῶν οἰκοδομίαι.  
 μγ'. Περὶ τῶν εἰς τοὺς πένητας εὐεργεσιῶν Κωνσταντίνου.  
 μδ'. Ὅπως ταῖς συνόδοις τῶν ἐπισκόπων συμπαρήν.  
 με'. Ὅπως καὶ τῶν ἀφρόνων ἠρείχετο.  
 μς'. Νίκαι κατὰ βαρβάρων.  
 μζ'. Μαξιμίον θελήσαντος ἐπιβουλεύσασιν θάνατος, καὶ ἄλλων οὐς ἐξ ἀποκαλύψεως Κωνσταντῖνος εὗρεν.  
 μη'. Δεκαετηρίδος Κωνσταντίνου πατήρησις.  
 μθ'. Ὅπως τὴν ἀνατολὴν ἐκακούχει Λικίνιος.  
 ν'. Ὅπως καὶ Κωνσταντίνῳ Λικίνιος ἐπιβουλεύειν ἠθέληεν.  
 να'. Λικίνιον κατ' ἐπισκόπων συσκευαί, καὶ συνδίδων κωλύσεις.  
 νβ'. Ἐξορισμοὶ καὶ δημεύσεις κατὰ Χριστιανῶν.  
 νγ'. Γυναίκα εἰς ἐκκλησίᾳ ἀνδράσιν ἅμα μὴ συνάγεσθαι πρόσταγμα.  
 νδ'. Τοὺς μὴ θύοντας, ἀποστρατεύσασθαι, καὶ τοὺς ἐν φυλακαῖς, μὴ τρέφεσθαι.  
 νε'. Περὶ τῶν Λικίνιον παρανομῶν καὶ πλεονεξιῶν.  
 νς'. Ὅτι διωγμῶν ποιῆσαι λοιπὸν ἐπεχειρεῖ.  
 νζ'. Ὅτι Μαξιμιανὸς σύριγγι καὶ σκώληκι δαμασθεὶς, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔγραψεν.  
 νη'. Ὅτι Μαξιμίος διώξας Χριστιανούς καὶ φυγῶν, ὡς οὐδέτις ἐκράδτετο.  
 νθ'. Ὅτι ἐν νόσῳ τυφλωθεὶς Μαξιμῖνος, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔγραψεν.

#### 403 CAPITULA LIBRI PRIMI DE RELIGIOSA VITA BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI.

- I. Proœmium de morte imperatoris Constantini.  
 II. De filiis ejus imperatoribus. Adhuc proœmium.  
 III. De Deo pios principes honorant, et tyrannos puniunt.  
 IV. Quod Deus Constantinum honoraverit.  
 V. Quod xxx quidem annis regnavit, vixit autem plus quam lxx.  
 VI. Quod Dei quidem famulus, gentium autem victor fuerit.  
 VII. Comparatio ejus cum Cyro Persarum et Alexandro Macedonum rege.  
 VIII. Quod orbem propemodum universum subegerit.  
 IX. Quod, pii imperatoris filius, imperium filius reliquit.  
 X. Quod historia hæc necessaria et ad formandos mores utilis sit.  
 XI. Quod solu Constantini gesta quæ ad pietatem pertinent narraturus sit.  
 XII. Quod Constantinus in tyrannorum œdibus, sic  
 D ut Moses, educatus sit.  
 XIII. De patre ejus Constantio, qui Christianos, ut Diocletianus et Maximianus, persequi noluit.  
 XIV. Quomodo Constantius exprobrata ipsi a Diocletiano paupertate, ætarium impleverit, et postea collatoribus pecuniam reddiderit.  
 XV. De persecutione ab aliis concitata.  
 XVI. Quomodo Constantius simulans se simulacra colere, eos quidem qui sacrificare parati essent expulserit: illos vero qui se Christianos profiteri maluissent, in palatio retinuerit.  
 XVII. De affectu et amore Constantii erga Christum.  
 XVIII. Quod post abdicationem Diocletiani et Maximiani, Constantius primus Augustus fuit, numerosa prole insignis.  
 XIX. De filio ejus Constantino, qui adhuc adolescens, una cum Diocletiano in Palestinam venit.  
 XX. Constantinus propter Diocletiani et Galerii insidias ad patrem revertitur

- XXI. Mors Constantii, Constantinum filium imperatorem relinquentis.  
 XXII. Quomodo elato Constantio Constantinus a militibus Augustus appellatus sit.  
 XXIII. Interitus tyrannorum brevis commemoratio.  
 XXIV. Quod Constantinus imperium Dei arbitrio sit consecutus.  
 XXV. Constantini de Britannis et barbaris victoriae.  
 XXVI. Quomodo Romam Maxentii tyrannide liberare decreverit.  
 XXVII. Quod Constantius gentilium interitum considerans, Christianismum potius elegit.  
 XXVIII. Quomodo Deus oranti visionem ostenderit in caelo sub meridie, crucem videlicet lucidam cum inscriptione, memento ut in hac vinceret.  
 XXIX. Quomodo Christus Constantino in somnis visus, praecepit ut signo ad crucis formam facto uteretur in bellis.  
 XXX. Fabricatio ejus signi ad crucis similitudinem.  
 XXXI. Descriptio signi instar crucis formati, quod Romani Labarum vocant.  
 XXXII. Quomodo Constantinus catechumenus factus, sacras Scripturas legerit.  
 XXXIII. De adulteriis a Maxentio Romae perpetratis.  
 XXXIV. Quomodo uxor praefecti pudicitiae servandae causa mortem sibi conscivit.  
 XXXV. Cades populi Romani jussu Maxentii.  
 XXXVI. **404** Magicae artes Maxentii, et alimentorum penuria Romae.  
 XXXVII. Maxentii exercitus in Italia superati.  
 XXXVIII. Maxentii interitus in ponte Tiberis.  
 XXXIX. Ingressus Constantini in urbem Romam.
- XL. De Constantini statua crucem tenente, et de ejus inscriptione.  
 XLI. Exsultatio provinciarum, et largitiones Constantini.  
 XLII. Honores episcopis delati, et ecclesiarum exstructiones.  
 XLIII. De Constantini in pauperes beneficentia.  
 XLIV. Quomodo synodis episcoporum interfuit.  
 XLV. Quomodo insipientes toleraverit.  
 XLVI. Victoriae de barbaris relatae.  
 XLVII. Mors Maximiani et aliorum quorum insidias, Deo revelante, Constantinus deprehenderat.  
 XLVIII. Constantini decennialia.  
 XLIX. Quomodo Licinius Orientem affixerit.  
 L. Quomodo Licinius Constantino insidiatus sit.  
 LI. Licinii insidiae adversus episcopos, et prohibitio synodorum.  
 LII. Christianorum exsilia et proscriptiones.  
 LIII. Edictum Licinii ne mulieres una cum viris in ecclesiam convenirent.  
 LIV. Quomodo eos qui sacrificare renuissent, militia solvit, et carcere inclusos ali vetuit.  
 LV. De iniquitate et avaritia Licinii.  
 LVI. Quomodo persecutionem adversus Christianos tandem excitaverit.  
 LVII. Qualiter Maximianus fistuloso ac verminante ulcere perdomitus, pro Christianis legem scripserit.  
 LVIII. Qualiter Maximinus Christianorum persecutor, fugiens servili habitu sese occultaverit.  
 LIX. Quomodo vi morbi excacatus Maximinus legem pro Christianis dedit.

## ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ (3)

ΛΟΓΟΣ Α' (5).

## EUSEBII PAMPHILI

DE VITA BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI

### LIBER PRIMUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ (4).

Περὶ τῆς Κωνσταντίνου τελευτῆς.

Ἄρτι μὲν τῷ μεγάλῳ βασιλεὶ παντοίων δεκάδω

(2) *Eis tōn bios tou makariou Konstantinou.* Ita Graeci solent inscribere libros de cujuspian vita conscriptos. Certe Philostratus libros suos de vita Apollonii Tyanei hoc titulo praenotavit, Φιλοστράτου εἰς τὴν Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον λόγῳ ἠ'. Sic etiam Marcus Antoninus libros de vita sua inscripsit, τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιδ'. Notandum porro est, licet hi libri *De vita imperatoris Constantini* inscribantur, non omnia tamen quae ab imperatore Constantino sunt gesta, in illis contineri, sed ea tantum describi, quae ad veram pietatem et Christianae religionis gloriam pertinent. Quod quidem Eusebius diserte mouet in principio hujus libri, capite 11.

(3) *Δόγος α'. Λόγοι πέντε,* Robertus Stephanus, nescio quos secutus codices; nam neque in Regio exemplari, neque in veteribus schedis haec leguntur. Sed neque in Fuketiano codice verba ista reperti. Certe hoc opus *De vita imperatoris Constantini,*

**405** PROOEMIUM.

*De morte imperatoris Constantini.*

Nuper quidem universum hominum genus se-

quatuor duntaxat libros habet, quod testatur etiam Photius. Sed quoniam ad calcem horum librorum Eusebius tria subjunxerat opuscula, orationem scilicet imperatoris Constantini ad conventum sanctorum, descriptionem martyrii Hierosolymitani cum donariis illis a Constantino dedicatis, et panegyricum dictum in tricennialibus Constantini: hinc factum est ut appendix ista pro libro quinto a quibusdam acciperetur. Sane index capitum qui praefixus est orationi Constantini ad sanctos, in Fuketiano codice hunc habet titulum, κεφάλαια τοῦ πέμπτου λόγου. In Regio autem exemplari praetermissis capitum indicibus, hic titulus ad latus ascriptus est, licet paulo recentiore manu, Ἀρχὴ τοῦ δ' βιβλίου.

(4) Recte observatum est hoc prooemium ad finem usque capituli 11 continuari, siquidem inde a cap. 12 demum narratio ipsa capiat initium. Εἰς τ. ΡΑΤΒ.

cunda ac tertia magni imperatoris nostri decennalia certis temporum spatiis redeuntia festivitatibus et conviviis celebravit. Nos quoque ipsi nuper eundem victorem ac triumphatorem cœtu famulorum Dei circumseptum, laudatione in ejus vicennialibus dicta venerati sumus. Sed et tricennialium orationum coronas ei texentes, nuper in ipso palatio sacrum ejus caput redimivimus. Verum nunc anceps animi hæreo, cupiens quidem aliquid more solito proferre, sed quo me veriam, prorsus ignarus, inusitata rei spectacula percussus. Nam quocumque mentis oculos intendo, sive ad ortum solis, sive ad occasum, seu universum terrarum orbem, seu cœlum ipsum circumspicio, beatissimum principem ubique præsentem intueor. Ac liberos quidem ejus quasi nova quædam lumina, terrarum ambitus omnes paternis radiis implere animadverto, illumque ipsum auctoritate ac potentia etiamnum viventem, resque humanas multo præstantius ac potentius moderantem; quippe qui filiorum successione diffusus sit atque amplificatus. Qui prius quidem honore Cæsarium affecti fuerant: nunc vero totum patrem induti, ob eximiam religionis virtutem imperatores et Augusti renuntiali sunt, cuncta patris ornamenta præ se ferentes.

#### 406 Adhuc proœmium.

Cumque eum qui paulo ante in mortali corpore cernebatur et nobiscum una versabatur, admirabili quadam ratione etiam post obitum, quo tempore natura quidquid superfluum est, tanquam alienum refutat, iisdem regiis ædibus et honoribus ac laudationibus frui video, incredibili admiratione percellor. Jam vero cum ad ipsos usque cœli fornices mentis meæ aciem extendi, atque illic beatissimam ejus animam cum ipso Deo versari cogito, terrestri quidem ac mortali integumento liberatam, circumdatam vero splendidissimæ lucis stola: eamque non jam brevi temporis curriculo in his caducis sedibus volutari, sed corona

(5) *Εικοσαετηρικοίς ὕμνοις.* Hæc oratio dicta ab Eusebio in vicennialibus Constantini, hodie non existat. Id tantum de ea affirmare possumus, dictam illam fuisse in Nicæna synodo coram principe Constantino, quod testatur Eusebius his verbis: Τὸν καλλίνικον μέσον ἀπολαβόντες Θεοῦ λειτουργῶν συνόδου. Sed multo clarius id ipsum docet in lib. III, cap. 41.

(6) *Ἡδὴ δὲ καὶ τριακοταετηρικούς.* Intelligit orationem tricennialem de laudibus Constantini, quam Eusebius ad calcem librorum *De vita ejusdem Constantini* subjecerat, sicut ipsemet testatur in libro IV, cap. 46. In codice tamen Fuketiano hæc oratio præfixa est libris Eusebii *De vita imperatoris Constantini*. Recte id quidem, si tempus ipsum spectemus quo habita est hæc oratio: sed tamen contra sententiam ipsius scriptoris, qui orationem illam ad calcem horum librorum collocari jussit.

(7) Vulg., *αὐτῇ συνόντα βασιλέα θεωρεῖ.* Hieronimus Savilius ad oram libri sui adnotavit, forte legendum αὐτῷ. Idem quoque mihi in mentem venerat, antequam Savilianum codicem nactus fuisset; αὐτῷ, supple τῷ λόγῳ. Hoc ipsum est quod infra citat Eusebius αὐτοῖς θ' ἡμῖν συνόντα παραδόξοτατα. Sed nunc re attentius examinata, aliter sen-

ditῶν τε καὶ τριτητῶν περιόδους ἐν ἑορτῶν εὐωχίας πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐπανηγύριζεν, ἔρτι δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τὸν καλλίνικον μέσον ἀπολαβόντες Θεοῦ λειτουργῶν συνόδου, εικοσαετηρικοίς ὕμνοις (5) ἐγεραιρομεν, ἤδη δὲ καὶ τριακοταετηρικούς (6) αὐτῷ λόγων πλέξαντες στεφάνους, ἐν αὐτοῖς πρόην βασιλείους τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἀνεστέφομεν· νυνὶ δὲ ὁ λόγος ἤδη ἀμχανῶν ἔστῃκε, ποθῶν μὲν τι τῶν συνήθων προσφθέργασθαι, ἀπορῶν δ' ὅποι καὶ τράποιτο, μόνῳ τε τῷ θαύματι τῆς ξενιζούσης δψεως καταπληγμένῳ. Ὅποι γὰρ ἂν ἀτενὲς ἐμβλέψειεν, ἦν τε πρὸς ἔω, ἦν τε πρὸς ἑσπέραν, ἦν τ' ἐπὶ γῆς αὐτῆ; ὄλης, ἦν τε πρὸς οὐρανὸν αὐτὸν, πάντῃ καὶ πανταχῶ τὸν μακχάριον αὐτῆ συνόντα βασιλεία θεωρεῖ (7)· γῆ; μὲν γὰρ τοὺς αὐτοῦ παῖδας οἶά τινας νέους λαμπτήρας, τῶν αὐτοῦ μαρμαρυγῶν συνορᾷ πληροῦντας τὸ πᾶν, αὐτὸν τε ζῶντα δυνάμει καὶ τὸν σύμπαντα διακυβερνῶντα βίον, κρειττότως ἢ πρόσθεν, τῆ τῶν παίδων πολυπλασιασθέντα διαδοχῆ· οἱ Καيسάρων μὲν ἐπ' πρότερον μετεῖχον τιμῆς, νυνὶ δ' ὄλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι, θεοσεβείας ἀρετῆ αὐτοκράτορες, Αὐγουστοι, σεβαστοὶ, βασιλεῖς, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐμπρέποντες καλλωπίσμασιν, ἀνεδέλχθησαν.

#### ETI PROOIMION.

Καὶ τὸν ἐν σώματι δὲ θνητῷ (8) μικρῷ πρόσθεν ὀρώμενον, αὐτοῖς θ' ἡμῖν συνόντα, παραδοξότατα (9) καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτήν, ὅτε ἡ φύσις ὡς ἀλλότριον τὸ περιττὸν ἐλέγχει, τῶν αὐτῶν βασιλικῶν οἰκῶν τε καὶ τιμῶν, καὶ ὕμνων ἤξιωμένον θεώμενος ὁ λόγος ὑπερεκπλήττεται· ἤδη δὲ καὶ πρὸς αὐταῖς οὐρανίαις ἀψίσιν ἑαυτὸν ἐκτείνας, κἀναυθα τὴν τρισμακαρίαν ψυχὴν αὐτῷ Θεῷ συνοῦσαν φαντάζεται, θνητοῦ μὲν καὶ γεώδους παντὸς ἀφειμένην περιδηματος, φωτὸς δ' ἑξαστραπτουσῆ στολῆ καταλαμπόμενήν, εἴτ' οὐκέτι μὲν μικρῶν χρόνων περιόδους ἐν θνητῶν διατριβαῖς εἰλουμένην αὐτὴν, αἰωνοθαλεῖ δὲ

tio. Neque enim dubito quin Eusebius scripserit αὐτῆ συνόντα βασιλεία· quæ locutio est elegantissima. Βασιλείαν enim quasi deam quamdam facit, cuius individuum comitem etiam post mortem ait esse Constantinum: quippe qui sursum quidem versetur cum Deo summo omnium Rege: huius vero adhuc regnet in filiis. Certe quisquis sequentia attente legerit, nunquam de hac emendatione dubitabit.

(8) Vulg., *καὶ τὸν ἐν σώματι δὲ θνητῶν.* Rectius in veteribus schedis legitur καὶ τὸν ἐν σώματι δὲ θνητῷ. In codice Fuk. quatuor priora verba desunt, et lacuna relicta est, unius tantum aut alterius vocabuli capax.

(9) *Αὐτοῖς θ' ἡμῖν συνόντα παραδοξότατα.* In codice Fuk. hic locus ita scribitur, αὐτοῖς θ' ἡμῖν..... ἐνδοξότατα, etc. Ego tamen vulgatam lectionem retinere maluerim, sed mutata distinctione. Neque enim post adverbium παραδοξότατα virgulam ponendam puto, ut fecerunt Musculus et Christophorus, sed post vocem συνόντα. Nam Eusebius hoc maximum ait esse miraculum et παραδοξότατον, quod Constantinus licet mortuus, iisdem tamen honoribus atque obsequiis quibus vivus colebatur.

διαθήματι, ζωῆς τε ἀτελευτήτου καὶ μακαρίου αἰῶνος ἀθανασίᾳ τετιμημένην ἐννοῶν, ἀγανῆς ἔστηκεν οἷα καὶ ἄλογος (10)· μηδὲ μίαν μὲν ἀφιεῖς φωνήν, τῆς δ' αὐτῆς αὐτοῦ κατεγνώκως ἀσθενείας, καὶ δὴ σιωπῆν καθ' ἑαυτοῦ ψηφισάμενος, τῷ κρείττονι παραχωρεῖ τυγχάνειν τῆς τῶν ἐφαμύλλων ἕμνων ἀξίας· ὅθι καὶ μόνῳ δυνατὸν ἀθανάτῳ Θεῷ καὶ ὄντι Λόγῳ τὰς οἰκείας πιστοῦσθαι φωνάς.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ Θεοῦ τιμῶντος βασιλεῖς εὐσεβεῖς, καὶ ἀπολύοντος τυράννους.

Δ' ὢν τοὺς μὲν αὐτὸν δοξάζοντας τε καὶ τιμῶντας ἀμοιβαίως ὑποβάλλεσθαι χάρισματι, τοὺς δ' ἐχθροὺς καὶ πολεμίους σφᾶς αὐτοὺς αὐτῷ καταστήσαντας, τὸν ψυχῶν ἐλεθρον ἑαυτοῖς περιποιήσῃν θεοσιπίας, ἐντεῦθεν ἤδη τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἀψευδῆς παρεστήσατο· ἀθέλον μὲν καὶ θεομάχων τυράννων ἀπευκτὰ δειξας τοῦ τὰ τέλη, τοῦ δ' αὐτοῦ θεράποντος ζηλωτῶν καὶ πολυβμνητον πρὸς τῇ ζωῇ καὶ τὸν θάνατον ἀποφήνας, ὡς ἀξιολογούμενον, καὶ τοῦτόν τε στηλῶν (10') οὐ θνητῶν, ἀλλ' ἀθανάτων ἐπάξιον γενέσθαι. Θνητῶν μὲν γὰρ φύσις θνητοῦ καὶ ἐπιχρήρου τέλους παραμύθιον εὐραμένη, εἰκόνων ἀναθήμασι τὰς τῶν προτέρων μνήμας ἀθανάτους ἐδοξε γράφειν τιμαῖς· καὶ οἱ μὲν σκιαγραφίαις κηροχύτου γραφῆς (11) ἀνθεσιν, οἱ δὲ γλυφαῖς ὕλης ἀψύχου ἀνδρείκελα σχήματα τεκτηνάμενοι, οἱ δὲ κύρβεσι καὶ στήλαις βαθείας γραμμᾶς ἐγχαράξαντες, μνήμας ὑπελαθὸν αἰωνίους (12) τὰς τῶν τιμωμένων ἀρετὰς

(10) Vulg., ἀγανῆς ἔστηκεν οἷα καὶ ὁ λόγος. Hunc locum emendavi ex codice Fuk. et Saviliano : quibus consentit etiam codex Moræi. Eleganter dicitur λόγος ἄλογος, ut sciunt Græcarum litterarum studiosi. Cæterum cum hæc omnia in tertia persona ab Eusebio dicantur de λόγῳ, id est, sermone seu oratione, nos personam mutare maluimus, quia Latini sermonis proprietas id omnino exigere videbatur.

(10') Καὶ τοῦτόν τε στηλῶν. Non placet lectio codicum Fuk. et Gruteri, quam etiam in margine codicis Moræi ascriptam inveni, καὶ τοῦτόν γε, etc. Ego unius particulæ transpositione, locum sic emendo : ὡς ἀξιολογούμενον καὶ τοῦτόν, στηλῶν τε οὐ θνητῶν, etc. Atque ita Eusebium scripsisse, quovis pignore contenderim. Porro στήλαι hoc loco sunt tituli, seu monumenta sepulcralia, ut ad libros Historiarum fusius notavi.

(11) Κηροχύτου γραφῆς. Encausticam picturam intelligit, quæ fiebat ceris igne resolutis. Antiquissimum id fuit genus picturæ, ut docet Plinius in lib. xxxv, cap. 11 : « Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat. » Idem Plinius tria ejus picturæ genera recenset : cera scilicet, et cestro in ebore, et penicillo in tabulis ligneis : « Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore cestro, donec classes pingi cœperet. Hoc tertium accessit, resolutis igni ceris penicillo utendi. » Quibus in verbis obscurum est quid sibi voluerit Plinius, cum ait primum genus encausto pingendi fuisse cera. Neque enim intelligendum est, in reliquis generibus encausticæ picturæ ceram non fuisse. Sensus igitur est, primum illud encausticæ picturæ genus sola cera peractum fuisse, nullo alio præter ceram instrumento ad pingendum adhibito. Procopius in libro 1 De ædificiis Justiniani,

A perpetuo virente, et immortali vita ac beato ævo donatam esse intelligo : mutus hæreo, et linguæ rationisque usu penitus destitutus. Ac vocem quidem proferre nullam possum : sed meam ipse tenuitatem ultro condemnans, mihi que ipse silentium indicens, cedo potiori has partes, et pro meritis congruas laudes exprobat : illi scilicet qui cum immortalis Deus sit ac Dei Sermo, solus sua ipsius dicta firmare et rata facere potest.

### CAPUT III.

De Deo pius principes honorante et tyrannos puniente.

Cum enim prædixerit, eos a quibus cultus et honoratus fuisset, maximis præmiis a se vicissim remunerandos esse ; illos vero qui se hostes atque inimicos ipsius professi essent, sibi metipsis perniciosos creaturos, promissorum ac verborum suorum veritatem jam inde ab hac vita comprobavit. Quippe impiorum quidem Deique adversariorum tyrannorum abominandos exitus nobis ob oculos proposuit : famulo autem suo non vitam solum, verum etiam mortem felicissimam et maximis laudibus dignam præstitit, adeo ut hæc etiam omnium posterorum sermonibus celebrari, nec tantum caducis, sed etiam immortalibus honoribus affici meruerit. Mortalium quidem genus, solatio aliquo letiferi interitus excogitato, consecratis imaginibus, tanquam immortalibus honoribus superiorum hominum memorias colere solitum est. Et alii quidem adunbratis encausticæ 407 picturæ coloribus ; alii inanimis materiæ sculptura similitudinem hominum

de camera ecclesiæ loquens, genus hoc picturæ ita describit : Ἐναθρύνεται δὲ ταῖς γραφαῖς ἡ ὄρα φη πᾶσα, οὐ τῷ κηρῷ ἐντακέντι τε καὶ διαχυθέντι. Apparet Procopium his verbis designare κηροχύτον γραφῆν. Certe κηροχύτος γραφῆ legitur etiam apud Joannem Chrysostomum, ut refertur in concilio Nicæno II, pag. 542, et in epistola Gregorii papæ ad Germanum Constantinopolitanum episcopum, pag. 555 ejusdem concilii Nicæni, ubi Anastasius Bibliothecarius vertit « imaginem cera perfusam. » Eadem vox iterum occurrit infra in lib. III, cap. 3, in Historia Nicephori patriarchæ Constantinopolitani sub finem. De hac pictura loquitur Apuleius in defensione sua : « Enimvero quod luto fictum, vel ære infusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum. » Et Nazarius in panegyrico quem dixit Constantino, loquens de ejus imaginibus : « Maxentio dejectis ita scribit : « Aboleri hic vultus non potest : universorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ aut pigmentorum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum. » Paulinus quoque in epistola 8 ad Fulpium Severum ; ad quem locum vide notas Frontonis Ducæi. Est etiam illustris de hac re locus Boethii in præfatione librorum Arithmeticæ, quos Symmacho patricio nuncupavit : « At picturæ, inanibus tabulæ commissæ fabrorum ; ceræ rustica observatione decerpæ ; colorum fuci mercatorum solertia perquisiti ; lineæ operosis elaborata texturinis, multiplicem materiam præstant. » Sic enim corrigendus est locus iste ex vetusto codice bibliothecæ Thuanæ. Denique Anastasius in sermone de Sabbato, qui refertur in VII synodo : τῆς εἰκόνης οὐδὲν ἕτερον οὐσης, ἢ ἔυλον καὶ χρώματα κηρῷ μεμιγμένα καὶ κεκραμένα.

(12) Μνήμας ὑπελάθων αἰωνίους. Scribendum puto ἐπέλαθον. Atque ita legitur in veteribus

exprimentes; quidam in ligneis aut lapideis tabulis litteras altius incidentes, eorum quos colebant virtutem ad æternam posteritatis memoriam consecrare instituerunt. Verum hæc omnia caduca, et temporis longinquitate pereuntia, utpote quæ mortalium corporum figuram, non immortalis animi formam exprimerent. Hæc tamen sufficere iis videbantur, qui post hujus mortalis vitæ exitum nullius spem boni animo conceperant. Deus vero, Deus, inquam, communis omnium rerum Servator, qui pietatis amatoribus majora quam quæ cogitatione hominum comprehendere possint, apud se recondidit bona, primitias futurorum præmiorum in antecessum quasi pignus dat in hoc sæculo; immortalium rerum spem mortalibus oculis quodammodo exhibens ac repræsentans. Hoc vetusta prophetarum opacula quæ scriptis mandata sunt, aperte prædicunt. Hoc vitæ Deo charorum virorum qui variis virtutibus refulserunt, posterorum memoria etiamnum celebratæ confirmant. Hoc ipsum ætatis nostræ testimonio verissimum esse convincitur, cum Constantinus solus omnium qui Romano unquam imperio præfuerunt, summo omnium regi Deo acceptus, quasi illustre quoddam religionis vitæ exemplum cunctis hominibus est propositus.

## CAPUT IV.

*Quod Deus Constantinum honoraverit.*

Hoc denique Deus ipse quem veneratus est Constantinus, evidenti suffragio comprobavit: dum illi non modo in exordia, sed etiam in progressu et in fine imperii semper propitius benignusque adfuit, quippe quem humano generi ad divini cultus informationem proposuerat. Hunc certe unum ex omnibus quos unquam auditione accepimus imperatoribus, velut clarissimum quoddam jubar, et velut quemdam veræ religionis præconem maxima voce inclamantem, innumeris in eum congestis bonis, designavit.

## 408 CAPUT V.

*Quod xxx quidem annis regnavit; vixit autem plus quam LX.*

Ac tempus quidem imperii ipsius, tribus denum annorum circulis absolutis et aliquanto amplius honoravit; totius autem vitæ tempus quam inter homines duxit, duplo majore spatio circumscripsit. Porro cum eumdem velut imaginem monarchiæ suæ proponere vellet, victorem eum omnis tyrannici generis præstitit, et impiorum gigantum extinctorem, qui desperatæ mentis audacia impulsus, contra ipsum Deum summum omnium regem im-

schedis bibliothecæ Regiæ. Savilius quoque ad oram sui codicis notat ita sibi legendum videri. At in Moræi libro ad marginem emendatur ὑπέβαλον, quod magis placet.

(13) *Αὐτοῦ δεξιώως παραστάς.* Lego αὐτῷ δεξιὸς παραστάς. Et paulo post scribendum videtur εἰς διδασκαλίαν.

(14) *Καὶ προσέτι λῶρον.* Nova et inusitata locutio: λῶρον pro eo quod alii dicerent πλέον. Ait Eusebius Constantinum imperasse triginta annos solidos, et aliquanto amplius. Quod verum est. Nam præter triginta annos, decem fere mensibus regnavit. Porro initio hujus periodi scribendum est χρόνον μὲν βασιλείας, non ut vulgo legitur χρόνων.

α παραδίδονται. Τὰ δ' ἦν ἅρα πάντα θνητὰ, χρόνος μὴ καταπανώμενα, φθορῶν ἄτε σωμάτων ἰνδάλματα, οὐ μὴ ἀθανάτου ψυχῆς ἀποτυπούντα ἰδέας. Ὅμως δ' οὖν ἀπαρκεῖν ἐδόκει ταῦτα τοῖς μηδὲν ἕτερον μετὰ τὴν τοῦ θνητοῦ βίου καταστροφὴν ἐν ἀγαθῶν ἐλπίσιν τιθεμένοις. Θεὸς δ' ἅρα, Θεὸς ὁ κοινὸς τῶν ὄλων σωτήρ, μέλζονα ἢ κατὰ θνητοὺς λογισμοὺς τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς ἀγαθὰ παρ' ἑαυτῶν ταμιευσάμενος, τὰ πρωτόλεια τῶν ἐπάθλων ἐνθὺνδε προαῤραβωνίζεσθαι, θνητοῖς ὀφθαλμοῖς ἀμωσγέτως τὰς ἀθανάτους πιστούμενος ἐλπίδας. Παλαιοὶ ταῦτα χρησιμοὶ προφητῶν γραφῇ παραδοθέντες θεσπίζουσι, ταῦτα βιοθεοφιλῶν ἀνδρῶν, παντοίας ἀρεταῖς πρόπαλαι διαλαμψάντων, τοῖς ὀψιγόνοις μνημονευόμενοι, μαρτύρονται, ταῦτα καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἀληθῆ εἶναι διήλεγθε χρόνος, καθ' ὃν Κωνσταντῖνος Θεῷ τῷ παμβασιλεῖ μόνος τῶν πώποτε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καθηγησαμένων γεγονῶς φίλος, ἐναργὲς ἅπασιν ἀνθρώποις παράδειγμα θεοσεβοῦς κατέστη βίου.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

*Ὅτι ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ἐτίμησεν.*

Ταῦτα δὲ καὶ Θεὸς αὐτὸς ὃν Κωνσταντῖνος ἐτίμησεν, ἀρχομένῳ καὶ μεσάζοντι, καὶ τελευτῶντι τῆς βασιλείας αὐτοῦ δεξιῶς παραστάς (13), ἐναργῆσι ψήφοις ἐπιστώσατο, διδασκαλίαν θεοσεβοῦς ὑποδείγματος τὸν ἀνδρα τῷ θνητῷ γένει προθεβλημένου. Μόνον οὖν αὐτὸν τῶν ἐξ αἰῶνος ἀκοῆς βοηθέντων αὐτοκρατόρων, οἷόν τινα μέγιστον φωστῆρα καὶ κήρυκα μεγαλοφρονότατον τῆς ἀπλανοῦς θεοσεβείας, διὰ παντοίων τῶν εἰς αὐτὸν κεχορηγημένων ἀγαθῶν ἐνεδείξατο.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

*Ὅτι ἐβασιλεύσε μὲν ὑπὲρ τὰ Ἱ ἔτη μοναρχήσας, ἔζησεν δὲ ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντα.*

Χρόνων μὲν βασιλείας, τριῶν δεκάδων περιόδους τελείας, καὶ προσέτι λῶρον (14) τιμήσας, τούτων δὲ διπλάσιον τοῦ παντὸς βίου τὴν ἐν ἀνθρώποις περιόριστας ζῶν· τῆς δ' αὐτοῦ μοναρχικῆς ἐξουσίας τὴν εἰκόνα δοῦς, νικητὴν ἀπέδειξε (15) παντὸς τυρανικοῦ γένους, θεομάχων τ' ὀλετήρα γιγάντων, οἱ ψυχῆς ἀπονοῆς πρὸς αὐτὸν ἤρανο τὸν παμβασιλεῖα τῶν ὄλων δυσσεβείας ὄπλα. Ἄλλ' οἱ μὲν ὅσον εἰπεῖν (16) ἐν βραχεῖ φανέντες, ἅμα τε καὶ ἀπέσθησαν, τὸν δ' αὖ-

(15) Vulg., *νοστήτην ἀπέδειξε*. Scribo νικητῆν, ut in margine codicis Moræani emendatum inveniri. Quam lectionem secutus est Christophorus. Certe in veteribus schedis, et in codd. Saviliano ac Fuketii νικητῆν legitur.

(16) *Ὅσον εἰπεῖν*. Christophorus vertit, *prope dixerim*, quasi scriptum esset ὡς εἰπεῖν. Ego vero non dubito quin aliud intellexerit Eusebius. Nam cum tyrannos brevi admoxum tempore viguisse vellet ostendere, ait eos breviori temporis spatio quam quod ad loquendum requiritur, visos esse. Idem fere est, quod Græci dicunt, λόγου θάπτων, ἔπος hyperbolæ Græcis familiare.

τοῦ θεράποντα Θεὸς ὁ εἷς καὶ μόνος, ἵνα πρὸς πολ-  
λοὺς θεϊκῆ φραξάμενος πανοπλία (17), τῆς τῶν ἀθῆων  
πληθῆος δι' αὐτοῦ τὸν θνητὸν ἀποκαθήρας βίον, εὐσε-  
βείας τῆς αὐτοῦ διδάσκαλον πᾶσιν ἔθνεσι κατεστήσα-  
το, μεγάλη βοή ταῖς πάντων ἀκοαῖς (18) μαρτυρόμενον,  
τὸν ὄντα Θεὸν εἰδέναι, τὴν δὲ τῶν οὐδαμῶς ὄντων  
ἀποστρέφασθαι πλάνην.

universis gentibus constituit; clara voce cunctis  
audientibus testantem, se verum quidem Deum  
agnoscere, falsorum autem numinum errorem aversari.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅτι Θεοῦ μὲν δούλος ἦν, ἐθνῶν δὲ νικητής.

Καὶ ὁ μὲν οἷα πιστὸς καὶ ἀγαθὸς θεράπων, τοῦτ'  
ἔπραττε καὶ ἐκήρυττε, δούλον ἀντικρυς ἀποκαλῶν καὶ  
θεράποντα τοῦ παμβασιλέως ὁμολογῶν ἑαυτὸν· Θεὸς  
δ' αὐτὸν ἐγγύθεν ἀμειβόμενος, κύριον καθίστη καὶ  
δεσπότην, νικητὴν τε μόνον τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρα-  
τόρων, ἄμαχον καὶ ἀήττητον εἰσαεῖ, νικῶν τε τρο-  
παίους (19) βασιλέα τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς ἀκοῆ τῶν  
πάλαι πρότερον μνημονεύει γενέσθαι· οὕτω μὲν θεο-  
φιλῆ καὶ τρισμαχάριον, οὕτω δὲ εὐσεβῆ καὶ πανευ-  
δαίμονα, ὡς μετὰ πάσης τῆς βραστῶνης πλειόνων ἢ  
ἔμπροσθεν κατασχεῖν ἔθνων, ἄλυτον δὲ τὴν ἀρχὴν  
εἰς αὐτὴν καταλῆξαι τελευτήν.

quam priores imperatores sub ditionem suam redegerit; imperium vero omni molestia vacuum ad  
extremum usque diem obtinuerit.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Πρὸς Κύρον τῶν Περσῶν βασιλέα, καὶ Ἀλέξαν-  
δρον τὸν Μακεδόνα σύγχερις.

Περσῶν μὲν δὴ Κύρον παλαιὸς ἀνυμνεῖ λόγος πε-  
ριφανῆ ἀποφανθῆναι τῶν πώποτε. Ἄλλ' ἐπεὶ μὴ  
ταῦτα, τέλος δ' ἐχρήν μακαρίου [ἀνυμνεῖν], φα-  
σιν (20) αὐτὸν οὐκ αἰσιον, αἰσχρὸν δὲ καὶ ἔπνοειδι-  
στον ὑπὸ γυναικὸς θάνατον ὑποστῆναι. Μακεδόνων  
Ἀλέξανδρον Ἑλλήνων ἄδουσι παῖδες, μυρία παντοίων  
ἔθνων γένη καταστρέψασθαι, θάπτον δ' ἢ συντελέσαι  
εἰς ἀνδρας, ὠκύμορον ἀποθῆναι, κώμοις ἀποληφθέντα  
καὶ μέθαις. Δύο μὲν οὗτος πρὸς τοῖς τριάκοντα τὴν  
πᾶσαν ζωὴν ἐνιαυτοῖς ἐπλήρου· τούτων δὲ τὴν τρι-

(17) Vulg., *πανοπλία παντευχία*. Alterutrum  
vocabulum redundat. Ac prius mihi videtur esse  
scholion. In codice Fuk. deest *παντευχία*. Paulo  
post scribendum puto δι' αὐτοῦ τὸν θνητὸν ἀπο-  
καθήρας βίον, ut legitur in schedis Regiis et in li-  
br. Savil. ac Fuk. Porro codex Fuk. habet τὸν  
θνητῶν.

(18) Vulg., *Ταῖς πάντων ἀρεταῖς*. Scribendum  
est ἀκοαῖς, quod Christophorus non vidit. Certe  
in veteribus schedis ἀκοαῖς superscriptum est  
eadem manu. Scribo etiam *μαρτυρόμενον*, ut habet  
codex Fuk.

(19) Vulg., *Νικῶντα τροπαίους*. Lego νικῶν τε  
τροπαίους βασιλέα τοσοῦτον. etc. In schedis Regiis  
hic locus ita suppletur ad marginem, εἰσαεῖ νι-  
κῶντα, τροπαίους τε τοῖς κατ' ἐχθρῶν διὰ παντὸς  
φαιδρονόμενον. Codex Fuk. nihil mutat, nisi quod  
conjunctionem addit hoc modo: καὶ εἰσαεῖ νι-  
κῶντα.

(20) Vulg. Ἄλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα τέλος δ' ἐχρήν μα-  
καροῦ φασιν. Variis modis hunc locum restituere ag-  
gressi sunt viri docti, ut patet ex eorum emendatio-  
nibus quæ ad marginem editionis Genevensis, et in  
codice Moræano ascriptæ sunt. Alii enim ita scriben-  
dum esse conjecerunt: Ἐπεὶ μὴ ταῦτα, τέλος δὲ χρῆ  
σκοπεῖν μακαρίου, φασιν αὐτὸν, etc. Alii vero sic  
emendarunt: Ἀλλὰ τὰ τελευταῖα τοῦ βίου εἶχε μὴ

A pietatis vexillum sustulerant. Verum hi quidem  
cum momento temporis exaltitissent, momento quo-  
que ac dicto citius extincti sunt. Famulum autem  
suum Deus qui unus est ac solus, cum solum ad-  
versus multos divina armatura muniisset, ejusque  
opera orbem terrarum impiorum hominum multi-  
tudine liberatum repurgasset, cultus sui magistrum  
audientibus testantem, se verum quidem Deum

#### CAPUT VI.

Quod Dei quidem famulus, gentium autem victor  
fuerit.

Et hic quidem tanquam bonus ac fidelis servus  
id egit ac prædicavit, servum se palam nominans,  
summique Regis famulum se fateri non erubescens.  
Deus vero protinus ipsum remuneratus, dominum  
ac victorem, solumque ex omnibus qui unquam  
fuerunt imperatoribus, semper invictum atque in-  
superabilem præstitit: et ob victorias ac tropæa  
tantum imperatorem eum effecit, quantum nemo  
unquam superiori memoria ullum exstitisse recor-  
datur. Adeo felicem et Deo charum, adeo pium ac  
fortunatum, ut plures quidem gentes ac nationes

#### CAPUT VII.

Comparatio ejus cum Cyro Persarum et Alexandro  
Macedonum rege.

Cyrum Persarum regem præ cunctis qui unquam  
exstiterint enituisse vobis narrat historia. Verum  
ille nequaquam felicem exitum vitæ, imo turpem  
409 potius atque ignominiosum sortitus esse dicitur,  
utpote a muliere interfectus. Alexandrum Mace-  
donum regem innumerabiles gentes domuisse præ-  
dicant Græci: sed priusquam ad virilem ætatem  
pervenisset, comessationibus et temulentia confe-  
ctum, immatura morte periisse. Et hic quidem  
duorum ac triginta annorum spatio totius vitæ

ταῦτα κοσμοῦντα· τέλος γὰρ οὐκ ὡς ἐχρήν, οὐδ' ἐπὶ  
μακρὸν, οὐμενοῦν οὐδ' αἰσιῶν φασιν αὐτὸν, αἰσχρὸν  
δέ, etc. Quam quidem lectionem secutus est Chri-  
stophorus, ut ex interpretatione ejus appareat.  
In codice tamen Moræano paulo aliter emendatur  
hic locus in hunc modum: Ἄλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα  
εἶχε κοσμοῦντα, τέλος οὐκ ὡς.... οὐδ' ἐπὶ μακρὸν,  
οὐμενοῦν οὐδ' αἰσιῶν αὐτὸν φάσκει.... κέναι· αἰ-  
σχρὸν δέ, etc. Ex quibus lacunis suspicari quis  
non immerito possit, hanc esse scripti cujusdam  
codicis lectionem. Et posterior quidem lacuna  
nullo negotio sic suppleri potest, αὐτὸν φασιν ἐσχ-  
κέναι. Sed cum hæc omnia mendis scateant, nec  
quidquam boni ex iis elici possit, ipalim equidem  
ea expungere. His certe resectis, sensus est  
apertissimus hoc modo: Ἄλλὰ φασιν αὐτὸν οὐκ  
αἰσιῶν, etc. quod etiam in versione mea sum secutus.  
Idem ante nos fecerat Joannes Portesius, qui  
hos Eusebii libros *De vita Constantini*, primus La-  
tino sermone interpretatus est. In schedis Regiis,  
post verba illa τέλος δ' ἐχρήν μακαροῦ, ad marginem  
hæc adduntur, βίου σκοπεῖν. Codex Fuk. hunc lo-  
cum eodem prorsus modo scriptum exhibet, quo  
liber Moræi ac Turnebi.— Lectionem admisimus  
quam exhibet Heinichenii recensio Lipsiensis. Edit.



causam absolvit; quorum non plus quam tertiam partem tempus regni illius sibi vindicat. Grassatus autem est per caeles instar fulminis, gentes atque urbes integras absque ullo ætatis discrimine crudeliter servituti subjiciens. Sed cum vixit in ipso ætatis flore ageret, et amasium suum lugeret, mors repente superveniens, illum improlem, nulla stirpe, nulla fundatum domo, in externo et hostico agro, ne humanum genus diutius vastaret, exstinxit. Mox regnum ejus varia in membra divisum est, singulis ejus ministris partem sibi rapere atque auferre contendentibus. Verum hic quidem ob hujusmodi mala laudibus effertur.

## CAPUT VIII.

*Quod orbem propemodum universum subegerit.*

Noster vero imperator ex eo ætatis anno regnare orsus est, quo Macedo ille decessit. Ac vitæ quidem spatium duplo majus habuit quam ille, regni vero triplo longius. Cæterum cum exercitum suum mansuetis ac modestis religionis præceptis munivisset, in Britanniam quidem et in eos qui in ipso habitabant Oceano ad solis occasum longe lateque diffuso, signa intulit. Scythiam vero universam, quæ sub ipso septentrione posita, in plurimas gentes et nomine et moribus discrepantes dividitur, suo adjunxit imperio. Jam vero cum ad extremos meridiei fines imperium propagasset, ad ipsos nimirum Blemmyas et Æthiopas: eos quoque qui ad solis ortum incolunt, in suam ditionem redigendos putavit. Denique ad ultimos usque continentis terminos, hoc est ad extremos Indos et circumscitos undique populos, cunctos mortales qui universum terrarum orbem incolunt, splendidissimis pietatis radiis illustrans, regulos, præfectos et satrapas gentium barbararum sibi obnoxios ac subditos habuit: qui sua sponte et cum gaudio ipsum salutabant, et legatos cum muneribus ad eum mittebant, ejusque notitiam atque amicitiam plurimi æstimabant. Adeo ut eum

(21) *Αὐτὸ πλέον.* Scribendum videtur οὐ πλέον, quam lectionem secutus est Portesius. Christophorus autem sic interpretatus est quasi legeretur ἡ μικρῶ πλέον. Certe Alexander Magnus duodecim annis et amplius regnavit, qui aliquanto plus efficiunt quam tertiam partem duorum ac triginta annorum, si res ad calculum exigatur. Verum oratores qui amplificandis rebus student non ita exacte loquuntur. Itaque Eusebius recte dixit οὐ πλέον.

(22) *Vulg., ἀρθούσης αὐτῆς τῆς ὥρας.* Nemo est, qui non videat scribendum esse αὐτῶ τῆς ὥρας, ut in Moræi libro etiam adnotatum est. In veteribus schedis legitur αὐτοῦ. Sed liber Fuk. habet αὐτῶ. Sed et paulo post scribendum τῶν θεραπόντων ἐκάστου. Et in fine capituli lego ἐπὶ τοιοῦτοις ἀνομνεῖται χακοῖς, quanquam scripti codices nihil variant. In codice Fuk. scriptum inveni τῶν θεραπόντων ἐκάστου, μοῖράν τινα παρασπῶντος, rectius quam ut in vulgatis editionibus περισπῶντος.

(23) *Vulg., τῶ κατὰ δύοντα ἡλιον.* In manuscripto Regio et Fuk. disjunctim scribitur: τῶ κατὰ δύοντα ἡλιον, rectius sine dubio. Sic infra cap. 41, ubi de provinciarum exultatione loquitur: "Ἐθνη τε πάνθ' ὅσα ὠκεανῶ τῶ κατὰ δύοντα ἡλιον περιωρίζετο. In codice Regio legitur etiam Βρεττα-

την αὐτὸ πλέον (21) ὁ τῆς βασιλείας περιωρίζετο χρόνος. ἐχώρει δὲ δι' αἰμάτων, ἀνήρ σκηπτῶ δίκην ἀπειδῶς ἔθνη καὶ πόλεις ὅλας ἡθροδὸν ἐξανδραποδίζομενος. Ἄρτι δὲ μικρὸν ἀρθούσης αὐτῶ τῆς ὥρας (22) καὶ τὰ παιδικὰ πενθοῦντι, δεινῶς τὸ χρεῶν ἐπιστάν, ἀτεκνον, ἀρβρίζον, ἀνέστιον, ἐπ' ἀλλοδαπῆς καὶ πολεμίας αὐτὸν, ὡς ἂν μὴ εἰς μακρὸν λυμαινοῖτο τὸ θνητῶν γένος, ἡφάνιζεν. Αὐτίκα δ' ἡ βασιλεία κατετέμεντο, τῶν θεραπόντων ἐκάστου μοῖράν τινα παρασπῶντος καὶ διαρπάζοντος ἑαυτῶ. Ἄλλ' ὁ μὲν ἐπὶ τοιοῦτοις ἀνομνεῖται χοροῖς.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

*Ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτησεν.*

Ὁ δ' ἡμέτερος βασιλεὺς ἐξ ἐκείνου μὲν ἤρξατο, ἐξ οὐπερ ὁ Μακεδὼν ἐτελεύτα, ἐδιπλασίαζε δὲ τῶ χρόνῳ τὴν ἐκείνου ζωὴν, τριπλάσιον δ' ἐποίητο τῆς βασιλείας τὸ μῆκος. Ἡμέροις γέ τοι καὶ σύμφροσι θεοσεβείας παραγγέλμασι τὸν αὐτοῦ φραζάμενος στρατὸν, ἐπῆλθε μὲν τὴν Βρεττανῶν καὶ τοὺς ἐν αὐτῶ οἰκοῦντας ὠκεανῶ τῶ κατὰ δύοντα ἡλιον (23) περιωρίζομένῳ, τό τε Σκυθικὸν ὑπηγάγετο πᾶν, ὑπ' αὐτῆ ἀρχῆ μυριοῖς βαρβάρων ἐξαλλάττουσι γένεσι τεμνόμενον. Ἦδη δὲ καὶ μεσημβρίας ἐπ' ἔσχατα τὴν ἀρχὴν ἔκτεινας, εἰς αὐτοὺς Βλέμμυάς τε καὶ Αἰθιοπίας οὐδὲ τῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἡλιον ἀλλοτρίαν ἐποίητο τὴν κτήσιν. Ἐπ' αὐτὰ δὲ τὰ τῆς οἰκουμένης ὅλης τέρματα, Ἰνδῶν μέχρι τῶν ἐξωτάτω, τῶν περικύκλιω (24) περιόικων τοῦ παντός τῆς γῆς τῶ βίῳ στοιχείου, φωτὸς εὐσεβείας ἀκτίσιν ἐκλάμπων, εἶχεν ὑπερκόως ἀπαντας τοπάρχας, ἐθνάρχας καὶ σατράπας βαρβάρων ἐθνῶν, ἐθελοντὶ ἀσπαζομένους καὶ χαίροντας, τοῖς τε παρ' αὐτῶν δώροις (25) διαπρεσβευομένους, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν γυνῶσιν τε καὶ φιλίαν περὶ πλείστου ποιουμένους, ὥστε καὶ γραφαῖς εἰκόνων αὐτῶν παρ' αὐτοῖς τιμᾶν, ἀνδριάντων τε ἀναθήμασι, μόνον τε αὐτοκρατόρων παρὰ τοῖς πᾶσι Κωνσταντίνον γυνῶν, rectius quam in vulgatis editionibus. Neque aliter codex Fuk.; contra vero paulo post, ubi vulgatae editiones scribunt βλέμμυας, idem codex Fuk. habet βλέμμυας, non male, ut notavi ad Amm. Marcellinum.

 τατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. Πρέπον γὰρ  
 κατεφάνη, τὸ δηλῶσαι τῇ σῆ συνέσει, ὅπως ἂν πεν-  
 τήκοντα σωματῖα ἐν διφθέροις ἐγκατασκευάσῃ, εὐανά-  
 γωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, ὑπὸ  
 τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπι-  
 σταμένων, γραφῆναι κελεύσειας, τῶν θείων δηλαδὴ  
 Γραφῶν, ὧν μάλιστα τὴν τ' ἐπισκευὴν καὶ τὴν χρῆσιν  
 τῷ τῆς Ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις.  
 Ἀπεστάλη δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερό-  
 τητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν (90), ὅπως  
 ἅπαντα τὰ πρὸς ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρα-  
 σκεῖν φροντίσειεν· ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα  
 σωματῖα κατασκευασθῆναι, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον  
 τοῦτο γένηται. Καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων  
 ἕξουσιν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ γράμ-  
 ματος ἡμῶν τούτου λαβεῖν σε προσήκει. Οὕτω γὰρ  
 ἂν μάλιστα τὰ καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῶν ἡμε-  
 τέρων ἔβλεπον βῆστα διακομισθῆσεται, ἐνδὸς δηλαδὴ  
 τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς Ἐκκλησίας διακόνων·  
 ὅς ἐπεὶ δὲν ἀφίκεται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειρα-  
 θῆσεται φιλανθρωπίας. Ὁ Θεὸς σε διαφυλάξοι, ἀδελφε  
 ἀγαπητέ. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

Ὅπως αἱ βιβλοὶ κατεσκευάσθησαν.

Ταῦτα μὲν οὖν βασιλεὺς διεκελεύετο· αὐτίκα δ'  
 ἔργον ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ, ἐν πολυτελεῶς ἡσχημένοις  
 τεύχεσι τρισσὰ καὶ τετρασσὰ (91) διαπεμφάντων  
 ἡμῶν· ὃ δὲ καὶ αὐτὸ βασιλέως ἑτέρα ἀντιφώνησις  
 παραστήσει, δι' ἧς πυθόμενος ὡς ἡ παρ' ἡμῖν Κων-  
 σταντεῖα πόλις, ἀνδρῶν ἐκτόπως δεισιδαίμωνων οὕσα  
 πρότερον, ὀρμητήριον θεοσεβείας (92), τῆς ἔμπροσθεν  
 μεταβελήκῃ εἰδωλικῆς πλάνης, ἐγένετο, χαίρειν  
 εἰλόου καὶ τὴν πρᾶξιν ἀποδέχεσθαι.

et persuasione tam ipsius Constantini, quam reli-  
 quorum hominum, qui Eusebii opusculum *De Pa-*  
*scha* in Latinam linguam jussu Constantini con-  
 versum magnopere laudabant. Hæc, inquit, tanta  
 omnium opinio satis ostendit non indignum tibi  
 obligisse interpretem. Porro voces illæ τῶν συγ-  
 γραμμάτων duplici modo construi possunt, aut  
 cum adjectivo ἀνάξιν, aut cum vocabulo πεποί-  
 θησις.

(90) Διοικήσεως καθολικόν. Hoc loco διοί-  
 κησις diocesim Orientis significat. Sic autem ve-  
 teres Romani vocabant certum numerum provin-  
 ciarum, quæ simul collectæ parebant vicario præ-  
 fecturæ prætorianæ. Nam præfectus quidem præ-  
 torio sub dispositione sua plures habebat dioceses;  
 vicarii autem singulas. Porro hæc vox eo sensu  
 usurpata est circa tempora Constantini, ut  
 discimus tum ex ejusdem Constantini epistolis  
 supra relatis, tum ex legibus aliquot codicis Theo-  
 dosiani.

(91) Τρισσὰ καὶ τετρασσὰ. Recte interpre-  
 sationes et quaterniones vertit. Codices enim mem-

In ea urbe quæ a nobis nomen sortita est, divina  
 Servatoris nostri adjuvante providentia, maxima  
 hominum multitudo ad sanctissimam Ecclesiam  
 sese adjunxit. Itaque cum cuncta illic maximum  
 incrementum capiant, consentaneum imprimis  
 videtur, ut plures quoque in ea construantur ec-  
 clesie. Accipe igitur libenti animo id quod facere  
 decrevi. Visum est enim id significare prudentiæ  
 544 tuæ, ut quinquaginta codices divinarum  
 Scripturarum, quarum apparatus et usum maxime  
 necessarium Ecclesie esse intelligis, in membranis  
 probe apparatus, ab artificibus antiquariis venuste  
 scribendi peritissimis describi facias; qui et legi  
 facile, et ad omnem usum circumferri possint. Lit-  
 teræ porro a nostra clementia missæ sunt ad ratio-  
 nalem diocesis, ut cuncta ad eorum codicum con-  
 fectionem necessaria præberi curet. Tuæ erit dili-  
 gentiæ, ut scripti codices quantocius apparentur.  
 Cæterum duorum publicorum vehiculorum usum  
 auctoritate hujus epistolæ accipies. Sic enim quæ  
 eleganter descripta sunt, ad conspectum nostram  
 commodissime perferentur: uno scilicet ex Eccle-  
 siæ tuæ diaconis id ministerium obeunte. Qui qui-  
 dem ubi ad nos pervenerit, humanitatis nostræ  
 experimentum capiet. Divinitas te servet, frater  
 carissime. »

## CAPUT XXXVII.

Quomodo confecti fuerint codices.

Et hæc quidem imperator præcepit. Cæterum  
 ejus dicta continuo opus ipsum excepit, cum nos  
 in voluminibus magnifice exornatis terniones et  
 quaterniones ad eum misissemus. Quod ipsum  
 altera imperatoris responsio testabitur; in qua,  
 cum forte ei nuntiatum fuisset urbem apud nos  
 Constantiam, quæ antea simulacrorum cultui ad-  
 dicta fuerat, impetu quodam sacrosanctæ religionis  
 impulsam, pristinum superstitionis errorem abje-  
 cisse, gaudere se et factum magnopere probare  
 significavit.

branacei fere per quaterniones digerebantur, hoc  
 est, quatuor folia simul compacta, ut terniones tria  
 sunt folia simul compacta. Et quaterniones quidem  
 sedecim habebant paginas, terniones vero duodecim.  
 Porro in ultima quaternionis pagina notabatur nu-  
 merus quaternionis, puta 1, 2, 3, et sic deinceps,  
 quemadmodum observavi in vetustissimis codicibus,  
 tum Græcis tum Latinis. In antiquissimo codice  
 Gregorii Turonensis, qui ante nonagesimos annos  
 scriptus est, in ultima pagina quaternionis hanc  
 notam reperi q. 1, id est, *quaternio primus*. Cæte-  
 rum monendus est lector, in his Eusebii verbis  
 esse enallagen. Dixit enim τετρασσὰ ἢ τεύ-  
 χησι, cum potius dicendum fuisset τεύχη ἐν τε-  
 τρασσῶσι.

(92) Vulg., ὀρμῆ θεοσεβείας. In codice Fak.  
 hic locus ita legitur: Ὀρμητήριον θεοσεβείας, τῆς  
 ἔμπροσθεν μεταβελήκῃ εἰδωλικῆς πλάνης ἐγένε-  
 το. Atque ita in Savillii codice scriptam esse  
 suspicor, ex eo quod Savillius tres voces, ὀρμῆ,  
 scilicet, μεταβέληξεν et πλάνης, lineolis subuo-  
 tavit.

## CAPUT XXXVIII.

*Quomodo Emporium Gazæorum, ob christianismum urbs facta est et Constantia cognominata.*

Jam tum siquidem in Palæstina urbs Constantia salutarem religionem amplexa, tum a Deo tum ab imperatore summi honoris prærogativa decorabatur. Nam et civitatis nomen accepit, cum antea vicus esset, et pristinum nomen cum præstantiore vocabulo, religiosissimæ videlicet sororis principis, commutavit.

## 545 CAPUT XXXIX.

*Quod in Phœnice urbs facta est Constantina, et in aliis urbibus idola diruta et ecclesiæ exstructæ.*

Idem quoque pluribus in locis factitatum: verbi gratia in urbe quadam Phœnicæ, quæ imperatoris nomine appellatur: cujus incolæ conjectis in ignem innumerabilibus simulacris, salutarem religionem amplexi sunt. Sed et in reliquis provinciis, innumeri confertim ad salutarem Dei cognitionem sese transferentes, per urbes et agros varia simulacra ex omni generis materia fabrefacta, quæ prius pro sacris habuerant, aboleverunt; templa eorum ac delubra in immensam altitudinem sublata, nullo jubente destruxerunt, ecclesias vero a fundamentis ædificantes, pristinam suam sententiam aut potius errorem mutaverunt. Verum Deo amabilis imperatoris res gestas singillatim commemorare, non tam nostrum est, quam illorum qui assidue cum eo versari meruerunt. Nos vero quando ea quæ ad nostram notitiam pervenerunt, in hoc opere breviter exposuerimus, ad extremum ejus vitæ tempus transgrediemur.

## CAPUT XL.

*Quod cum trinis decennialibus tres filios Cæsares creavisset, dedicationem martyrii Hierosolymis celebravit.*

Annus jam imperii illius tricesimus peragebatur. Tres autem ejus filii variis temporibus consortes imperii fuerant renuntiati. Primus qui patri erat cognominis, decimo circiter paterni imperii anno, hunc honorem sortitus. Secundus avi sui nomen referens circa parentis sui vicennialia Cæsar est declaratus. Tertius Constans, qui præsentiam et stabilitatem suo nomine designat, tricesimo circiter paterni principatus anno ad hoc fastigium est erectus. Ita cum ad quamdam Trinitatis similitudinem tres filios Deo amabiles sustulisset, eosdemque singulis decennis ad consortium imperii cooptasset, tempus

(93) Καθ' ἕκαστα γράψαι. In codice Regio et Fuk. scriptum est καθέκαστα una voce, quod magis probō. Sequitur enim τῶν τοῦ θεοφιλοῦς πράξεων. Melius tamen scriberetur τὰ καθέκαστα.

(94) Παραδόντες τῇ γραφῇ. Interpretes hunc locum ita vertit: Nos vero quoniam breviter quæ nobis nota fuerunt, litterarum monumentis mandavimus. Ego vero ita interpreto: Postquam ea quæ nobis nota sunt breviter exposuerimus, ad extremum ejus vitæ tempus sermonem transferemus. Quæ interpretatio sine dubio rectior est, et verbis ac sensui Eusebii magis congruit. Nam si Eusebius ita intellexisset, ut sensit interpretes, dixisset ἤδη παρα-

## A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΗ΄.

*Ὅπως τὸ Γαζαίων Ἐμπόριον, διὰ τὸν Χριστιανισμόν ἐπολιόθη, καὶ Κωνσταντεία προσήγορεύθη.*

Ἦδη μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Παλαιστίνων ἔθνους ἡ Κωνσταντεία τὴν σωτήριον ἐπιγραφασμένη θεοσέβειαν, καὶ παρ' αὐτῷ θεῷ, καὶ παρὰ βασιλεῖ τιμῆς κρείττους ἤξιοῦτο, πόλις μὲν ἀποφανείσα, ὃ μὴ πρότερον ἦν, ἀμείψασα δὲ τὴν προσήγοριαν ἐπωνύμῳ κρείττον θεοσεβοῦς ἀδελφῆς βασιλέως.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΘ΄.

*Ὅτι ἐπὶ τῆς Φοινίκης ἐπολιόθη μὲν τις, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν εἰδῶλων μὲν ἦν καθαιρεσις, ἐκκλησιῶν δὲ κατασκευαί.*

Ταυτὸν δὲ καὶ ἕτεροι πλείους διεπράττοντο χωρῶν, ὡς ἡ ἐπὶ τοῦ Φοινίκων ἔθνους, αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμος· ἧς οἱ πολλοὶται δυσεξαρτήματα ἑσάνων ἰδρύματα πυρὶ παραδόντες, τὸν σωτήριον ἀντικατηλλάξαν νόμον. Καὶ ἐφ' ἑτέρων δ' ἐπαρχιῶν, αὐτόμολοι τῇ σωτηρίᾳ προσιώντες γνώσει, ἀθρόοι κατὰ χώρας καὶ κατὰ πόλεις, τὰ μὲν πρότερα αὐτοῖς ἱερὰ νενομισμένα, ἐν ὕλῃ παντοίων ἑσάνων ὄντα, ὡσανεὶ τὸ μηδὲν ὄντα, τινάζον, ναοὺς τ' αὐτῶν καὶ τεμένη εἰς ὕψος ἤρμένα. μηδενὸς ἐπικελεύοντος καθήρουν, ἐκκλησίας δ' ἐκ θεμελιῶν ἀνιστάντες, τῆς προτέρας ἀντικατηλλάσσοντο γνώμης, ἧτοι πλάνης. Ἄλλὰ γὰρ καθ' ἕκαστα γράφειν (93) τῶν τοῦ θεοφιλοῦς πράξεων, οὐχ ἡμέτερον ἀν εἴη μᾶλλον, ἢ τῶν τὸν πάντα χρόνον συνεῖναι αὐτῷ κατηξιωμένων· ἡμεῖς δ' ἐν ὀλίγῳ τὰ ἡμῖν διεγνωσμένα τῆδε παραδόντες τῇ γραφῇ (94), ἐπὶ τὸν ὕστατον αὐτοῦ τῆς ζωῆς διαθεσόμεθα χρόνον.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ΄.

*Ὅτι ἐν τρισὶ δεκαετηρίσιν τρεῖς υἱοὺς βασιλέας ἀναγορεύσας, τὰ ἐγκαλίμια τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις μαρτυρίου προῆθετο.*

Ἐπληροῦντο μὲν αὐτῷ τριάκοντα ἐνιαυτῶν περίοδος τῆς βασιλείας (95)· (παῖδες δὲ τρεῖς)· διαφόροις ἀνεδείκνυντο χρόνοι· ὃ μὲν ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Κωνσταντίνος, πρῶτος μετασχὼν τῆς τιμῆς ἀμφὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα· ὃ δὲ δευτέρος τῇ τοῦ πάππου κοσμοῦμενος ὁμώνυμῳ Κωνσταντίος, ἀμφὶ τὴν εικοσαετηρικὴν πανήγυριν ἀνηγορευμένος· ὃ δὲ τρίτος Κώνστας, τὸν ἐνεστῶτα καὶ συνεστῶτα τῷ τῆς ἐπωνυμίας προσήματι σημαίνων, ἀμφὶ τὴν τρίτην δεκάδα προηγμένος. Οὕτω δὲ τριάδος λόγῳ τρίτην γονὴν παίδων θεοφιλῆ κτησάμενος, ταύτην δ' ἐφ' ἑκάστη περιόδῳ δεκαέτους χρόνου (96) εἰσποιήσει τῆς βασι-

δόντες.

(95) Περίοδοι τῆς βασιλείας. Post hæc verba, ommissa erat linea in codice Regio, et in editione Stephani, quam quidem ita suppleto: ἐν οἷς παῖδες αὐτῷ τρεῖς κοινῶν τῆς βασιλείας διαφόροι, etc. Eiusdem vocabuli βασιλείας repetitio fecit ut integra linea ab antiquario nimis proferante omittetur. In codice Fuk. legitur διαφόροις δ' ἀνεδείκνυντο χρόνοι ὀριστε. Ita unius vocis adjectivæ hic locus expletur. Savilius vero tribus vocibus additis locum supplevit, perinde ac Scaliger ac Christophorus, παῖδες δὲ τρεῖς διαφόροι, etc.

(96) Ἐφ' ἑκάστη περιόδῳ δεκαέτους χρόνου.

λαίας τιμήσας, τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὄλων εὐχαριστήριον καιρὸν (97) εὐκαιρον εἶναι τὸν τῆς αὐτοῦ τριακονταετηρίδος ἡγήτο· καὶ δὴ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτῷ σὺν πάσῃ φιλοκάλῳ σπουδῇ κατειργασμένου μαρτυρίου προσήκειν τὴν ἀφιέρωσιν ποιήσασθαι, εὖ εἶναι ἔδοξίμαζε.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ΄.

Ἵτι διὰ τὰ κατ' Αἴγυπτον ζητήματα, σύνοδον εἰς Τύρον ἐν τῷ μεταξὺ γενέσθαι προσέταξεν.

Μισόκαλος δὲ κἀν τούτῳ φθόνος, οἶονεῖ (98) σκόπον νέφος τηλαυγεστάταις ἡλίω μαρμαρυγαῖς, ὑπαντήσας. τὸ φαίδρον τῆς πανηγύρεως θορυβεῖν ἐπέειρα, τὰς κατ' Αἴγυπτον Ἑκκλησίας αὖθις ταῖς αὐτοῦ ταράττων ἐρεσχέλαις. Ἄλλ' ὃ γε τῷ θεῷ μεμελημένος, σύνοδον αὖθις πλείστον ἐπισκόπων ὡσπερ Θεοῦ στρατόπεδον καθοπλίσας, ἀντιπαρετάτετο τῷ βασκάνῳ δαίμονι, ἐξ ἀπάσης Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης σπεύδειν, πρῶτα μὲν ἐπὶ τὴν τῆς διαμάχης λύσιν, ἐντεῦθεν δὲ τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ προλεχθέντος νεῦ ποιεῖσθαι διακελευσάμενος· ἔδοξ' ἡ γὰρ πᾶρεργον, ἐπὶ τῆς Φοινίκων μητροπόλεως προσέταττε διαλύσασθαι τὰς ἐρεσχέλας· μὴ γὰρ ἐξεῖναι τὰς γνώμας διηρημένους, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ παρεῖναι λατρείαν, θείου νόμου διαγορεύοντος, μὴ πρότερον τὰ Φῶρα προσφέρειν τοὺς ἐν διαφορᾷ τυγχάνοντας, ἢ φιλίαν ἀσπασαμένους (99), καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνικῶς διαθέντας. Ταῦτα βασιλεὺς τὰ σωτήρια παραγγέλματα τῇ αὐτοῦ αὐτὸς διανοίᾳ ζωπυρῶν, σὺν ὁμονοίᾳ καὶ συμφωνίᾳ τῇ πάσῃ ἐχεσθαι τῶν προκειμένων, διὰ γραφῆς οὕτως ἐχούσης ἐδόχθη.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ΄.

Κωνσταντίνου πρὸς τὴν ἐν Τύρῳ σύνοδον.

« Νικητὴς Κωνσταντίνος, Μέγιστος Σεβαστὸς, τῇ ἡγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Τύρον.

« Ἦν μὲν Ἰωσὺς ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρῆ μάλα· στα πρέπον, ἀσταςιαστον εἶναι τὴν καθολικὴν Ἑκκλησίαν, καὶ πάσης λαιδορίας (1) τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας. Ἐπεὶ δ' οὐχ ὄγιοῦς φιλονεικίας οἰστρω τινὲς ἐλαυνόμενοι (οὐ γὰρ

A deinceps tricennialium suorum opportunissimum esse existimavit, quo summo omnium regi gratias ageret. Et ipse quidem optimum factu esse iudicabat, si ejus martyrii quod singulari studio ac magnificentia Hierosolymis construxerat, dedicationem celebraret.

#### 546 CAPUT XLI.

Quod inter hæc synodum Tyri haberi constituit ob quasdam in Ægypto controversias.

Verum invidus dæmon bonorum omnium inimicus instar densissimæ cujusdam nubis splendidissimis solis radiis sese opponens, hujus celebritatis nitorem turbare conatus est, Ecclesiarum Ægypti statum contentionibus suis iterum concutiens. Sed enim Deo charus imperator collectam cursus plurimorum antistitum synodum, velut divinum quemdam exercitum in prælium edacens, malevolo dæmoni objecit : episcopis ex universa Ægypto, et Libya, Asia item et Europa convenire jussis : primum quidem ad dirimendam controversiam, exinde vero ad supradicti martyrii dedicationem. Proinde mandavit iis ut obiter in civitate quæ totius Phœnicæ caput est, controversias dissolverent : neque enim fas esse, ut cum mutua animorum dissensione ad divinum cultum accederent : cum divina lex vetet, ne dissentientes, antequam compositis inter se controversiis pacem atque amicitiam pepigerint, dona sua offerant Deo. Hæc salutaria Servatoris nostri documenta imperator assidua cogitatione volvens, cum omni animorum consensione et concordia propositum opus aggredi monuit, per litteras quæ sic se habent.

#### CAPUT XLII.

Epistola Constantini ad synodum Tyri congregatam.

« Victor Constantinus, Max. Augustus, sanctæ synodo congregatæ in urbe Tyro.

« Congruum plane et prosperitati temporum nostrorum consentaneum erat, ut Ecclesia catholica expers seditionis esset, et Christi famuli ab omni nunc probro vacui essent ac liberi. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis stimulis agitati, ne

Male interpres vertit *decimo quoque anno*. Neque Constantinus decimo quoque anno imperii sui liberos suos Cæsares creavit. Quippe Crispum quidem et Constantinum Cæsares fecit, Gallicano et Basso coss., Kalendis Martiis, qui erat annus ejus principatus undecimus. Constantius vero Cæsar creatus est consulatu in Crispi et Constantini, die vi Idus Novembris, hoc est, anno imperii Constantini nono ac decimo. Denique Constans Cæsar a patre renuntiatus est, Dalmatio et Zenophilo coss., die viii Kalendas Januarii, Constantino annum imperii sui octavam ac vicesimum ingresso, ut patet ex *Fastis* Idatii. Quare Eusebii verba melius ita vertentur : *singulis decenniis*. Sed neque hoc modo verum erit quod dixit Eusebius. Neque enim Crispus et Constantinus junior Cæsares facti sunt in prima deceteride Constantini, sed circa primam deceteridem. Itaque benigna interpretatione egent hæc verba. Quod cum minime advertisset Baronius, Crispum Cæsarem factum esse

scripsit anno Christi 315, qui est prochronismus biennii.

(97) *Εὐχαριστήριον καιρὸν*. Non dubito quin scribendum sit *εὐχαριστηρίων*, quod miror ab aliis animadversum non fuisse. In Fuk. codice scribitur *εὐχαριστήριον καιρὸν καὶ εὐκαιρον*, quod non probō.

(98) *Vulg. οἶονεῖ εἰς*. Scribendum uno verbo οἶονεῖ, ut in libro Moræi ad marginem emendatum inveni, et paulo post legendum ὑπαντήσαν.

(99) *Vulg. ἡ φιλίαν σπασαμένους*. Nescio quis ad marginem editionis Genevensis adnotavit scribendum esse *ἀσπασαμένους*. Malim tamen legere *σπειραμένους*. In codice tamen Fuketii ac Savillii scribitur *ἀσπασαμένους*.

(1) *Πάσης λαιδορίας*. Hoc loco *λαιδορία* passivam habet significationem, idemque valet quod in fine hujus ἐπιτοκῆ βλασφημίας. Atque ita vertit Christophorus in libro primo *Historiæ Ecclesiasticæ* Theodoriti, cap. 29.

dicam vitam professione sua indignam agentes, A cuncta turbare conantur; quod malum quavis calamitate gravius mihi videtur: idcirco vos sponte, ut aiunt, currentes adhortor, ut absque ulla dilatione in unum coeuntes, synodum constituatis. et ope vestra indigentibus subveniatis. fratribus periclitantibus medicinam adhibeatis, 547 dissidentia inter se membra ad concordiam revocetis; delicta denique, dum tempus adhuc patitur, corrigatis: quo scilicet tot ac tantis provinciis per vos restituatur concordia, quam proli scelus! paucorum hominum arrogantia evertit. Id porro summo omnium Domino ac Deo acceptum esse, mihi que prae omnibus votis optabile; vobis postremo ipsis, si quidem concordiam restitueritis, honorificum in primis et gloriosum inter omnes constare arbitror. Nolite ergo cunctari; sed alacritatem animi vestri magis ac magis intendentes, date operam ut præsentes dissensiones convenienti sententia terminetis, cum omni ut par est sinceritate ac fide, quam Servator ille quem colimus, in omni negotio tantum non inclamans, a nobis præcipue flagitat, in unum convenientes. Cæterum quantum ad religionem nostram pertinet, nihil quod mearum partium sit vobis deerit. Cuncta siquidem quæ litteris vestræ significastis, a me impleta sunt. Scripsi ad quos voluistis episcopus, ut venientes communi vobiscum cura ac sollicitudine fungerentur. Misi etiam Dionysium ex consulari, qui et episcopus illos qui vobiscum adesse debent commoneat, et omnium quæ gerentur, maxime vero modestia, inspector sit. Si quis vero, quod minime arbitramur, præceptum nostrum etiamnum violare præsumens, adesse renuerit, mittetur quamprimum a nobis aliquis, qui imperiali auctoritate hominem in exilium pellens, docebit imperatoris sanctionibus pro veritate editis minime esse repugnandum. Quod superest, vestræ sanctitatis erit providere, ut nec odio nec gratia, sed juxta ecclesiasticas et apostolicas regulas, delictis et iis quæ per errorem contigerunt, conveniens remedium exquiratis, quo et Ecclesiam omni probro liberetis, et meas curas levetis, et pacis amœnitate turbatis nunc Ecclesiis restituta, vobis ipsis maximam gloriam comparetis. Divinitas vos servet, fratres carissimi. »

(2) Vulg. τοῖς προκειμένοις ὄροις. Scribendum est ὄρον ex Theodorito, et delenda vox καιρόν quæ mox sequitur, quæ nec in codice Fuk. legitur.

(3) Vulg. παρ' ἡμῶν δὲ οὐδέν. Ita quidem legitur apud Theodoritum, ex cujus libro 1 hic locus suppletus est, qui in manuscriptis codicibus et in editione Stephani mutilus legebatur. Verum in libro Moræi aliam hujus loci interpunctionem reperi, quæ meo quidem judicio rectior est, hoc modo: ἀπαιτεῖ μάλιστα παρ' ἡμῶν. Οὐδὲν δὲ τῶν, etc. Tantum vallem legere παρ' ἡμῶν. Vulgata tamen lectio ferri potest. In codice Fuk. perinde ut in libr. Turnebi ac Moræi scribitur: ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν· οὐδὲν δὲ τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἤκόντων ὑμῖν ἐνδεήσει.

(4) Ἀπέστειλα. Scribendum est ἐπέστειλα, ut legisse videtur interpres. Tamen in Theodorito et in

ἀνεῖποιμι βιούντες ἑαυτῶν ἀναξίως), τὰ πάντα συγχεῖν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κερωρηκέναι μοι δοκεῖ, τοῦτο χάριν θεόντας ὑμᾶς, τὸ τοῦ λόγου, προτρέπομαι χωρὶς τίνος ὑπερθέσεως εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν, πληρῶσαι τὴν σύνοδον. ἐπαμύναί τοις χρήζουσι βοηθείας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰάσασθαι κινδυνεύοντας, εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγαγεῖν τὰ διεστώτα τῶν μελῶν, διορθώσασθαι τὰ πλημμελοῦμενα ἕως καιρῶς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρόπουσαν ἀποδώσετε συμφωνίαν, ἣν (φευ τῆς ἀτοπίας!), ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπάλεσον ὑπεροχῆ. Ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τῷ δεσπότῃ τῶν ὄλων Θεῷ ἐστὶν ἀρεστὸν, καὶ ἡμῖν πάσης εὐχῆς ὑπέριτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, εἰάν γε τὴν εἰρήνην ἀνακαλέσησθε, οὐ τῆς τυχούσης αἰτιον εὐδοξίας, πάντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. Μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπόν· ἀλλ' ἐπιτειναντας ἐντεῦθεν ἦδη τὰ τῆς προθυμίας, τοῖς προκειμένοις ὄρον (2) ἐπιθεῖναι σπουδάσατε τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εὐκρινείας δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἕκασταχοῦ μονονουχὶ φωνῆν ἀφίει; ὁ Σωτὴρ ἐκεῖνος ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα παρ' ἡμῶν. Οὐδὲν (3) δὲ τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἤκόντων, ὑμῖν ἐνδεήσει. Πάντα μοι πέπρακται, ὅσα γράψοντες ἐδηλώσατε· ἀπέστειλα πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων· ἀπέστειλα (4) Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν (5), ὃς καὶ τοὺς ὀφειλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομήσει, καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ (6) τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. Ἐάν γάρ τις, ὡς ἐγὼ οὐκ ὀλομαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι περιώμενος, μὴ βουληθῆ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικῆς προσταγμάτων αὐτὸν ἐκβαλῶν, ὡς οὐ προσήκειν ὄροις αὐτοκράτορος, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξεγενθῆσιν, ἀντιτείνειν διδάξει. Λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμῶν δοσιότητος ἔργον, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως δὲ τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν εἴτουν κατὰ σφάλαμα συμβεβηκόσι, τὴν ἀρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοήσαι, ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικουφήσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν στασιαζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὐκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς προξενήσητε. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξῃ, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. »

Fuk. libro legitur ἀπέστειλα πρὸς οὓς, etc.

(5) Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν. Flavius Dionysius comes vocatur ab Athanasio in *Apologetico ad Constantium*, ubi multa refert de hac synodo apud Tyrum, quæ habita est consulatu Constantii et Albini, mense Augusto ac Septembri. Fuit hic Dionysius antea consularis Phœnicæ, Januarii et Justo cons., ut patet ex lege 4 codice Theod., *De famosis libellis*.

(6) Ἐξαιρέτως δὲ. Ita quidem legitur apud Theodoritum. Sed in codice Fuk. hic locus ita scribitur: Καὶ τῶν πραττομένων δὲ καὶ τῆς εὐταξίας ἐξαιρέτως κατάσκοπος παρέσται. Quam lectionem Scaliger, Bongarsius alique in suis libris repererant. Paulo post scribo τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι ex codd. Fuk. et Theodorito. Neque enim mediocris est emphasis in his verbis καὶ νῦν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

A

## 548 CAPUT XLIII.

Ὅτι τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκαινίων εἰς τὴν ἑορτήν ἐκ πεισῶν ἐπαρχιῶν παρήσαν ἐπίσκοποι.

Ἐπεὶ δὲ δι' ἔργων ἐχώρει τὰ προσεταγμένα, κατέλαβανεν ἄλλος βασιλικὸς ἀνὴρ, ἐπισπέρχων τὴν σύνοδον σὺν γράμματι βασιλικῷ (7), σπεύδειν καὶ μὴδὲν ἀναβάλλεσθαι, τὴν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παρορμῶν γε πορείαν. Ἄραντες οὖν οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Φοινίκων ἔθνους, δημοσίοις δρόμοις ἤλαυνον ἐπὶ τὰ προκείμενα· ἐπιληροῦτο δὲ τότε πᾶς ὁ τῆδε τόπος μεγίστης Θεοῦ χορείας, ἐπὶ ταῦτόν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις συνηγμένων τῶν ἐξ ἀπάσης ἐπαρχίας διαφανῶν ἐπισκόπων· Μακεδόνες μὲν γὰρ τὸν τῆς παρ' αὐτοῖς μητροπόλεως (8) παρέπεμπον, Παννόνιοι τε καὶ Μυσοί, τὰ παρ' αὐτοῖς ἀνθούοντα κάλλι τῆς τοῦ Θεοῦ νεολαίας· παρῆν δὲ καὶ Περσῶν ἐπισκόπων ἱερὸν χρῆμα, τὰ θεία λόγια ἐξηκριθωκὸς ἀνὴρ, Βιθυνοὶ τε καὶ Θρᾷκες (9) τὸ πλήρωμα τῆς συνόδου κατεκόσμου. Οὐ μὴν ἀπελιμπάνοντο (οὐδὲ) Κιλικίων οἱ διαφέροντες, καὶ Καππαδοκῶν θ' οἱ πρῶτοι παιδεύσει λόγων μέσοι τοῖς πᾶσι διέπρεπον· Συρία τε πᾶσα καὶ Μεσοποταμία, Φοινίκη τε καὶ Ἀραβία σὺν αὐτῇ Παλαιστίνῃ, Αἴγυπτος τε καὶ Λιβύη, οἱ τε τὴν Θηβαίων οἰκούντες χώραν, πάντες ὁμοῦ ἐπλήρουσιν τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ χορείαν· οἷς ἀναριθμητοὶ ἐξ ἀπασῶν τῶν ἐπαρχιῶν ἐπηκολούθει λεώς· παρῆν δὲ τοῦτοις ἅπασιν βασιλικὴ τις ὑπηρεσία (10), ἄνδρες τ' ἐξ αὐτῶν βασιλείων δόκιμοι κατεπέμποντο, φαεινῶναι τὴν ἑορτὴν ταῖς βασιλέως χορηγίαις.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

C

## CAPUT XLIV.

Περὶ τῆς διὰ Μαρριανοῦ τοῦ νοταρίου δεξιώσεως αὐτῶν, καὶ τῶν εἰς πτωχοὺς διαδόσεων, καὶ ἀναθημάτων τῆς Ἐκκλησίας.

Καὶ μὴν καὶ ὁ τοῦτοις ἅπασιν ἐφεστῶς βασιλεὺς δεξιὸς ἀνὴρ (11), πίστει καὶ εὐλαβεῖ, λόγων τε θείων ἐμπρέπων ἀσκήσει· ὅς δὴ καὶ ταῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ὁμολογίαις κατὰ τὸν τῶν τυράννων καιρὸν λαμπρυνόμενος, εἰκότως τὴν τῶνδε διατάξιν ἐπιστεύετο. Καὶ δὴ τῷ βασιλέως οὗτος νεύματι σὺν εἰλικρινεῖα πάση διακονούμενος, τὴν μὲν σύνοδον ἐτίμα φιλοφρόνῃ δεξιῶσει, ἐστίασε δὲ τε λαμπραῖς καὶ συμποτικαῖς εὐωχίαις· πτωχοῖς δ' ἀνείμοσι, πνήτων δ' ἀνδρῶν (12)

(7) *Σὺν γράμματι βασιλικῷ.* In veteribus schedis legitur συγγράμματι. In codice Fuk. lacuna est, et postrema tantum pars vocabuli legitur, ματι. Itaque Savilius σὺν νεύματι supplevit, perinde et Scalliger et cæteri.

(8) *Μακεδόνες μὲν γὰρ τὸν τῆς παρ' αὐτοῖς μητροπόλεως.* Alexandrum intelligit Thessalonicae civitatis episcopum, qui synodo Tyrensi interfuit, ut testatur Athanasius. Per Pannoniam autem et Mœsiæ episcopos Eusebium intelligit Ursacium et Valentem, Arianae factionis signiferos, qui a synodo Tyrensi missi sunt in Ægyptum, ut de criminibus quæ Athanasio objecta fuerant, illic inquirerent, quemadmodum refert Athanasius in *Apologetico*.

(9) *Βιθυνοὶ τε καὶ Θρᾷκες.* Theogonium Nicææ, et Theodorum Perinthi, quæ aliter Heraclea dicitur, episcopos intelligit, quos eidem synodo interfuisse docent Athanasius et Theodorus. Præter Theogonium, alii duo ex Bithynia episcopi Tyrensi

*Quomodo ad dedicationem ecclesie Hierosolymorum, episcopi ex omnibus provinciis convenere.*

Cum hæc præcepta executioni mandarentur, alius ab imperatore nuntius supervenit, qui, oblati imperialibus litteris, synodum hortatus est, ut, nulla interposita mora, omnes quamprimum Hierosolymam properarent. Cuncti igitur ex Phœnicum provincia digredientes, publico cursu contendere, eo quo jussum erat, cœpere. Totusque illic locus maximo Dei cœtu tandem refertus fuit, cum ex universis provinciis insignes episcopi Hierosolymis in unum convenissent. Nam et Macedones primæ apud se sedis episcopum miserant; et Pannoni ac Mœsi ex tironibus Dei lectissimum florem ac præcipuum gentis suæ decus direxerant. Aderat etiam episcoporum Persidis ornamentum, vir sanctus et in divinis Scripturis apprime exercitatus. Bithyni quoque et Thracæ præsentia sua conventum ornabant. Nec deerant ex Ciliæ episcopis clarissimi quique. Ex Cappadocia item qui doctrina et eloquentia præstant, in medio consessu enituerunt. Ad hæc Syria omnis, Mesopotamia, Phœnice, Arabia et Palæstina ipsa; Ægyptus quoque et Libya, et qui Thebaidem incolunt, omnes in unum congregati magnum illum Dei chorum implebant. Quos ex omnibus provinciis innumerabilis hominum multitudo sequebatur. Aderat porro his omnibus regalis cujusdam apparitionis obsequium; et ex imperii palatio missi quidam spectatæ probitatis viri, qui sumptibus ab imperatore subministratis festivitatem illustrarent.

*Quomodo per Marianum notarium excepti sint, et pecuniæ pauperibus erogata: et de donariis Ecclesie.*

His autem omnibus præerat vir imperatori cumprimis utilis, fide, religione, et sacrarum litterarum peritia conspicuus. Qui cum tyrannicis temporibus pro pietatis defensione multis confessionibus inclaruisset, non immerito harum rerum dispositionem sibi commissam accepit. Illic igitur, omni cum sinceritate imperatoris jussibus obsecutus, episcoporum quidem cœtum singulari comitate et magnificentissimis epulis 549 atque conviviis

D synodo interfuerunt: Eusebius scilicet Nicomedien-sis, et Maris Chalcedonius.

(10) *Βασιλικὴ τις ὑπηρεσία.* Athanasius in *Apologetico ad Constantium*, pag. 788, de hac synodo loquens, testatur Constantinum palatinus milites misisse, qui episcoporum jussibus obsequerentur: Καὶ κόμης Διονύσιος ἀποστέλλεται, καὶ στρατιῶται δορυφόροι δίδονται τοῖς περὶ Εὐσέβιον.

(11) *Δεξιὸς ἀνὴρ.* Marianus hic erat Tribunus et Notarius, ut dicitur in titulo hujus capituli, et apud Sozomenum. Eandem dignitatem gessit sub Constantio, ut testatur Athanasius in libro De synodis Arimini et Seleuciæ.

(12) *Vulg. περιήτων τ' ἀνδρῶν.* Scribendum est πνήτων δ' ἀνδρῶν. Idem error est in superiori capite, ubi legitur Αἴγυπτος δὲ καὶ Λιβύη, pro Αἴγυπτος τε, quomodo in Fuk. codice scribitur utrobique.



honorifice excipit; egentibus vero ac nudis, et pauperum utriusque sexus infinitæ multitudinī, cibi ac reliquarum rerum inopia laboranti, magnam pecuniæ vim et plurimas vestes distribuit. Postremo basilicam omnem regalibus donariis magnifice exornavit. Et hic quidem hujusmodi functus est ministerio.

## CAPUT XLV.

*Episcoporum in conventibus sermones, et ipsius qui hæc scripsit Eusebii.*

At sacerdotes Dei partim precationibus, partim sermonibus festivitatem ornabant. Alii siquidem comitatem religiosi imperatoris erga omnium Servatorem laudibus celebrabant, et martyrii magnificentiam oratione persequebantur. Alii sacris theologiæ dogmatibus ad presentem celebritatem accommodatis, spirituale quoddam epulum audientibus præbebant. Quidam sacrarum voluminum lectiones interpretabantur; arcanos et mysticos sensus in lucem proferentes. Qui vero ad hæc aspirare non poterant, incruentis sacrificiis et mysticis immolationibus Deum placabant, pro pace communi, pro Ecclesia Dei, pro imperatore tot honorum auctore, ejusque piissimis liberis, preces Deo suppliciter offerentes. Ibi nos quoque, quibus majora quam pro meritis nostris bona contigerant, variis sermonibus publice habitis solemnitatem decoravimus: nunc regalis fabricæ decorem ac magnificentiam scriptis enarrantes; nunc propheticorum oraculorum sensus apte et accommodate ad præsentem figuram atque imagines interpretantes. Hoc modo dedicationis solemnitas, ipsis imperatoris tricennialibus summa cum hilaritate celebrata est.

(13) *Οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως.* Hæc omnia usque ad illa verba ἄλλοι δέ, etc., deerrant in codice Regio et in editione Rob. Stephani: quæ viri docti suppleverunt ex aliquo manuscripto codice, ut opinor. Hæc enim genuina mihi videntur, et ex ipsius Eusebii stylo profecta. Habentur certe in optimo codice Fuk. In Savillii autem codice deerrant. Nam Savillius ad hunc locum ita adnotavit: « Christophorus hoc loco interserit ex codicibus suis hæc quæ sequuntur, quæ mihi vix satis huic loco congruere videntur: οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς, » etc.

(14) *Τὴν εἰς τὸν τῶν ὄλων Σωτῆρα δεξιῶσιν.* Comitatem ac benignitatem qua imperator Constantinus erga sacerdotes Dei utebatur, non sine causa Eusebii appellat benignitatem erga Christum ipsum. Comitatus enim erga ministros, ad honorem redundat ipsius Domini. Itaque Christus in Evangelio: *Quicumque, inquit, vos excipit, meipsum excipit (Matth. x, 40): Quodque uni illorum fecerit, mihi fecerit (Matth. xxv, 40).*

(15) *Τοῖς προκειμένοις συμβόλοις.* Symbola appellat basilicam illam Hierosolymitanam et omnia illius basilicæ membra atque ædificia. Vide orationem Eusebii in dedicatione ecclesiæ Tyri, quæ re- fertur in libro decimo *Historiæ Ecclesiasticæ*; ubi singula membra basilicæ mysticam quidpiam significare asserit. In codice Fuk. legitur καιρίους τοῖς προκειμένοις συμβόλοις, sine conjunctione.

(16) *Τὰς προφητικὰς ποιούμενοι θεωρίας.* Verba hic videntur esse transposita, quod in his libris sæpius factum esse monuimus. Et supra quidem scribendum τὰς ἐκφράσεις ποιῶντες: hic vero legendum ἐρμηνεύοντες θεωρίας. Sed quæret fortasse ali-

καὶ γυναικῶν μυρίοις πλήθει, τροφῆς καὶ τῶν λοιπῶν χειρῶν ἐν ἐνδείᾳ καθεστῶσι, πολυτελεῖς διαδόσεις χρημάτων καὶ περιδελιμάτων ἐποιεῖτο· ἤδη δὲ καὶ τὴν πάντα νεῶν πλουσίους βασιλικῶς ἀναθήμασι κατεπόικιλλεν. Ἄλλ' ὁ μὲν ταύτην ἐπλήρου τὴν ὑπερσίαν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

*Ἐν συνάξει τῶν ἐπισκόπων προσομιλῆσαι κοινῶν, καὶ Εὐσεβίου τοῦ ταῦτα συγγράψαντος.*

Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργοί, εὐχαῖς ἅμα καὶ διὰλέξει τὴν ἑορτὴν κατεκόσμου, οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως (13) τὴν εἰς τὸν τῶν ὄλων Σωτῆρα δεξιῶσιν (14) ἀνυμνοῦντες, τὰς τε περὶ τὸ μαρτύριον μεγαλοουργίας διεξιόντες τῷ λόγῳ· οἱ δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν Θεῶν δογμάτων πανηγυρικῶς θεολογίας. πανδασίαν σοφικῶν τροφῶν ταῖς πάντων παραδιδόντες ἀκοαῖς· ἄλλοι δὲ ἐρμηνείας τῶν θεῶν ἀναγνωσμάτων ἐπινοοῦντο. τὰς ἀπορήτους ἀποκαλύπτοντες θεωρίας· οἱ δὲ μὴ διὰ τούτων χωρεῖν οἷοί τε, οὐσίαις ἀναίμοις καὶ μυστικῶς ἱεροουργίας τὸ Θεῶν ἰλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, αὐτοῦ τε βασιλέως ὑπὲρ, τοῦ τοσοῦτων αἰτίου, παίδων τ' αὐτοῦ θεοφιλῶν, ἱκετηρίους εὐχὰς τῷ Θεῷ προσαναφέροντες. Ἐνθα δὲ καὶ ἡμεῖς τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀγαθῶν ἡξιωμένοι, ποικιλίαις ταῖς εἰς τὸ κοινὸν διὰλέξει τὴν ἑορτὴν ἐτιμῶμεν, τοτὲ μὲν διὰ γράμματος τῶν τῷ βασιλεὶ πεφλοκαλημένων τὰς ἐκφράσεις ἐρμηνεύοντες, τοτὲ δὲ καιρίους καὶ τοῖς προκειμένοις συμβόλοις (15) τὰς προφητικὰς ποιούμενοι θεωρίας (16). Οὕτω μὲν ἡ τῆς ἀφιέρωσης ἑορτὴ, ἐν αὐτῇ βασιλέως τριακονταετηρίδι (17) σὺν εὐφροσύναις ἐπετελεῖτο.

quis, quænam sint illæ propheticæ visiones quas hic designat Eusebius. Intelligit, ni fallor, locum qui legitur in capite in Sophoniæ: *Διὰ τοῦτο ὑπόμεινόν με, λέγει Κύριος, εἰς ἡμέραν ἀναστάσεώς μου εἰς μαρτύριον.* Nam et Cyrillus Hierosolymitanus in homilia quarta hunc locum Sophoniæ explicat de martyrio seu basilica, quam Constantinus in loco Dominicæ resurrectionis exstruxit.

(17) *Ἐν αὐτῇ βασιλέως τριακονταετηρίδι.* Recte interpres vertit *tricesimo imperii anno.* Nam encænna basilicæ Hierosolymitanæ celebrata sunt anno Christi 335, Idibus Septembris, Constantio et Albino coss. in tricennialibus Constantini; quo quidem tempore Constantinus annum imperii agebat *tricesimum.* Τριακονταετηρίς proprie tricennialia significat, id est festivitatem ludorum qui ob tricesimum imperii annum agebantur. Auctor *Chronici Alexandrini*, Constantio et Albino coss.: *Τούτων τῶν ὑπάντων ἤγηθη τριακονταετηρίς ἐν Κωνσταντινουπόλει πάνυ φιλοτίμως πρὸ ὀκτώ κελανδῶν αὐγουστῶν, quæ Latine reddita sic leguntur in Fastis Idatii: «his coss. tricennialia edidit Constantinus Augustus die viii Kal. August.»* Interdum tamen *τριακονταετηρίς* et tricennialia, pro tricesimo anno sumuntur. Sic Hieronymus Dalmatium Cæsarem factum esse scribit tricennialibus Constantini, id est anno imperii ejus tricesimo. Quod autem dixi encænna basilicæ Hierosolymitanæ Idibus Septembris esse celebrata, auctorem hujus rei habeo Nicephorum in lib. viii, cap. 30. Certe in *Typico* sancti Sabæ, et in Menologio Græcorum, 13 die Septembris ponuntur τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Θεοῦ ἀναστάσεως· ita etiam Sophronius in oratione De exaltatione sanctæ crucis;

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ΄.

A

## CAPUT XLVI.

Ὅτι καὶ τὴν ἔκφρασιν τοῦ μαρτυρίου τοῦ Σωτή-  
ρος, καὶ τριακονταετηρικῶν εἶπεν ὕστερον ἐπ'  
αὐτοῦ Κωνσταντίνου.

Ὅτις δ' ὁ τοῦ Σωτήρος νεῶς, οἷον τὸ σωτήριον ἄν-  
τρον, οἷαί τε αἱ βασιλέως φιλοκαλίαι, ἀναθημάτων τε  
πλήθη (18) ἐν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις τιμίαις  
πεποιημένων, κατὰ δύνάμιν ἐν οἰκίῳ συγγράμματι  
παραδόντες, αὐτῷ βασιλεῖ προσεφωνήσαμεν· ἐν δὲ  
λόγον κατὰ καιρὸν, μετὰ τὴν παρούσαν τῆς γραφῆς  
ὑπόθεσιν (19) ἐκθησόμεθα, ὁμοῦ καὶ τὸν τριακοντα-  
ετηρικὸν αὐτῷ συζευγόντας, ὃν μικρὸν ὕστερον ἐπὶ  
τῆς βασιλέως ἐπινομίου πόλεως τὴν πορείαν στειλά-  
μενοι, εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ βασιλέως δ.ήλθωμεν, τοῦτο  
ἔυτερον ἐν αὐτοῖς βασιλείαις (20) τὸν ἐπὶ πάντων βα-  
σιλέα Θεὸν δοξάσαντες· οὗ δὲ κατακροῶμενος ὁ τῷ  
Θεῷ φίλος, γανυσηνὲς ἔψκει. Τοῦτο δ' οὖν αὐτὸ μετὰ  
τὴν ἀκράσιν ἐξέφηγε, συμποσιάζων μὲν παροῦσι  
τοῖς ἐπισκόποις, παντοῖα τ' αὐτοῦς τιμῆ φιλοφρονού-  
μενος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ΄.

Ὅτι ἡ μὲν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος τῆ εικοσαετηρίδι,  
τὰ ἐγκαίνια δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις τῆ τριακοντα-  
ετηρίδι Κωνσταντίνου γέγονε.

Ταύτην μεγίστην ὧν ἴσμεν, σύνοδον δευτέραν συν-  
εκροῦται βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις, μετὰ τὴν  
πρώτην ἐκείνην, ἣν ἐπὶ τῆς Βιθυνῶν διαφανῶς (21)  
πεποιητὸ πόλεως. Ἄλλ' ἡ μὲν ἐπινομίος ἦν, ἐν εικο-  
σαετηρίδι τῆς βασιλείας, τὴν κατ' ἐχθρῶν καὶ πο-  
λεμίων εὐχὴν ἐπὶ τῆς Νικαίας (22) αὐτῆς ἐκτελοῦσα·  
ἡ δὲ τῆς τρίτης δεκάδος τὴν περίοδον ἐκόσμη, τῷ  
πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι Θεῷ, ἀμφὶ τὸ μῆμα τὸ σω-  
τήριον, εἰρήνης ἀνάθημα τὸ μαρτύριον (23) βασιλέως  
ἀφιερῶντος.

agebaturque hæc festività quotannis per continuos  
octo dies. Ex his corrigendum est *Chromicon Ale-*  
*xandrinum*, in quo error est tam in die quam in  
consule quo hæc gesta sunt.

(18) *Ἀναθημάτων τε πλήθη*. Inter reliqua dona-  
ria quæ Constantinus dedit basilicæ Hierosolymita-  
næ, fuit palla sacerdotalis aureis filis contexta,  
qua episcopus in sacris missarum solemnibus ute-  
batur, ut refert Theodoritus in lib. II *Historiæ Ec-*  
*clesiasticæ*, cap. 23.

(19) *Μετὰ τὴν παρούσαν... ὑπόθεσιν*, id est,  
*ad calcem hujus operis*. Male interpret vertit: *Quod*  
*etiam cum videbitur et absoluto opere edemus*. Ve-  
rum interpretationem nostram confirmat ipse Eu-  
sebius in cap. 32 hujus libri.

(20) *Τοῦτο δεύτερον ἐν αὐτοῖς βασιλείαις*. Jam  
enim antea Eusebius in palatio orationem habue-  
rat, ut ipse testatur supra capite 33, ubi vide quæ  
adnotavimus.

(21) *Ἐπὶ τῆς Βιθυνῶν διαφανῶς*. Mallem scri-  
bere *διαφανῶς*, quam scripturam in interpretatione  
mea sum secutus, nec dubito quin Eusebius ipse  
ita scripserit. Porro in hoc loco quædam est am-  
phibologia. Possunt enim verba sic construi: ταύ-  
την μεγίστην ὧν ἴσμεν σύνοδον μετὰ τὴν πρώτην  
ἐκείνην, etc., quem sensum servatus est Christo-  
phorus.

*Quod descriptionem martyrii et orationem de*  
*tricennialibus, coram ipso imperatore postea reci-*  
*tavit.*

Cæterum qualis forma basilicæ Servatoris, qua-  
lis sacræ speluncæ species sit, quanta operis ve-  
nustas et elegantia, quot denique donaria partim  
ex auro et argento, partim ex gemmis fabrefacta,  
peculiari opere exsecuti, librum illum imperatori  
nuncupavimus. Quem 550 quidem librum oppor-  
tune ad calcem hujus operis edituri sumus, ad-  
iuncta etiam oratione illa de tricennialibus, quam  
paulo post profecti Constantinopolim, coram ipso  
imperatore recitavimus, secundo tum in palatio  
sumnum omnium Deum ac Dominum laudibus præ-  
dicantes. Quam cum audiret Deo amabilis impe-  
rator, gestire præ gaudio videbatur. Atque id ipse  
finita oratione confessus est, cum episcopus qui  
aderant convivio exciperet, omnique eos genere  
honoris afficeret.

## CAPUT XLVII.

*Quod Nicæna quidem synodus vicennialibus Constan-*  
*tini, dedicatio vero basilicæ Hierosolymitanæ con-*  
*tigit tricennialibus.*

Hanc secundam synodum, omnium quas quidem  
novimus maximam, imperator Hierosolymis con-  
gregavit, post primam illam quam in urbe Bithy-  
niæ nobilissima collegerat. Sed illa quidem trium-  
phalis erat, in imperii vicennialibus preces ac vota  
pro victoria de hostibus parta, in urbe victoriæ  
cognomine persolvens; hæc vero tricennialium fe-  
stivitatem ornavit, cum imperator Deo omnium  
bonorum auctori, martyrium, velut quoddam pa-  
cis donarium, in ipso Servatoris nostri monu-  
mento dedicaret.

(22) *Ἐπὶ τῆς Νικαίας*. Amplector emenda-  
tionem doctorum virorum, quam in Moræi etiam libro  
ascriptam inveni: *εὐχὴν ἐπὶ τῆς Νικαίας*. Libenter  
tamen aliam quoque vocem addiderim hoc modo:  
*εὐχὴν νικητηρίων ἐπὶ τῆς Νικαίας*, etc. Porro *εὐχὴν*  
*vota* interpretari oportet. Alludit enim Eusebius ad  
morem Romanorum, qui in hujusmodi solemnitati-  
bus vota pro salute ac felicitate principis concipie-  
bant, ut ex epistola Plinii ad Trajanum liquet. Sed  
et in nummis veteribus ejusmodi vota ita expressa  
legimus, votis xx. multis xxx. In aliis autem  
nummis ita habetur: sic x. sic xx, id est, Sic de-  
cennialia, sic vicennialia. In codice Fuk. diserte  
scribitur *εὐχὴν ἐπὶ τῆς Νικαίας*.

(23) *Τὸ μαρτύριον*. In epistola episcoporum syn-  
odi Hierosolymitanæ, qui jussu Constantini ad  
dedicationem hujus basilicæ convenerunt, quam re-  
fert Athanasius in *Apologetico*, p. 801, vocatur *σω-*  
*τήριον μαρτύριον*. Sic etiam eam appellat Hierony-  
mus in *Chronico*; Sozomenus in lib. II, cap. 25;  
Marcus in *Vita Porphyrii Gazensis episcopi*, et Eu-  
cherius in libello *De situ urbis Hierosolymitanæ*.  
Vide epistolam nostram de Anastasi, in qua adver-  
sus Jac. Gretserum et Jac. Sirmondum luse proba-  
vimus, unam duntaxat basilicam a Constantino  
extructam esse, quæ Martyrium et Anastasis dicta  
est.

## CAPUT XLVIII.

*Quomodo immodicas cujusdam laudes ægre tulerit.*

His omnibus confectis, cum imperatoris virtus eunctorum sermonibus prædicaretur, quidam ex numero sacerdotum, illum coram beato pronuntiare non est veritus: quippe qui tum in hac vita summum totius orbis Romani imperium consequi meruisset; tum in futuro ævo una cum Filio Dei esset regnaturus. At ille hujusmodi voces ægre admodum passus, hominem admonuit, ne his verbis uti præsumeret; sed potius supplex Deo vota faceret, ut tam in hac quam in futura vita, censeretur inter famulos Dei mereretur.

## 551 CAPUT XLIX.

*Nuptiæ Constantii Cæsaris, ejus filii.*

Absolute jam tricesimo imperii anno, secundi filii nuptias celebravit, cum majoris natu nuptias dudum antea celebravisset. Epula igitur et convivia præbebantur, imperatore ipso filium sponsum deducente, et magnifico apparatu seorsum virorum, seorsum mulierum cœtum excipiente. Sed et munera splendidissima civitatibus ac populis divisa.

## CAPUT L.

*Legatio et munera ab Indis missa.*

Eodem tempore Indorum qui ad orientem solem incolant, legati advenere, dona afferentes: varias videlicet gemmas exquisiti fulgoris ac pretii; feras quoque forma atque indole penitus a nostris discredantes. Quæ omnia imperatori offerentes, testabantur ad ipsum usque Oceanum imperium ejus extendi, gentisque Indorum principes ac regulos, pictis tabulis et statu in honorem ejus erectis, imperatorem ac regem se illum agnoscere profiteri. Ac in ipso quidem principatus ejus exordio, primi omnium Britanni ad occidentalem oceanum positi, sese illius ditioni subjecerunt: nunc vero Indi ad orientem solem incolentes, idem fecere.

## CAPUT LI.

*Quomodo Constantinus, divisio in tres filios imperio, eos et regnandi arte et pietatis officiis instituit.*

Cum igitur utrumque terminum orbis terrarum sub potestate suam redigisset, totius imperii summam velut paternam quamdam hære-

(24) *Και δὴ τούτων ἀπάντων.* Tota hæc periodus usque ad vocem ἀπέφηεν, deerat in codice Regio et in editione Rob. Stephani: quam viri docti nescio utrum ex manuscriptis codicibus, an ex conjectura suppleverunt. Tandem vero codex Fuk. nos docuit, hæc bona fide ex manuscriptis codicibus fuisse suppleta.

(25) *Παλατιάτους τε καὶ τοῦ πρεσβυτέρου.* Scribendum sine dubio πάλαι ταῦτὸ καὶ τοῦ πρ. τὴν ἡλικίαν διαπραξάμενος.

(26) *Εἰς αὐτὸν ὠκεανόν.* Scribendum videtur εἰς αὐτὸν ὠκεανόν. Id est, usque ad Oceanum Indicam. Porro hujus legationis Indicæ caput fuisse videtur Metrodorus philosophus; qui ab Indorum

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ΄.

*Ὅπως, τινὸς ἄγαν ἐπαυοῦντος, οὐκ ἠρέσχετο Κωνσταντίνος.*

Και δὴ τούτων ἀπάντων (24) συντελουμένων, ἀνὰ στόμα τε παρὰ πᾶσι τῶν τῆς αὐτοῦ κατὰ θεὸν ἀρέτης βωμμένων, τῶν τοῦ θεοῦ λειτουργῶν τις ἀποτολήσας, εἰς αὐτοῦ πρόσωπον μακάριον αὐτὸν ἀπέφηεν, ὅτι δὴ καὶ τῷ παρόντι βίω τῆς κατὰ πάντων αὐτοκρατορικῆς βασιλείας ἡξιωμένος εἴη, καὶ τῷ μέλλοντι συμβασιλεύειν μέλλοι τῷ Υἱῷ τοῦ θεοῦ. Ὁ δὲ ἀπεχθῶς τῆς φωνῆς ἐπακούσας, μὴ τοιαῦτα τολμᾶν παρῆνε φθέγγεσθαι, μᾶλλον δὲ δι' εὐχῆς αἰτεῖσθαι αὐτῷ, καὶ τῷ παρόντι, καὶ τῷ μέλλοντι, τῆς τοῦ θεοῦ δουλείας ἀξίον φανῆναι.

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ΄.

*Γάμοι Κωνσταντίου υἱοῦ αὐτοῦ, Καίσαρος.*

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ τριακονταετής αὐτῷ τῆς βασιλείας διεπεραίνετο χρόνος, τῷ δευτέρῳ τῶν παίδων συνετέλει γάμους, παλαιάτους τε καὶ τοῦ πρεσβυτέρου (25) τὴν ἡλικίαν διαπραξάμενος. Θαλαῖαι δὲ καὶ ἐστίασεις ἤγοντο, νυμφοστολοῦντος αὐτοῦ βασιλέως τὸν παῖδα, ἐστιῶντός τε λαμπρῶς καὶ συμποσιάζοντος, ὧδε μὲν ἀνδρῶν θιάσις, γυναικῶν δ' ἀφωρισμένους ἀλλαχθὲι χοροῖς· διαδύσεις τε πλούσιαι χαρισμάτων, δῆμοις ἅμα καὶ πόλεσιν ἐδωροῦντο.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν΄.

*Ἰνδῶν πρεσβεία καὶ δῶρα.*

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἰνδῶν τῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἤλιον, πρέσβεις ἀπήντων δῶρα κομίζοντες· γένη δ' ἦν παντοῖα ἐξαστραπτόντων πολυτελῶν λίθων, ζῳά τε τῶν παρ' ἡμῖν ἐγνωσμένων ἐναλλάττοντα τὴν φύσιν· ἃ δὲ προσήγον τῷ βασιλεῖ, τὴν εἰς αὐτὸν Ὁκεανόν (26) δηλοῦντες αὐτοῦ κράτησιν, καὶ ὡς οἱ τῆς Ἰνδῶν χώρας καθηγεμόνες, εἰκόνων γραφαῖς, ἀνδριάντων τ' αὐτὸν ἀναθήμασι τιμῶντες, αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα γωρίζειν ὠμολογοῦν. Ἀρχομένη μὲν τῆς βασιλείας (27) αὐτῷ, οἱ πρὸς ἤλιον δύνοντα ὠκεανῷ Βρεττανοὶ, πρῶτοι καθυπετάττοντο, νῦν δ' Ἰνδῶν οἱ τὴν πρὸς ἀνίσχοντα ἤλιον λαχόντες.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ΄.

*Ὅπως τοῖς τρισὶν υἱοῖς Κωνσταντίνος διελὼν τὴν ἀρχὴν, τὰ βασιλικὰ μετ' εὐσεβείας διηγείτο.*

Ὡς οὖν ἐκατέρων τῶν ἄκρων τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐκράτει, τὴν σύμπασαν τῆς βασιλείας ἀρχὴν τρισὶ τοῖς αὐτοῦ διήρει παισιν, οἷά τινα πατρῶαν οὐσίαν

rege plurimas gemmas et uniones ad Constantinum detulit, multoque plura allaturum se fuisse finxit, nisi Persarum rex sibi per agrum Persarum transenti ea abstulisset. Quo mendacio inductus Constantinus, dum rapta avidius persequitur, bellum Persicum commovit, ut scribunt Cedrenus et Ammianus Marcellinus. Sed Cedrenus prorsus alieno loco id refert, anno scilicet Constantini primo ac vicinimo; cum id conferre debuisset in Constantini annum primum ac tricesimum. Hoc enim anno rupta est pax inter Romanos et Persas.

(27) *Ἀρχομένη μὲν τῆς βασιλείας.* Codex Fuk. ἀρχομένη μὲν γὰρ τῆς βασ. Schedæ autem veteres ἀρχομένη μὲν οὖν, quod magis placet.

τοὺς αὐτοῦ κληροδοτῶν φιλάτοις· τὴν μὲν οὖν παπῶσαν λῆξιν τῷ μείζονι, τὴν δὲ τῆς ἐφόας ἀρχὴν τῷ δευτέρῳ, τὴν δὲ τούτων μέσσην τῷ τρίτῳ διένεμε. Κληῖρον δ' ἀγαθὸν καὶ ψυχῆς σωτήριον τοῖς αὐτοῦ ποριζόμενος, τὰ θεοσεβείας αὐτοῖς ἐνίει σπέρματα, θείοις μὲν προάγων μαθήμασι (28), διδασκάλους δ' ἐφιστάς, εὐσεβεῖα δεδοκιμασμένους ἄνδρας, καὶ τῶν ἔξωθεν δὲ λόγων καθηγγητὰς ἑτέρους, ἤκοντας εἰς ἄκρον παιδείσεως· ἄλλοι πολεμικῶν αὐτοῖς ἐξῆρχον μαθημάτων, ἕτεροι τῶν πολιτικῶν ἐπιγνώμονας αὐτοῦς καθίστων, οἱ δὲ νόμων ἐμπείρους εἰργάζοντο. Βασιλικὴ δ' ἐκάστῳ τῶν παιδῶν κεκλήρωτο παρασκευῆ, ὀπλίται, δορυφόροι, σωματοφύλακες, στρατευμάτων τε τάγματα παντοῖα· τούτων δὲ καθηγγόμενος, λοχαγοὶ, στρατηγοὶ, ταξιαρχοὶ, ὧν τῆς ἐν πολέμοις ἐπιστήμης, τῆς τε πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας ὁ πατὴρ προεὐλήφει τὴν πείραν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Ὅπως ἀνδρωθέντας αὐτοὺς εἰς εὐσέβειαν ἤγαγεν.

Ἄπαλοῖς μὲν οὖν ἔτι τὴν ἡλικίαν τοῖς Καίσαρσιν, ἀναγκαιῶς οἱ συμπράττοντες συνῆσάν τε καὶ τὰ κοινὰ διψύχουν, εἰς ἄνδρας δὲ λοιπὸν (29) προοῖουσιν αὐτοῖς, μόνος ὁ πατὴρ εἰς διδασκαλίαν ἐπήρκει, τοτὲ μὲν παρόντας, ἰδιαζούσας ὑποθήκας ζηλωτὰς αὐτοῦς παρορμῶν, καὶ μιμητὰς τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας ἀποτελεῖσθαι διδάσκων· τοτὲ δ' ἀποῦσι τὰ βασιλικὰ προσφωνῶν διῆκει παραγγέλματα γράφων· ὧν τὸ μέγιστον ἦν καὶ πρῶτιστον, τὴν εἰς τὸν πάντων βασιλέα Θεὸν γνῶσιν τε καὶ εὐσέβειαν, πρὸ παντὸς πλοῦτου καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλείας τιμᾶσθαι. Ἡδὴ δ' αὐτοῖς καὶ τοῦ δι' αὐτῶν πράττειν τὰ λυσιτελεῖ τοῖς κοινῶις ἐξουσίαν ἐδίδου· καὶ τὴν Ἐκκλησίαν δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ φροντίδος ἄγειν, ἐν πρώτοις παρήκει, αὐτοῖς τε διαβρόθηθαι Χριστιανούς εἶναι παρεκελεύετο. Καὶ ὁ μὲν οὕτω τοὺς υἱεὶς προῆγεν· οἱ δὲ οὐχ ὡς ἐκ παραγγέλματος, αὐτογνώμονι δὲ προθυμίᾳ, τὰς τοῦ πατρὸς παραινέσεις ὑπερέβαλλον, τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίᾳ τὴν σφῶν διάνοιαν συντείνοντες, τοὺς τε τῆς Ἐκκλησίας θεσμούς ἐν αὐτοῖς βασιλείοις, σὺν τοῖς οἰκείοις ἅπανσιν ἀπεπλήρουν. Καὶ τοῦτο δ' ἔργον τῆς τοῦ πατρὸς ὑπῆρχε προμηθείας, τὸ τοὺς συνοίκους ἅπαντας θεοσεβεῖς παραδόναι τοῖς παισὶ· καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων (30) οἱ τὴν τῶν κοινῶν ἐτύγχανον ἀναδεγμένοι φροντίδα, τοιοῦτοί τινες ὑπῆρχον· τοῖς γοῦν κατὰ Θεὸν πιστοῖς ἀνδράσιν, ὥσπερ τισὶν ὄχυροῖς περιβόλοις ἡσφαλίζετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα (καλῶς) διέ-

A ditatem necessitudinibus suis dispertiens, in tres filios divisit. Et avitam quidem sortem maximo natu; alteri vero Orientis imperium; mediam inter has portionem regni tertio filio tribuit. Jam vero cum optimam liberis suis hæreditatem, et ad animæ salutem imprimis utilem parare vellet, pietatis semina eorum mentibus inspersit, partim divinis documentis ipse eos imbuens, partim magistros eis apponens compertæ religionis viros. Sæcularium quoque disciplinarum peritissimos 552 doctores iisdem præfecit. Alii bellicæ artis scientia, alii civilium rerum præceptis eos informabant; alii denique juris prudentia. Porro singulis tributus erat regalis apparatus: scutarii, hastati, protectores, et legiones ac numeri militares, eorumque rectores: centuriones, tribuni ac duces, ii quos pater in rebus bellicis exercitatissimos, et præcipua erga filios fide ac benevolentia præditos esse cognoverat.

## CAPUT LII.

Quomodo eos vitilem ætatem ingressos, pietatem docuerit.

Porro dum infirma adhuc ætate Cæsares essent, ministri et consiliarii iis adjuncti rempublicam gubernabant. Verum ubi ad virilem ætatem pervenissent, solius patris magisterium eis suffecit. Qui nunc præsentibus privatis admonitionibus ad æmulationem sui provocabat, exemplum pietatis suæ ad imitandum ipsis proponens: nunc absentibus imperatoria præcepta per litteras suggererat. Quorum primum illud et maximum erat, ut Dei summi omnium regis notitiam cultumque, divitiis omnibus ipsique etiam imperio anteferrent. Tandem vero, ut per seipsos quæ utilia essent reipublicæ agerent, eis permisit: et ante omnia id diserte præcepit, ut Ecclesiæ Dei curam gererent, seque palam Christianos profiterentur. Atque hoc quidem modo filios instituebat. Illi vero, non tam paternis monitis, quam sua sponte iucitati, præcepta parentis sui alacritate animi superarunt; quippe qui divinæ religionis observantiam semper præ oculis haberent, et sanctos Ecclesiæ ritus in ipso palatio cum universis domesticis custodirent. Nam et hoc paternæ providentiæ opus fuerat, ut non alios domesticos et contubernales filiis suis, quam Christianos traderet. Primorum quoque numerorum rectores, quibus reipublicæ cura commissa fuerat, Dei cultores erant. Quippe hominibus fidem in Deum

τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν, ἕκαστον ἰδίαν σκητὴν κατεσκευάσατο. Porro hic locus mutilus mihi videtur, supplendusque in hunc modum: Καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων ἡγεμόνες, καὶ οἱ τὴν τῶν κοινῶν, etc. Ait enim Eusebius, et primorum numerorum rectores, et eos quibus reipublicæ cura a Constantino commissa fuerat, Christianæ religionis cultores fuisse. Per priores illos, intelligit tribunos et comites scholarum; posteriores vero sunt præfecti prætorio, quæstores sacri palatii, magistri officiorum, et cæteri qui civilia negotia tractabant.

(28) Προάγων μαθήμασι. Eusebius in capite 52, iterum προάγων usurpat eodem sensu, καὶ ὁ μὲν οὕτω τοὺς υἱεὶς προῆγεν, et in cap. 55.

(29) Vulg., Εἰς ἄνδρας τε λοιπὸν. Nemo est, qui non per se videat scribendum esse εἰς ἄνδρας δὲ, etc. Quod equidem non monerem, nisi vereretur ne quis id nos fugisse existimaret. Paulo post, vox παρορμῶν videtur esse superflua.

(30) Καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων. Sic Eusebius in superiori capite τάγματα pro numeris militaribus usurpat, et alibi passim. Ita etiam Sozomenus in lib. 1, c. 8, ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων

professis, tanquam firmissimis quibusdam muris A confidebat. Cum beatissimus princeps hæc quoque iura constituisset, Deus honorum omnium dispensator, utpote cunctis reipublicæ negotiis optime ab imperatore dispositis, opportunum tempus tandem adesse statuens quo ad meliorem sortem transferretur, fatalem ejus vitæ finem imposuit.

### 553 CAPUT LIII.

*Quod cum duobus ac triginta annis regnaverit, et plusquam LX annis vixerit, integra semper fuit valetudine.*

Ac imperii quidem curriculum duobus et triginta annis explevit, exceptis mensibus ac diebus paucis: vitæ vero spatium duplo fere longius fuit. Qua in ætate, corpus ei ab omni morbo et labe vacuum, expers cujuslibet villi, et quovis juvenili corpore firmitus constituit, et tum decorum aspectu, tum ad quidvis agendum viribus pollens, adeo ut militariibus exercitationibus proluderet, equitaret, ambularet, dimicaret, trophæa de hostibus victis erigeret, et incruentas illas more suo victorias reportaret.

### CAPUT LIV.

*De iis qui eximia ejus humanitate ad avaritiam et pietatis simulationem abusi sunt.*

Animus similiter ad summum humanæ perfectionis culmen pervenerat: quippe qui omnibus præclaris dotibus ornatus esset, præcipue vero humanitate. Quam tamen multi reprehendebant, ob exuberantem malitiam improborum, qui nequitiam suam imperatoris adscribebant: patientiæ. Certe hæc duo vitia illis temporibus maxime invaluisse, nos

(31) *Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα διέκειτο.* Non probo conjecturam doctorum virorum, qui post vocem ταῦτα, καλῶς addiderunt; quod etiam in libro Moræi ascriptum inveni. Verum si quid addendum esset, equidem mallet addere οὕτως. Nam καλῶς locum hic habere non potest, cum in sequenti membro occurrat εὖ διατεθέντων. Alioqui otiosa esset repetitio, nec plus in secundo membro diceretur quam in primo. In codice tamen Fuk. legitur καλῶς διέκειτο.

(32) *Δύο μὲν οὖν πρὸς τοῖς τριάκοντι.* Hic Eusebii locus multos in errorem induxit, inter quos D Petavius, qui tum in adnotationibus ad librum Epiphaniî *De ponderibus*, tum in libro II *De doctrina temporum*, Eusebii auctoritate fretus, Constantinum tricesimo secundo imperii anno mortem obiisse censuit. Idem etiam scripserunt plerique veterum: Philostorgius in lib. II, Theodorus Lector in collectaneis, Epiphanius, et auctor *Chronici Alexandrini*: ex Latinis autem Aurelius Victor. Verum hæc sententia prorsus absurda mihi videtur. Nam qui ita sentiunt, necesse est etiam ut affirmant eundem Constantinum anno Christi 505 imperium iniisse, Constantino V et Maximiano coss., eodemque anno Constantium Augustum patrem Constantini e vivis abiisse. Atqui Constantinus Aug. anno sequente, qui est Christi 506, consul sextum fuit cum Maximiano collega, ut omnes fasti constantiter affirmant. Quare Constantini imperium non nisi ab anno Christi 506 deduci potest. Jam vero cum mortuus sit Feliciano et Titiano coss., hoc est anno Christi 337, die vicesimo secundo mensis Maii, ut inter omnes constat, necessario efficitur Constanti-

num imperasse annos triginta, menses decem, tribus tantum diebus exceptis. Levatus enim fuerat Cæsar octavo cal. Augusti, ut in *Fastis* scribit Iulianus. Recte igitur Eutropius et Rufinus scribunt, Constantinum anno imperii uno ac tricesimo extremum diem obiisse. Recte etiam Eusebii noster in *Chronico* ait Constantinum imperasse annis triginta, mensibus X. Porro unde factum sit, ut Eusebius noster hoc loco, et plerique veterum duos ac triginta imperii annos Constantino tribuerint, causa hæc videtur fuisse. Biennio ante obitum tricennalia Constantinus ediderat, Constantio et Albino coss., ut supra retulit Eusebius. Putarunt igitur annum imperii Constantini 30, iis coss. absolutum fuisse; quod tamen falsum est, ut supra notavi. Deinde ab initio Constantini, usque ad ejus obitum xxxii paria consulum numerantur. Ex quo fieri potuit, ut tricesimo secundo imperii anno illum obiisse crederent. Adde quod nonnulli Chronologi patris Constantii annos, quippe qui brevi admodum imperasset, Constantino ascripserunt. Cæterum monendus est lector, doctissimum Petavium tandem sententiam mutasse, et vulgatam opinionem de annis imperii Constantini deque ejus initio amplexum fuisse, ut patet ex lib. IV partis secundæ *Rationarii temporum*.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

*Ὅτι ἄμφι τὰ 10' ἔτη βασιλεύσας, καὶ ὑπὲρ τὰ 8' ἡμέρας, σῶον εἶχε τὸ σῶμα.*

Δύο μὲν οὖν πρὸς τοῖς τριάκοντα (32) τῆς βασιλείας ἐνιαυτοῖς, μῆσι τε καὶ ἡμέραις βραχείαις δέουσιν, B ἐπλήρου, τῆς δὲ ζωῆς ἄμφι τὸν διπλάσιον χρόνον· ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας, ἀπαθὲς μὲν καὶ ἄλυτον αὐτῷ διήρχει τὸ σῶμα, κηλίδος καθαρὸν ἀπάσης, παντός τε νέου νεανικώτερον, ὠραλον μὲν ἰδεῖν, βωμάλειον δ' ὅ τι δέοι δυνάμει καταπράξασθαι, ὡς καὶ γυμνάζεσθαι, ἰππάξασθαι, καὶ ὄδοιπορεῖν, πολέμοις τε παραβάλλειν, τρόπαιά τε κατ' ἐχθρῶν ἐγείρειν, καὶ τὰς συνήθεις ἀναίμακτι κατὰ τῶν δι' ἐναντίας αἵρεσθαι νίκας.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΔ'.

*Περὶ τῶν τῇ ἄγαν αὐτοῦ φιλανθρωπία συγκεχρημένων εἰς ἀπληστίας καὶ ὑποκρίσεις.*

Καὶ τὰ τῆς ψυχῆς δ' ὡσαύτως εἰς ἄκρον τῆς ἐνανθρώποις τελεωσέως αὐτῷ προήει, πᾶσι μὲν ἐμπρέποντι τοῖς καλοῖς, ὑπερβαλλόντως δὲ τῇ φιλανθρωπίᾳ· C ὃ δὴ καὶ μεμπτὸν ἐνομιζέτο τοῖς πολλοῖς, τῆς τῶν μοθηρῶν ἀνδρῶν φαυλότητος εἵνεκα, οἱ τῆς σφῶν κακίας τὴν βασιλέως ἐπεγράφοντο ἀνεξικακίαν [αἰτίαν] (33). Καὶ γὰρ οὖν ἀληθῶς δύο χαλεπὰ ταῦτα

num imperasse annos triginta, menses decem, tribus tantum diebus exceptis. Levatus enim fuerat Cæsar octavo cal. Augusti, ut in *Fastis* scribit Iulianus. Recte igitur Eutropius et Rufinus scribunt, Constantinum anno imperii uno ac tricesimo extremum diem obiisse. Recte etiam Eusebii noster in *Chronico* ait Constantinum imperasse annis triginta, mensibus X. Porro unde factum sit, ut Eusebius noster hoc loco, et plerique veterum duos ac triginta imperii annos Constantino tribuerint, causa hæc videtur fuisse. Biennio ante obitum tricennalia Constantinus ediderat, Constantio et Albino coss., ut supra retulit Eusebius. Putarunt igitur annum imperii Constantini 30, iis coss. absolutum fuisse; quod tamen falsum est, ut supra notavi. Deinde ab initio Constantini, usque ad ejus obitum xxxii paria consulum numerantur. Ex quo fieri potuit, ut tricesimo secundo imperii anno illum obiisse crederent. Adde quod nonnulli Chronologi patris Constantii annos, quippe qui brevi admodum imperasset, Constantino ascripserunt. Cæterum monendus est lector, doctissimum Petavium tandem sententiam mutasse, et vulgatam opinionem de annis imperii Constantini deque ejus initio amplexum fuisse, ut patet ex lib. IV partis secundæ *Rationarii temporum*.

(33) *Ἀνεξικακίαν αἰτίαν.* Postrema vox a viris doctis hic addita est ex mss. codicibus, quam etiam in Fuk. libro reperi. Mallet tamen hanc vocem collocare ante verbum ἐπεγράφοντο. Sic Eusebius in fine lib. III *De vita Constantini*. Longe profecto elegantius ita scriberetur: αἰτίαν ἐπ. τὴν βασιλέως ἀνεξικακίαν.

κατὰ τοὺς δηλουμένους τούτους χρόνους καὶ αὐτοὶ κατενόησαμεν, ἐπιτριβὴν ἀπλήστων (34) καὶ μοχθηρῶν ἀνδρῶν τῶν πάντα λυμαينوμένων βίον, εἰρωνεῖαν τ' ἀλεκτον τῶν τὴν Ἐκκλησίαν ὑποδοιμένων, καὶ τὸ Χριστιανῶν ἐπιπλάστως σχηματιζομένων ὄνομα. Τὸ δ' αὐτοῦ φιλόανθρωπον καὶ φιλάγαθον, τὸ τε τῆς πίστεως εὐλικρινές, καὶ τοῦ τρόπου τὸ φιλόαλλοθεν, ἐνήγγεν αὐτὸν πιστεῦειν τῷ σχήματι τῶν Χριστιανῶν εἶναι νομιζομένων, εὐνοῖαν τ' ὀληθῆ περι αὐτὸν πεπλασμένη ψυχῇ σώζειν προσποιουμένων· οἷς ἐαυτὸν καταπιστεύων, τάχα ἂν ποτε καὶ τοῖς μὴ πρέπουσιν ἐνεπείρετο (35), κηλῖδα ταύτην τοῖς αὐτοῦ καλοῖς ἐπιφέροντος τοῦ φθόνου.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ΄.

Ὅπως μέχρι τελευτῆς ἐλογογράφει Κωνσταντῖνος.

Ἄλλὰ τοὺς μὲν (36) οὐκ εἰς μακρὰν ἢ θεῖα μετήρητο δίκη· αὐτὸς δὲ βασιλεὺς οὕτω τὴν ψυχὴν λογικῇ συνέσει προῆκτο, ὡς καὶ μέχρι τελευτῆς συνήθως μὲν λογογραφεῖν, συνήθως δὲ τὰς προόδους ποιεῖσθαι (37), καὶ τὰς θεοπρεπεῖς τοῖς ἀκροαταῖς διδασκαλίαις παρέχειν, νομοθετεῖν δὲ συνήθως, τοτὲ μὲν πολιτικοῖς, τοτὲ δὲ στρατιωτικοῖς, πάντα τε προσφῶρος τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐπινοεῖν βίον. Μνημονεῦσαι δ' ἄξιον, ὡς πρὸς αὐτῇ γεγωνῶς τῇ τοῦ βίου τελευτῇ, ἐπιτρεῖσθαι τινὰ λόγον ἐπὶ τοῦ συνήθους διήλθεν ἀκροεπιτριβῶν· μακρὸν δὲ κατατείνας (38) ἐν τούτῳ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας διεξῆει (λόγον), περὶ τε τῶν εὐσεβῶς διηγουμένων τὴν ζῶην, τῶν τε τοῖς θεοφιλέσι παρ' αὐτῷ θεῷ τεταμειυμένων ἀγαθῶν· μακροῖς δ' ἀποδείξει, καὶ τὸ τῶν ἐναντιῶν τάγμα ὁποῖου τέλους τεύξεται, φανερὸν ἐποίει. τῶν ἀθέων τὴν καταστροφὴν παραδιδούς τῇ γραφῇ· ὃ δὲ καὶ ἐμβριθῶς μαρτυρούμενος, καθάπτεσθαι τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐδόκει· ὡς καὶ τινὰ τῶν δοκησιόφων (39) ἔρσθαι ὅπως ἔχειν αὐτῷ φαίνοιτο τὰ λεγόμενα· τὸν δ' ἐπιμαρτυρήσαι τοῖς λόγοις ἀλήθειαν, σφόδρα τε, καίπερ οὐκ ἐθέλοντα, ἔταινεῖν τὰς κατὰ τῶν πολυθέων διδασκαλίαις. Τοι-

(34) Vulg. ἐπιτριβῆς ἀπλήστων. Amplector emendationem doctorum virorum, quæ in Fuketii libro etiam legitur, ἐπιτριβῆν. Porro notandum est hic iudicium Eusebii nostri, qui in principatu Constantini tanquam in pulcherrimo quodam vultu, hunc nævum notavit, quod pessimos ac rapacissimos homines, ad amicitiam suam, et ad publica officia adscivisset, et quod fraude et calliditate quorundam qui se Christianos esse simulabant, circumventus fuisset. Idem fere reprehendit Aurelius Victor his verbis : « Fiscales molestia severius pressæ, cumctaque divino ritui paria videntur, ni parum dignis ad publica aditum concessisset. Quæ quanquam sæpius accidere, tamen in summo ingenio, atque optimis reipublicæ moribus, quamvis parva vitia elucet magis. » Sed et Amm. Marcellinus in libro xvi idipsum testatur : « Nam proximorum fauces aperuit primus omnium Constantianus. »

(35) Ἐνεπείρετο. In codd. Fuk. et Savilii scribitur ἐνεπειράτο.

(36) Ἀλλὰ τοὺς μὲν. Ablabium inter cæteros intelligi puto, qui post Constantini mortem, cum itea novas moliri crederetur, jussu Constantii int-

A quoque ipsi conspeximus : violentiam scilicet pessimorum hominum et insatiabili cupiditate flagrantium, qui universos fere mortales infestabant, et fraudulentam simulationem eorum qui callide in Ecclesiam irrepebant, et Christianorum nomen falso ac specie tenuis præferbant. Verum insita imperatori humanitas ac bonitas, et fidei morumque sinceritas, eo ipsum adduxit, ut crederet fictæ in speciem pietati hominum illorum qui pro Christianis habebantur, et qui sinceram erga ipsum benevolentiam callida mente simulabant. Quibus ille cum semetipsum credidisset, interdum fortasse in ea quæ parum decora essent, impegit, maligni dæmonis invidia hanc velut maculam reliquis ejus laudibus aspergente.

B

## 554 CAPUT LV.

Qualiter ad ultimum usque vitæ diem orationes scripsit.

Verum illos divina justitia non multo post merito supplicio affecit. Imperator vero tanta sermonum scientia animum instruxerat, ut ad ultimum usque diem vitæ, orationes conscriberet more solito, et conciones haberet, et divina documenta auditoribus insinuaret : leges item ferret assidue, nunc de civilibus negotiis, nunc de re militari : cuncta denique ad commodum atque utilitatem humani generis excogitaret. Illud vero haudquaquam silentio prætereundum est, quod cum extremus vitæ dies ipsi jam impenderet, funebrem quamdam orationem in consueto auditorio recitavit. Cumque sermonem longius produxisset, in ea disseruit de animorum immortalitate, deque his qui vitam pie traduxissent ; et de bonis quæ amicis Dei apud ipsum Deum recondita essent. Contra vero, quem finem essent habituri illi qui contrariam vivendi rationem Instituisent, multis rationibus evidentem astruxit, interitum et cladem impiorum describens. Quod quidem cum graviter et serio affirmaret, proximos et familiares suos perstringere videbatur : adeo ut quendam ex illis vana sapientiæ opinione inflatis

reemptus est, ut fuse narrat Eunapius in *Vitis sophistarum*.

(37) Συνήθως δὲ τὰς προόδους ποιεῖσθαι. Supra in cap. 29 hujus libri παρόδους dixit Eusebius, ubi vide quæ adnotavi. Possis etiam legere προσόδους, ut ad oram editionis Genevensis ascriptum est. Porro interpretis erroris sui tenax, etiam hoc loco vertit, congressus cum amicis habere, cum conciones vertere debuisset, ut sequentia aperte confirmant. Victoris *Epitome* idem quoque dicit de Constantino : « Commodissimus tamen rebus multis fuit : calumnias sedare legibus severissimis : nutrire artes bonas, præcipue studia literarum : legere ipse, scribere, meditari ; » ubi *meditari* idem valet ac μελετᾶν, id est declamare.

(38) Vulg. μακρὸν δὲ κατὰ τινας. Scribendum est procul dubio κατατείνας, ut jam alii monuerunt.

(39) Vulg. τινὰ τῶν δοκησιόφων. Malim scribere τῶν δοκησιόφων. Sic gentiles vocare solet Eusebius, ac præcipue philosophos, qui sibi præ cæteris sapere videbantur. In Fuk. codice δοκησιόφων legitur. Sed tertia syllaba lineola subnotatur.



interrogaverit quid sentiret de iis quæ dicta essent. At illa præ τῆς τελευταίας τοῖς γνωρίμοις ὁμιλήσας, αὐτὸς αὐτῷ τὴν ἐπὶ τὰ χρεῖται πορεία, λείαν καὶ ὀμλήν ἐφκει παρασκευάζειν.

At ille verissima esse cuncta testatus est; et quamvis invitatus, disputationes adversus multorum numerum cultum magnopere laudavit. Huiusmodi conciones ad familiares suos ante mortem cum habuisset, viam sibi ipse complanare ad meliorem vitam videbatur.

## CAPUT LXI.

*Quomodo ad bellum Persicum proficiscens, episcopus sibi adiunxit, et tentorium in speciem ecclesie paravit.*

Illud quoque nequiquam prætereundum est, quod circa hæc tempora, cum de motu Barbarorum ad orientem solem degentium nuntius allatus esset, hanc adhuc de illis victoriam superesse sibi testatus, Persis bellum inferre statuit. Quod cum facere decrevisset, militares copias undique excivit, et cum episcopis quos circa se habebat, de protectione consilium communicavit, provida mente prospiciens, viros ad divinum cultum necessarios secum assidue versari oportere. Illi vero libenti animo secuturos se esse affirmarunt, nec ab illo discessuros; sed continuis apud Deum supplicationibus militaturos una cum illo et pugnaturos. Quo ille nuntio vehementer delectatus, viam illis qua proficiscerentur, descripsit. Deinde tabernaculum in speciem ecclesie ambitioso cultu ad huius belli usum præparavit, in quo preces ad Deum victoriæ auctorem una cum episcopis fundere decreverat.

## CAPUT LXVII.

*Quomodo, susceptis Persarum legatis, festo Paschæ die cum aliis pernoctavit.*

Interea Persæ cum imperatorem bellum parare comperissent, et cum illo congredi vehementer reformidarent, missis legatis pacem ab eo postulaverunt. Itaque imperator pacis amantissimus, Persa-

(40) *Αὐτοῖς διετύπου.* Quæ posthæc sequuntur in editione Genevensi, usque ad initium capitis 59 deerant tum in codice Regio, tum in editione Rob. Stephani: et a viris doctis addita sunt ex conjectura, ut opinor. Nam quæ sequuntur capita, nimis brevissima sunt, nec quidquam amplius continent, quam ipsi capitulum tituli; quod quidem ab Eusebio institutum prorsus abhorret. Quare credibile est, viros doctos ex titulis capitulorum, qui libro quarto præfixi leguntur, hæc supplivisse quæ uncis conclusa exhibemus. Porro in editione Genevensi delenda sunt hæc verba: αὐτὸς δέ, quæ leguntur post vocem διετύπου. Etenim lacuna incipit ante has voces αὐτὸς δέ νεών, etc. Similem errorem supra notavimus. Nostram porro de hoc supplemento conjecturam plane confirmat optimus codex Fuk. qui cum reliqua supplementa quæ a Genevensibus edita sunt, fideliter exhibeat, ut suis locis adnotavimus, huius loci supplementum non habet. Sed neque in Turnebi libro hoc fragmentum ascriptum est, cum cætera omnia ad marginem ejus libri scripta habeantur.

(41) *Ἐπειτα καὶ τὴν σκηνήν.* Idipsum ita narrat Socrates in lib. 1, cap. 18: Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ τοῦ βασιλέως περὶ τὸν χριστιανισμὸν πόθος, ὡς καὶ Περσικοῦ μέλλοντος κινεῖσθαι πολέμου, κατασκευάσας σκηνὴν ἐκ ποικίλης ὀθόνης, ἐκκλησίας τύπον ἀποτελοῦσαν, ὡσπερ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπεποιήκει καὶ ταύτην φέρεσθαι, ἵνα ἔχοι κατὰ τοὺς ἐρημοτάτους τόπους εὐκτήριον ἡυρεπισμένον. Quæ Socratis verba eo libentius adduxi, quod sciam Socratem in

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ΄.

*Ὅπως ἐπὶ Πέρσας στρατευῶν συμπαρέλαβεν ἐπισκόπους, καὶ σκηνὴν εἰς σχῆμα τῆς ἐκκλησίας.*

Κάκεινο δὲ μνήμης ἄξιον, ὡς ἀμφὶ δηλούμενον χρόνον, τῶν ἐπ' ἀνατολῆς βαρβάρων κινήσεως ἀκουσείσης, ἐτι ταύτην αὐτῷ τὴν κατὰ τῶνδε νίκην λείπεσθαι φήσας, ἐπὶ Πέρσας στρατεύειν ὠρμητο· τοῦτό τε κρίνας, ἐκίνει τὰ στρατιωτικὰ τάγματα. Καὶ δὴ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόποις περὶ τῆς πορείας ἐκοίτου, συνέειναι αὐτῷ δεῖν τινὰς τῶν ἀναγκαίων ἐν θεοσεβείᾳ προμηθεύμενος. Οἱ δὲ, καὶ μάλα προθύμως συνέπεσθαι βουλομένῳ, μηδ' ἀναχωρεῖν ἐθέλειν, συστρατεύειν δ' αὐτῷ καὶ συναγωνίζεσθαι ταῖς πρὸς τὸν θεὸν ἱκετηρίαις ἔλεγον. Σφῶδρα δ' ἐπὶ ταῖς ἀγγελίαις ἠσθεὺς, τὴν πορείαν αὐτοῖς διετύπου (40). [Ἐπειτα καὶ τὴν σκηνὴν (41) τῷ τῆς ἐκκλησίας σχῆματι πρὸς τὴν ἐκείνου τοῦ πολέμου παράταξιν σὺν πολλῇ φιλοτιμίᾳ καταεργάζετο, ἐν ᾗ τῷ θεῷ, τῷ τῆς νίκης δοτῆρι, τὰς ἱκετηρίας ἅμα τοῖς ἐπισκόποις ποιεῖσθαι ἐπένοει.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΖ΄.

*Ὅπως Περσῶν πρεσβείας δεξάμενος, ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις.*

Ἐν τούτῳ Πέρσαι πυθόμενοι περὶ τῆς βασιλείας πρὸς πόλεμον παρασκευῆς, καὶ μάχῃ πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν σφῶδρα φοβούμενοι, διὰ πρεσβείας αὐτὸν ἔξιούοντα (42) εἰρήνην ποιεῖσθαι· διὸ δὲ μὲν εἰρηγικῶ-

iis quæ ex Eusebio mutuatur, ipsis fere Eusebii verbis uti solere. Itaque hæc Socratis verba Eusebiana vicem supplere possunt. Nam quæ in hac lacuna leguntur, ægre admodum Eusebii esse crediderim. Porro jam antea Constantinus, in bello Liciniano tabernaculum crucis extra castra fixum habuerat, in quo jejuniis et orationibus vacabat, teste Eusebio in libro II. Sed in belli Persici apparatu id amplius præstitit Constantinus, quod tabernaculum in ecclesie formam construxit. Ab hoc Constantini instituto manasse postea scribit Sozomenus, ut singuli numeri in exercitu Romano, tabernaculum suum haberent instar sacelli instructum, et presbyteros ac diaconos peculiare, qui rem divinam ibi peragerent.

(42) *Διὰ πρεσβείας αὐτὸν ἔξιούοντο.* Idem scribit Rufus Festus in *Breviario*: «Constantinus rerum dominus extremo vitæ suæ tempore expeditionem paravit in Persas. Toto enim orbe pacatis gentibus; et recentis de Gothia victoria gloriosior, multis in Persas descendebat agminibus. Sub cujus adventum Babylonice in tantum regna trepidarunt, ut supplex ad eum legatio Persarum occurreret, et facturos se imperata promitterent. Nec tamen pro assiduis eruptionibus quas sub Constantio Cæsare per Orientem tentaverant, veniam meruerunt.» Socrates vero hoc tantum dicit: ἀλλ' οὐ πρόβη τότε ὁ πόλεμος· ἔφθη γὰρ δεῖν τοῦ βασιλέως σθεσθῆναι, id est: *Sed bellum ulterius non processit. Nam pro metu imperatoris statim repressum est.*

τατος βασιλεύς τὴν Περσῶν πρεσβείαν δεξάμενος, φιλικὰς δεξιὰς προθύμως σὺν ἐκείνοις ἐσπέισατο (43). Ἰδὲ δ' ἡ μεγάλη τοῦ Πάσχα ἑορτὴ παρῆν, ἐν ἧ ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς ἀποδίδους, συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΗ΄.

*Περὶ οἰκοδομῆς τοῦ ἐπικαλουμένου τῶν Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει μαρτυρίου.*

Ἐπὶ τούτοις (44) τὸ μαρτύριον ἐν τῇ ἐπωνύμῳ πῶλε ἐπὶ μνήμῃ τῶν ἀποστόλων οἰκοδομῆν παρεσκευάζετο· αὐτὸς δὲ νεῶν ἅπαντα εἰς ὕψος ἄφατον ἐπάρας, λίθων ποικιλίαις παντοίων ἐξαστράπτοντα ἐποίει, εἰς αὐτὸν ἕροφον ἐξ ἐδάφους πλακῶσας· διαλαδῶν δὲ λεπτοῖς φανώμασι τὴν στέγην, χρυσῶ τὴν πῖσαν ἐκάλυπτεν· ἄνω χαλκὸς μὲν (45) ἀντὶ κεράμου, φυλακὴν τῷ ἔργῳ πρὸς ὑπετῶν ἀσφάλειαν παρέμειχε· καὶ τοῦτον δὲ πολὺς περιέλαμπε χρυσοῦς, ὡς μαρμαρυγὰς τοῖς πόρρωθεν ἀφωρῶσι ταῖς ἡλίου αὐγαῖς ἀντανακλωμένας ἐκπέμπειν. Δικτυωτὰ δὲ πέριξ ἐκύκλου τὸ δωμάτιον (46) ἀνάγλυφα, χαλκῶ καὶ χρυσῶ κατεργασμένα.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ΄.

*Ἐκφρασις ἐπι τοῦ αὐτοῦ μαρτυρίου.*

Καὶ ὁ μὲν νεὸς ὧδε σὺν πολλῇ βασιλέως φιλοτιμίᾳ σπουδῆς ἤξιοῦτο· ἀμφὶ δὲ τοῦτον αἶθριος ἦν αὐτῇ παμμεγέθης, εἰς ἀέρα καθαρὴν ἀναπεπταμένη· ἐν τετραπλευρῷ δὲ ταύτῃ στοαὶ διέτρεχον, μέσον αὐτῶ νεφὸς τὸ αἶθριον ἀπολαμβάνουσαι· οἰκοὶ τε βασιλείου ταῖς στοαῖς, λουτρὰ τε καὶ ἀνακαμπτήρια παρεξείκειτο, ἄλλα τε πλείοστα καταργητὰ τοῖς τοῦ τόπου φρουροῖς ἐπιτηδείως εἰργασμένα.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ξ΄.

*Ὅτι ἐν τούτῳ καὶ μνημεῖον εἰς ταφὴν ἑαυτοῦ προσφωκοδόμησε.*

Ταῦτα πάντα ἀφιέρου βασιλεὺς, διαωνίζων εἰς ἅπαντας τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τὴν μνήμην· ὠκοδόμει δ' ἄρα καὶ ἄλλα τι τῇ διανοίᾳ σκοπῶν, ὃ δὴ λαμβάνον ταπρῶτα, κατάφωρον πρὸς τῷ τέλει τοῖς πᾶσιν ἐγγίγνετο. Αὐτὸς γοῦν αὐτῷ εἰς δέοντα καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, τὸν ἐνταυθοῖ τόπον ἐταμίευστο· τῆς τῶν ἀποστόλων προσήσεως κοινωνῶν (47)

(43) *Φιλικὰς δεξιὰς προθύμως σὺν ἐκείνοις ἐσπέισατο.* Notabis hic barbarismum, non Eusebii, sed ejus qui hoc caput supplevit. Dicendum enim erat πρὸς ἐκείνους ἐσπέισατο. Sed neque hoc verisimile est, Constantinum qui omnes imperii Romani copias adversus Persas commoverat, pacem cum eis fecisse. Contrarium certe affirmat Rufus Festus cujus verba superius retulimus, et Eutropius atque Aurelius Victor. Socrates tamen pacem cum Persis, vel certe inducias factas fuisse innuit.

(44) *Ἐπὶ τούτοις.* Quis non videt hæc ab aliena manu concinnata esse? Neque enim cum sequenti capite ullo modo conveniunt. In hoc capite Constantinus dicitur cœpisse ædificare templum Apostolorum post dies Paschæ anni 337. In sequenti autem capite, quod ab Eusebio scriptum esse constat, templum illud jam absolutum cernitur. Atqui a diebus Paschæ usque ad Pentecosten, qua die mortuus est Constantinus, vix humus egeri potuit ad fundamenta templi jacienda. Proinde necesse est, ut templum illud diu ante cœptum fuerit ædificari. Vide caput 56 hujus libri.

A rum legatione benigne suscepta, pacem et amicitiam cum eis libenter pepigit. Aderat jam magna paschalis festi solemnitas: in qua imperator vota Deo persolvens, una cum cæteris pernoctavit.

#### CAPUT LVIII.

*De constructione martyrii Apostolorum Constantinopoli.*

Posthæc in memoriam apostolorum martyrium ædificare cœpit in urbe sibi cognomine. Cumque templum omne in immensam altitudinem extulisset, vario lapidum genere splendidum reddidit, a solo ad cameram usque marmoreis crustis illud operiens. Porro cameram lacunaribus minutissimi operis obducens, totam auro imbracteavit. Et supra quidem æs tegularum loco impositum, universo ædificio munimentum adversus imbres præbebat. Quod itidem auro plurimo superfusum resplendebat, adeo ut procul spectantium oculis fulgore præstringeret, solis radiis æris objectu repercussis. Totum vero solarium reticulatis quibusdam anaglyphis ex ære et auro fabrefactis erat circumdatum.

#### 556 CAPUT LIX.

*Descriptio ejusdem martyrii.*

Ac templum quidem ipsum maximo imperatoris studio hunc in modum exornabatur. Circa ipsum templum ingens erat area, libero ac patente desuper cælo. Cujus ad quatuor latera porticus erant sibi invicem conjunctæ, quæ aream in medio sitam una cum ipso templo circumcingebant. Præterea basilicæ, lavacra, diversoria et alia plurima habitacula ad usum eorum qui locum custodiebant, porticibus applicita, earum longitudinem æquabant.

#### CAPUT LX.

*Quod etiam in eo templo sepulcrum sibi ædificavit.*

Hæc omnia dedicavit imperator eo consilio, ut apostolorum Servatoris nostri memoriam posteris in perpetuum commendaret. Sed et aliud quiddam in mente habens, ædem illam construxit: quod initio quidem obscurum, tandem vero omnibus sub finem innotuit. Quippe ipse hunc sibi locum post mortem designaverat, incredibili fidei alacritate

(45) *Ἄνω χαλκὸς μὲν.* Scribendum est ἄνω μὲν χαλκός.

(46) *Τὸ δωμάτιον.* Eusebii supra in libro III capite 35 τὰ ἐκτὸς δώματα vocat exteriora tecta basilicæ. Itaque δωμάτιον hic videtur esse tectum totius basilicæ, vel certe altaris. Ejusmodi tecta in orbis speciem ædificata nos Galli hodieque *domata* vocamus. Porro de templi Apostolorum magnificentia Gregorius Naz. in carmine de insomnio Anastasiæ ita scribit:

*Σὺν τοῖς καὶ μεγάλανγον ἔδος Χριστοῦ μαθητῶν πλευραῖς σταυροτύποις τέτραχα τεμνόμενον.*

Id est, *Et magnificentum templum Christi discipulorum, quatuor lateribus distinctum in crucis formam.* Hujusmodi forma olim ecclesiæ construebantur, ut notavit Greterus in libris *De cruce*, Marcus in *Vita sancti Porphyrii*.

(47) *Τῆς τῶν ἀποστόλων προσήσεως κοινωνῶν.* Alludit Eusebii ad cognomen illud ταπρῶτου, quo post mortem affectus est Constantinus, ut legitur in Menæis Græcorum. Quod cognomen nescio cur tantopere ei inviderit Scaliger in lib. V

prospiciens, ut corpus suum communem cum apostolis appellationem post obitum sortiretur: quo scilicet precationum quæ in honorem apostolorum ibi celebrandæ erant, etiam mortuus particeps fieret. Cum igitur duodecim illic capsas, quasi sacras quasdam columnas in honorem ac memoriam apostolici collegii erexisset, suam ipsius arcam in medio constituit, quæ senas utrinque apostolorum capsas dispositas habebat. Atque id in eo loco ubi corpus ipsius post mortem decenter deponendum esset, solertissime providit. His ille diu antea sagaci mente dispositis, ædem apostolis consecravit, pro certo sibi persuadens, horum memoriam non parum utilitatis animæ suæ esse allaturam. Nec vero Deus eum voto atque expectatione sua frustratus est. Nam cum primas paschalis festi exercitationes obisset, ipsumque Servatoris nostri diem, tum sibi tum aliis omnibus lætum atque hilarem reddidisset, his illum rebus intentum, et in huiusmodi operibus perstantem usque ad exitum vitæ, Deus cuius auxilio cuncta gerebat, opportune tandem eum ad meliorem sortem transferre dignatus est.

### 557 CAPUT LXI.

*Imperatoris ægritudo, et orationes Helenopoli.  
Item de ejus baptismo.*

Principio quidem inæqualis corporis temperies; posthæc morbus eum invasit. Itaque ad aquas calidas civitatis suæ progressus, inde Helenopolim delatus est, urbem matris suæ nomine appellatam: ibique in templo martyrum diu commoratus, supplicationes et preces obtulit Deo. Cumque extremum vitæ diem sibi jam imminere sentiret, tempus tandem adesse existimavit, quo totius vitæ delicta expiaret, firmissime credens, quæcunque humanitas peccavisset, arcanorum verborum efficacia et salutari lavacro penitus esse delenda. Hæc cum apud se reputasset, genu flexo humi procumbens, veniam

*De emendatione temporum, ut dicat multum detracti de laude et gloria apostolorum, cum eorum vocabulum Constantino tribuitur. Certe quisquis accurate inspexerit quæ a Constantino ad propagandam Christi fidem gesta sunt, fatebitur omnino id cognomen merito illi delatum fuisse. Quod si Thecla id cognomentum mereri potuit, quam Basilius Seleuciensis aliique Isapóstolon cognominant, quanto potiori jure id Constantino tribuetur, per quem factum est, ut Christiani nunc omnes simus! Porro Eusebius iisdem rursus verbis utitur in cap. 71, infra. Auctor Synodici loquens de synodo Nicæna, Κωνσταντίνος, ὁ ἐν Χριστιανοῖς βασιλεῦσιν Ἀπόστολος. Atque ita dicitur in officio Græcorum die 21 Maii, ut legitur in Typico S. Sabæ.*

(18) *Μέσσην ἐτίθει τὴν ἑαυτοῦ λάρνακα.* At Chrysostomus, homilia 26 in *Epist. II ad Corinthios*, pag. 741, ait Constantinum sepultum fuisse in vestibulo ædis Apostolorum, quasi eorum janitorum; idque exaggerat suo more. Hæc igitur ita conciliare oportet, ut Constantinus quidem cadaver suum in medio Apostolorum humari voluerit: Constantinus vero, seu quis alius, id alibi locaverit. Certe Zonaras scribit, Constantium patris sui fufus deposuisse in templo Apostolorum in peculiari porticu, quam ad idipsum exstoluxerat.

(49) *Vulg. ἐν τούτῳ τέλος.* In libro Moræi legitur τέλος, et aute illam vocem asteriscus poni-

τὸ ἑαυτοῦ σκήνος μετὰ θάνατον προνοῶν ὑπερβαλλοῦσα πίστεως προθυμία γεγενῆσθαι, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξίωτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπιτιμῆ τῶν ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Δώδεκα δ' οὖν αὐτόθι θήκας, ὡσανεὶ στήλας ἱεράς, ἐπὶ τιμῆ καὶ μνήμῃ τοῦ τῶν ἀποστόλων ἐγγείρας χοροῦ, μέσσην ἐτίθει τὴν ἑαυτοῦ αὐτὸς λάρνακα (48), ἧς ἐκατέρωθεν τῶν ἀποστόλων ἀνά ἐξ διεκείντο. Καὶ τοῦτο γούν, ὡς ἔφην, σώφρων λογισμῶ, ἔνθα αὐτῷ τὸ σκήνος τελευτήσαντι τὸν βίον εὐπρεπῶς μέλλοι διαναπαύεσθαι, ἐσκόπει. Ἄλλ' ὁ μὲν, ἐκ μακροῦ καὶ πρόπαλαι τῷ λογισμῷ ταῦτα πρυτανεύμενος, ἀφιέρου τοῖς ἀποστόλοις τὸν νεῶν, ὠφέλειαν ψυχῆς ὀνησιφόρον τὴν τῶνδε μνήμην ποιεῖσθαι αὐτῷ πιστεύων· Θεὸς δὲ αὐτὸν καὶ τῶν κατ' εὐχὰς προσδοκηθέντων οὐκ ἀπηξίου. Ὡς γὰρ πᾶς πρῶτας τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς συνεπλήρου ἀπχέσεις, τὴν τε σωτήριον διήγαγεν ἡμέραν, λαμπρὰν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πᾶσι τὴν ἑορτὴν καταφαιδρύνας, ἐν τούτῳ μέχρι τέλους (49) τὴν ζωὴν διανύοντα καὶ ἐν τούτοις ὄντα, Θεὸς ᾧ ταῦτα συνεξέτελει, κατὰ καιρὸν εὐκαιρον τῆς θέλας ἐπὶ τὸ κρείττον μεταβάσεως αὐτὸν ἤξλου.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ 5Α΄.

*Ἄνωμαλία σώματος ἐν Ἐλενοπόλει, καὶ προσευχαί, καὶ περὶ βαπτίσματος.*

Γίνεται δ' αὐτῷ πρώτη τις ἀνωμαλία τοῦ σώματος. Εἶτ' οὖν χάκωσις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συμβαίνει· κἄπειτα τῆς αὐτοῦ πόλεως ἐπὶ λουτρᾷ θερμῶν ὑδάτων πρόεισιν, ἔνθεν τε τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐπὶ τὴν ἐπόνυμον ἀφικνεῖται πόλιν. Κάνταῦθα τῷ τῶν μαρτύρων εὐκτηρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ, ἱκετηρίου εὐχὰς τε καὶ λιτανείας ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔννοιαν ἤκει τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καθάρσεως τούτων εἶναι καιρὸν τῶν ποτε αὐτῷ πεπλημελημένων δεῖν ἦστο (50), ὅσα οἷα θνητῷ διαμαρτεῖν ἐπήλθε, ταῦτ' ἀπορρήψασθαι τῆς ψυχῆς, λόγων ἀπορρήτων δυνάμει, σωτηρίῳ γε λόγῳ λουτροῦ (51), πιστεύσας. Τοῦτό τοι διαση-

tur; lego igitur ἐν τούτῳ μέχρι τέλους τὴν ζωὴν διανύοντα. Porro hic asteriscus lidem facit lacunam hanc ex aliquo codice manuscripto suppletam esse. Nihilominus tamen valde dubito, ne ex conjectura cuiuspiam viri docti hæc etiam profecta sint. Neque enim oratio mihi videtur satis Græca, ἐν τούτῳ τὴν ζωὴν διανύοντα καὶ ἐν τούτοις ὄντα, cum hæc ineptia sit repetitio. Malletque omnino scribere διανύσαντα. Sed verba quæ leguntur in fine lacunæ, longe majorem suspicionem movent: κάνταῦθα τῷ τῶν μαρτύρων μαρτυρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ. Primum enim, ineptia locutio est μαρτυρίῳ οἴκῳ, cum semper in neutro genere μαρτύριον dicat Eusebius. Deinde cur μαρτύρων in plurali numero dixit? An pluribus simul martyribus ea basilica consecrata erat? Erat Helenopoli insignis basilica Luciano martyri dicata. In hac igitur Constantinus cum ab Aquiscalidis rediret, orationis gratia diversatus est. Quare τοῦ μάρτυρος dicendum erat, non vero τῶν μαρτύρων. Hæc cum scripsissem, nactus sum codicem Fucetianum, qui veram huius loci scripturam retinuit. Sic enim habet, τῷ τῶν μαρτύρων εὐκτηρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ. In eodem libro legitur ἐν τούτῳ τέλους sine lacuna: item Θεὸς ᾧ ταῦτα συνεξέτελει.

(50) *Δεῖν ἦστο.* Scribendum videtur διενεσῖτο.

(51) *Λόγῳ λουτροῦ.* Scribendum puto σωτηρίῳ τε λουτρῷ. Quid enim sibi vult λόγος λουτροῦ, praesertim cum antea dixerit λόγων ἀπορρήτων δυνάμει?

θεῖς, γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφους, ἰκέτης ἐγγίγνεται τοῦ θεοῦ, ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ ἐξομολογούμενος, ἔνθα δὴ καὶ πρῶτον (52) τῶν διὰ χειροθεσίας εὐχῶν (53) ἔξωτο· μεταὰς δ' ἔνθεν, ἐπὶ προάστειον τῆς Νικομηδεῶν ἀφικνεῖται πόλεως, κἀναυθα συγκαλέσας τοὺς ἐπισκόπους, ὧδέ πη αὐτοῖς διελέξατο.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΒ'.

*Κωνσταντίνου πρὸς ἐπισκόπους περὶ μεταδόσεως τοῦ λουτροῦ παράκλησις.*

« Οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πάλαι μοι διψῶντι καὶ εὐχόμενῳ τῆς ἐν θεῷ τυχεῖν σωτηρίας, καιρὸς ἐλπίζόμενος· ὦρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιῶ

In veteribus schedis legitur σωτηρίῳ λουτροῦ, quod plane confirmat emendationem nostram.

(52) *Ἐνθα δὴ καὶ πρῶτον.* Hic locus attentam in primis lectoris diligentiam flagitat. Ex eo enim magna illa de Constantini baptismi quæstio diducari facile potest. Ait igitur Eusebius Constantinum imperatorem tunc primum manuum impositionem cum solemnī precatione in ecclesia suscepisse; id est uno verbo, tunc primum factum esse catechumenum. Nam catechumeni per manus impositionem fiebant ab episcopo, ut docet canon vi concilii Arelatensis: « De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi. » Idem sancitum est cap. 59 concilii Eliberitani: « Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi, et fieri Christianos. » Qui quidem canon Eliberitanus, ut id obiter moneam, nihil aliud esse videtur quam expositio canonis Arelatensis: quod et in alius ejus concilii capitulis cernere licet. De eodem ritu locus est illustris apud Sulpicium Severum in *Dialogo ἢ De miraculis sancti Martini*, cap. 5: « Postremo cuncti catervatim ad genua beati viri ruere cœperunt, fideliter postulantes, ut eos faceret Christianos. Nec cunctatus, in medio, ut erat, campo, cunctos imposita universis manu catechumenos fecit. » Idem in libro 1: « Nemo fere, inquit, ex immani illa multitudine fuit gentiliū, qui non, impositione manus desiderata, in Dominum Jesum relicto impietatis errore crediderit. » Augustinus etiam in lib. 11 *De peccatorum remissione*, cap. 26: « Non uniusmodi est sanctificatio. Nam et catechumenos secundum quemdam modum suum per signum crucis et orationem manus impositionis puto sanctificari. » Sed et Petrus Chrysologus idem scribit in sermone 52: « Hinc est quod veniens ex gentibus, impositione manus et exorcismis ante a demone purgatur; et apertionem aurium percipit, ut illi capere possit auditum. » Sic etiam in sermone 165: « Namque ut incurvus peccatis gentilis erigatur ad cœlum, prius a gentili per impositionem manuum nequam spiritus effugatur. » His adjungendus est Symeon Metaphrastes, qui in Actis sanctorum martyrum Indis et Domnæ ita scribit de Cyrillo episcopo: « Ille autem cum moderate divinas ei cecinisset Scripturas, et veneranda Christi cruce eam obsignasset, tunc quidem eam fecit catechumenam. » Denique Marcus in libro *De vita Porphyrii Gazensium episcopi*: « Die sequenti parentes mulieris et cognati euntes ad beatum Porphyrium, prociderunt ad ejus pedes, petentes Christi signaculum. Beatus vero cum eos signasset, et lecisset catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent sanctæ ecclesiæ. Et paulo post cum eos catechesi instituisset, baptizavit. » Ex his patet catechumenos non aliter quam per impositionem manus olim in Ecclesia factos fuisse. Cum igitur Constantinus tunc primum manus impositionem in ecclesia accepisse dicatur, constat eum catechumenum nonnumquam fuisse. Sed dicit aliquis:

A a Deo supplex poposcit, peccata sua confitens in ipso martyrio: quo in loco manuum impositionem cum solemnī precatione primum meruit accipere. Hinc ad suburbana Nicomediæ digressus, convocatis episcopis, sic ad eos verba fecit.

### CAPUT LXII.

*Quibus verbis Constantinus postularit ab episcopis ut baptismum sibi conferrent.*

« Hoc erat tempus quod jam dudum sperabam, cum incredibili cupiditate arderem, votisque omnibus desiderarem salutem in Deo consequi. Jam tempus

Quis credat imperatorem Constantinum ad id usque temporis catechumenum non fuisse, cum et Nicæno concilio interfuerit, et tot leges ac rescripta pro Christianis ediderit, tot ecclesias extruxerit, gentiles ad suscipiendam fidem Christi omnibus modis incitaverit, et hæreticos ac schismaticos basilicis suis spoliaverit? Certe omnibus Christiani hominis officiis eum perfunctum fuisse testatur Eusebius. Nam et jejuniis atque orationibus eum vacasse scribit, et Dominicis dies ac martyrum festa celebrasse; pernoctasse etiam in vigiliis Paschæ. Hæc omnia et multo adhuc plura quæ afferri possent, Constantinum gentilem non fuisse convincunt; sed eundem catechumenum fuisse non arguunt. Certe in his quatuor Eusebii libris, quibus Constantini pietas et religio celebratur, nusquam legitur Constantinum in ecclesia cum reliquis catechumenis preces fecisse, nec sacramentum catechumenorum percepisse. Cumque de Helena Augusta matre imp. Constantini id diserte affirmet Eusebius, eam in ecclesia cum reliquis mulieribus constituisse; nunquam tamen de Constantino idem ab illo dictum invenias. Quod si objicias, Constantinum Helenopoli in martyrum templo diversatum fuisse, et preces ad Deum fudisse, primum respondeo hæc in nostris codicibus non legi, ut paulo antea observavi. Deinde ecclesias ingredi licebat etiam gentilibus, excepto missarum tempore: quanto magis id licuit imperatori, qui se christianum profitebatur. Cum igitur Eusebius hic aperte doceat, Constantinum primum Helenopoli manus impositionem a sacerdotibus accepisse, plane efficitur, illum ante hoc tempus catechumenum non fuisse. Scio Athanasium in *Vita sancti Antonii*, ubi de litteris a Constantino ad Antonium scriptis loquitur, et Augustinum in epistola 162 et 166, Constantinum Christiani principis titulo affectum. Sed responderi potest, eos hac in re vulgatam omnium opinionem ac famam secutos esse: et Constantinum palam Christianum principem appellasse, non quod Christianæ fidei sacramentis adhuc initiatus esset, sed quia Christianæ religionis cultum aperte profitebatur. Alia quoque longe gravior oblectio adversus nostram sententiam afferri potest ex cap. 52 lib. 1, cujus hic est titulus: « Ὅπως κατηχηθεὶς Κωνσταντῖνος, etc. Ex quo colligitur, Constantinum statim post illam crucis in cœlo visionem factum esse catechumenum. Sed respondeo titulos istos non ab Eusebio compositos fuisse, sed ab recentiore aliquo, ut supra demonstratum est. Deinde κατηχηθεὶς ibi sumitur pro μαθητευθεὶς. Certe Eusebius in toto illo capite Constantinum catechumenum factum esse non dicit, sed tantum episcopos ab illo evocatos, rationem cœlestis illius visionis ei aperuisse: ipsum vero exinde lectioni sacrarum voluminum operam dedisse.

(55) *Ἐνθα δὴ καὶ χειροθεσίας εὐχῶν.* Sic in lib. 1 *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 13, εὐχὰς τε διὰ χειρὸς λαβῶν. Ad quem locum vide quæ adnotavi. Augustinus in lib. 11 *De peccatorum remissione*, cap. 26, vocat orationeum manus impositionibus.

est, ut signum illud quod immortalitatem confert, nos quoque percipiamus; tempus est, ut salutaris signaculi participes fiamus. Equidem olim statueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipse ad exemplum nostrum, lavacrum suscepisse memoratur. Sed Deus, qui optime novit ea quæ nobis utilia sunt, hoc in loco nobis idipsum exhibere dignatur. Proinde omnis removeatur dubitatio. Nam si quidem Deus vitæ mortisque arbiter hic me diutius vitam agere voluerit, idque semel decretum est, ut in posterum una cum populo Dei permiscear, et in ecclesiam adscitus cum reliquis omnibus orationum participes fiam; eas vivendi leges mihi præscripturum me esse spondeo, quæ sint Deo dignæ. » Hæc cum dixisset, illi solemniter divinas ceremonias peregerunt, injunctisque ei quæcunque necessaria erant, sacrorum 558 myste-

(54) *Σωτηρίου σφραγίσματος*. Inepta prorsus hæc repetitio, cum proxime antea dixerit τῆς ἀθανάτοιο σφραγίδος. Proinde non dubito quin Eusebius scripserit σωτηρίου χάρισματος. Sic enim baptismum veteres etiam vocabant, ut præter cæteros docet Gregorius Nazianzenus.

(55) *Ἐπὶ βελθῶν Ἰορδάνου*. Ne quis forte Constantinum temere reprehendat, qui illic baptizari ambierit, ubi Dominus olim a Joanne fuerat baptizatus, sciendum est plerosque Christianorum idem tunc temporis ambiisse. Ita Eusebius noster in libro *De locis Hebraicis*: Βηθαβαρά ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ δεῖκνυται ὁ τόπος, ἐν ᾧ καὶ πλείους τῶν ἀδελφῶν εἰς ἔτι νῦν τὸ λουτρὸν φιλοτιμοῦνται λαμβάνειν. Quem locum ita vertit Hieronymus: ΒΕΤΗΒΑΡΑ trans Jordanem ubi Joannes in pœnitentiam baptizabat: unde et usque hodie plurimi de fratribus, hoc est, de numero crediturum, ibi renasci cupientes, vitali gurgite baptizantur. Et Hieronymus quidem verba Eusebii interpretatur de catechumenis, qui maximo studio ambulant, ut in Jordane baptizarentur. Verba tamen Eusebii de simplici lavacro possunt intelligi. Certe diu post Eusebii ac Hieronymi ætatem, fideles in eo ipso loco lavare soliti sunt, præcipue festo die Theophaniæ post baptismum parvulorum, ut didici ex *Itinerario Antonini* martyris, cujus hæc sunt verba: « Juxta Jordanem vero ubi baptizatus est Dominus Jesus, est tunulus cancellis circumdatus. Et in loco ubi redundat aqua de alveo suo, posita est crux lignea intus in aqua, et ex utraque parte rupes strata marmore. Et in vigilia Theophaniæ magnus ibi fit conventus populorum. Et quarta aut quinta vice, gallo canente, fiunt vigiliae. Completis matutinis, primo diluculo surgentes procedunt ministri ad sacra mysteria celebranda sub divo, et diaconi tenentes sacerdotem. Descendit sacerdos in flumen. Et hora qua cœpit benedicere aquam, mox Jordanes cum magno rugitu post se revertitur; et stat aqua superior in se usque dum baptismus perficitur: inferior autem fugit in mare. » Et paulo post: « Baptismo autem completo descendunt omnes in fluvium pro benedictione, induti sindonibus quas sibi ad sepulturam servant. » Idem quoque traditur in *Hodeporico sancti Willibaldi* quod edidit Canisius: « Ad Jordanem, ubi Dominus fuit baptizatus, ibi nunc est ecclesia in columnis lapideis sursum elevata: et subus ecclesiam est nunc arida terra, ubi Dominus baptizatus fuit, in ipso loco et ibi nunc baptizant. Ibi stat crux lignea in medio, et parva derivatio aquæ stat illic; et unus funiculus extensus super Jordanem hinc et inde firmatur. Tunc in solemnitate Epiphaniæ infirmi et ægroti vententes habebant se cum funiculo, et sic demer-

σφραγίδος, ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος (54) μετασχεῖν· ἐπὶ βελθῶν Ἰορδάνου (55) ποταμοῦ τοῦ ἐνενοῦν ποτέ (56) ποιῆσαι, ἐφ' ὧν καὶ ὁ Σωτὴρ εἰς ἡμέτερον τύπον, τοῦ λουτροῦ μετασχεῖν μνημονεύεται Θεὸς δ' ἄρα τὸ συμφέρον εἰδὼς, ἐντεῦθεν ἤδη τούτων ἡμᾶς ἀξιοῖ. Μὴ δὲ οὖν ἀμφιβολία τις γιγνέσθω (57). Εἰ γὰρ καὶ πάλιν ἡμᾶς ἐνταυθοῖ βιοῦν ὁ καὶ ζωῆς καὶ θανάτου Κύριος ἐθέλοι, καὶ οὕτως ἐμὲ συναγελάζεσθαι λοιπὸν τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ, καὶ ταῖς εὐχαῖς ἡμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκκλησιάζοντα κοινωνεῖν ἀπαξ ὄρισται (58), θεσμούς ἤδη βίου Θεῷ πρόποντας, ἐμαυτῷ διατετάξομαι. Ὁ μὲν δὲ τούτ' ἔλεγεν· οὐ δὲ, τὰ νόμιμα τελούντες, θεσμούς ἀπεπλήρουν θεούς, καὶ τῶν ἀπορόρητων μετεδίδωσαν, ὅσα χρὴ προσδιαστελλόμενοι (59). Καὶ δὲ μόνος τῶν ἐξ αἰῶνος ἀτοκρατόρων Κωνσταντίνος, Χριστοῦ μαρτυρίας ἀναγεννώμενος ἐτελειούτο (60), θείας τε σφραγίδος ἀξιοῦ-

guntur in aquam. Episcopus noster Willibaldus balneavit se ibi in Jordane. »

(56) *Ἐνενοῦν ποτέ*. In codice Fuketiano legitur τοῦτ' ἐνενοῦν ποτε ποιῆσαι, quemadmodum scriptum reperi in libro Turnebi ac Moræi.

(57) *Μὴ δὲ οὖν ἀμφιβολία τις γιγνέσθω*. Horum verborum sensus satis obscurus est. An Constantinus id voluit dicere? Cessat jam omnes dubitare de me, utrum revera Christianus sim, nemo in posterum suspicet me verbis duntaxat, non ex intimo cordis affectu, fidem Christi amplectum fuisse. Potest etiam ἀμφιβολία hoc loco sumi pro ἀναβολῇ, id est, *Omnis mora, omnis amoveatur dilatio*. Qui quidem sensus magis cohæret cum præcedentibus. Illis enim verbis semetipsum accusat Constantinus, quod scilicet salutare lavacrum nimis distulerit, quodque tamdiu quasi anceps ac dubius hæserit, nec gentilium ritus ac ceremonias colens, nec Christianorum sacra suscipiens.

(58) *Ἀπαξ ὄρισται*. Horum verborum duplex sensus afferri potest; aut enim cum ὄρισται subauditur τῷ Θεῷ, quem sensum secutus est interpres hujus libri aut certe subauditur ἐμοῖ, quem quidem sensum veriorum puto. Certe in codice Regio post vocem ὄρισται, media distinctio ponitur. Deinde vox illa ἀπαξ, satis ostendit Constantinum de seipso loqui. Postremo si hæc de Deo intelligerentur, non dixisset Constantinus τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ, sed τῷ αὐτοῦ.

(59) *Προσδιαστελλόμενοι*. In libris Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur προδιαστελλόμενοι, quod magis placet. Porro hoc verbum διαστελλόμενοι, eo sensu frequenter accipitur in sacris libris.

(60) *Ἐτελειούτο*. Non possum probare versionem interpretum, qui ἐτελειούτο transtulerunt *imitiatus est*, quasi legeretur ἐτελείτο. Ego vero interpretari malui *consummatus est*. Sic Cyprianus in epistola 75 ad Jubaianum, pag. 145: « Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Domiuico consummuntur. » Certe Græci Patres baptismum vocare solent τελείωσιν, id est perfectionem et consummationem. Sic Athanasius in oratione 3 contra Arianos? ἢ διὰ τὴν καὶ ἐν τῇ τελείωσει τοῦ βαπτίσματος συγκατονομάζεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, et paulo post: ἢ διὰ τὸ τὸ πεποιθμένον συναριθμεῖται τῷ ποιήσαντι εἰς τὴν τῶν τούτων τελείωσιν; Item aliquanto post τελειοῦσθαι ponit *probaptizari*: Ὅν βαπτίζει ὁ Πατήρ, τοῦτον ὁ Υἱὸς βαπτίζει· καὶ ὃν ὁ Υἱὸς βαπτίζει, οὗτος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τελειοῦται. Et sequente pagina baptismum iterum vocat τελείωσιν, ita scribens: Εἰς γὰρ ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δίδεται ἢ

μνος, ἠγάλλετο τῷ πνεύματι (61), ἀνεκαينوῦτό τε καὶ φωτὸς ἐνεπίμπλατο θείου, χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ δι' ὑπερβολὴν πίστεως, τὸ δ' ἐναργῆς καταπεπληγῶς τῆς ἐνθέου δυνάμεως. Ὡς δ' ἐπληροῦτο τὰ δέοντα, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιδίσμασι (62), φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον, περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο, οὐκ ἔθ' ἀλουργίδος ἐπιψαῦσαι θελήσας.

omnia rite impleta sunt, candidis ac regis vestibusissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΓ'.

*Τὸ λουτρὸν λαβὼν, ὅπως ἀνύμνει τὸν Θεόν.*

Κάτετα τὴν φωνὴν ἀνυψώσας, εὐχαριστήριον ἀνεπέμπε τῷ Θεῷ προσευχὴν· μεθ' ἣν ἐπῆγε λέγων· « Νῦν ἀληθεὶ λόγῳ μακάριον οἶδ' ἐμαυτὸν, νῦν τῆς ἀθανάτου ζωῆς πεφάνθαι ἄξιον, νῦν τοῦ θεοῦ μετεληφέναι φωτὸς πεπίστευκα (63). » Ἀλλὰ καὶ τάλανας

τελειώσας, etc. Quibus in locis P. Nannius semper verit̄ *initiationem*. Sed et Gregorius Naz. in oratione prima *contra Julianum*, baptismum eodem vocabulo appellat: Αἵματι μὲν οὐχ ὅστις τὸ λουτρὸν ἀποβρῦπτεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσου ἀντιτιθεῖς. Denique Clemens Alexandrinus, in libro *i Pedagogi*, baptismum variis nominibus appellari scribit: interdum enim χάρισμα, interdum φῶτισμα dici, modo λουτρὸν. Deinde causam subjungit cur vocetur τέλειον· τέλειον, inquit, dicimus id cui nihil deest. Quid porro deest illi qui Deum novit, et qui gratiam Dei possidet, et vita jam fruitur aeterna? Ex quo ita concludit Clemens, omnes qui in Christum crediderunt, et sacro lavacro tincti sunt, jam perfectos esse: Οὗτω τὸ πιστεῦσαι μόνον καὶ ἀναγεννηθῆναι, τελειώσις ἐστὶν ἐν ζωῇ. Apud Latinos quoque perfecti christiani dicebantur, qui baptismum susceperant, tametsi manus impositionem ab episcopo non accepissent. Vetus auctor De hæreticis non rebaptizandis: « Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum, et evenire solum ut plerique post baptismum sine impositione manus episcopi de sæculo exeant; et tamen pro perfectis fidelibus habentur. » Et iterum infra pag. 153 editionis Rigaltii, perfectum Christianum ponit pro fidei: imperfectum vero pro catechumeno: « Et ideo integrum ac sincerum et incontaminatum et inviolatum utrumque debet consistere confidenti, nullo defectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator; perfectusque christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui summo discrimine suo Dominum conlitteri non timuit. »

(61) ἠγάλλετο τῷ πνεύματι. Quod plerisque in locis hujus operis accidisse jam monui, in hoc quoque admissum fuisse suspicor, ut verba transposita fuerint. Sic igitur legendum esse existimo: ἠγάλλετο, ἀνεκαينوῦτό τε τῷ πνεύματι. Alludit enim ad illum versum notissimi psalmi L: *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis*. Porro ex hoc Eusebii loco colligitur Constantinum non in lecto perfusum, ut ægri solebant, sed in ecclesia baptismum percepisse. Ait enim Eusebius, τοῖς Χριστοῦ μαρτυροῖς ἀναγεννώμενος. Mox scribo ex codice Fuketii et veteribus schedis φωτὸς ἐνεπίμπλατο.

(62) Λαμπροῖς... ἀμφιδίσμασι. Notum est moris olim fuisse, ut neophyti candidis vestibus induerentur, quas octavo demum die deponebant. Zeno Veronensis in sermone 5 ad neophytos: « Primus vos qui in se credentem reprobatur nullum, non aries sed agnus excepit: qui vestram nuditatem velleris sui niveo candore vestivit. » Augustinus in sermone 157 de tempore: « Paschalis solemnitas hodierna festi-

riorum participem eum fecere. Solus igitur ex omnibus qui unquam fuerunt imperatoribus Constantinus, in Christi martyriis renatus et consummatus est: et divino donatus signaculo, exsultavit spiritus, renovatusque est, ac divina luce repletus. Et animo quidem maximam capiebat voluptatem ob fidei excellentiam; evidentissimam autem divinæ potentis magnitudinem attonitus mirabatur. Postquam lucis instar radiantibus est amictus, et candidis-

#### CAPUT LXIII.

*Quomodo post baptismum Deum laudavit.*

Posthæc sublata alius voce, precabundus gratias egit Deo, et finita precatione hæc subjicit: « Nunc me revera beatum esse, nunc immortali vita dignum, nunc divinæ compotem lucis factum esse cognosco. » Miseros quoque et infelices esse aiebat,

vitae concluditur. Et ideo hodie neophytorum habitus commutatur: ita tamen ut candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. Idem testatur Beda in libro *De officiis*. « Septuagesima, » inquit, « tendit ad sabbatum ante octavas Paschæ, quando hi qui in vigilia Paschæ baptizantur, alba vestimenta deponunt. » Quæ verba leguntur etiam in Ordine Romano. In veteri libro Pontificali Senonensis Ecclesiæ ante sexcentos annos descripto, exstat solemnitas precatio quam faciebat episcopus super neophytis, tunc cum albas deponerent, quam hic ascribere operæ pretium putavi.

BENEDICTIO IN SABBATO QUANDO ALBAS DEPONUNT.

*Deus, qui calcatis inferni legibus captivitatem nostram resoluta catenarum compage dignatus es ad libertatis præmia revocare, ipse vobis præstet ita hanc vitam transigere, ut in illam perpetuam ipso duce possitis intrare. Amen. Tantum præbeat vobis ferream catholicæ fidei, ut sancti adventus illius sitis expectatione securi. Amen. Ut quicumque hic meruerunt purgari unda baptismi, ibi præsentari valeant pio Judici candidati. Amen.*

Porro neophyti octo illos a baptismum dies summa cum religione celebrabant: ita ut per eos dies, qui etiam octavæ dicebantur, nefas haberent nudo pede terram contingere, ut scribit Augustinus in epistola 119 ad Januarium. Sed et per eos dies nudo capite incedere solebant, quod erat signum libertatis. Augustinus sermone 4 in Dominica octavarum Paschæ: « Hodie octavæ dicuntur infantium: revelanda sunt capita eorum, quod est indicium libertatis. Habet enim libertatem ista spiritalis natiuitas, » etc. Contra catechumeni tectis capitibus per publicum incedebant, cum typum gererent Adæ a paradiso expulsi, ut ait Junilius in lib. II, cap. 16. Quod quidem de solis competentibus intelligendum puto, qui non solum caput, verum etiam vultum velabant, ut docet Cyrillus Hierosol. in prima catechesi. Hoc autem velamen ipsis auferebatur in baptismum, vel certe octavo post baptismum die. Hoc enim potius innuit Augustini verba paulo ante a nobis commemorata. Idem quoque confirmat Theodorus Cantuariensis episcopus in libro *Penitentiali*: « In monachorum ordinatione abbas debet missam cantare, et tres orationes complere super caput ejus, et septem dies velet caput ejus; septimo die abstolat velamen. Sicut in baptismum presbyter septimo die velamen infantum tollit: ita et abbas debet monacho, quia secundum baptismum est iuxta iudicium Patrum; et omnia peccata dimituntur sicut in baptismum. »

(63) Πεφάνθαι ἄξιον... πεπίστευκα. Ultimam vocem addiderunt typographi Genevenses ex libris Scaligeri et Bongarsii; quam etiam in Moræi libro



qui tantis bonis privarentur. Cumque tribuni ac duces militarium copiarum introgressi, vicem suam dolerent quod orbos ipsos relinqueret, et longiorum ipsi vitam comprecarentur, his etiam respondens, nunc demum veram se vitam adeptum esse dixit, seque unum optime nosse, quantum bonorum particeps factus fuisset. Proinde properare se, et perfectionem ad Deum suum nulla tergiversatione differre. Singula deinde pro arbitrio suo disposuit: ac Romanis quidem regiam incoherentibus annua quædam munera legavit, suis autem liberis imperium velut paternam hæreditatem reliquit, cuncta prout ipsi videbatur, constituens.

## CAPUT LXIV.

*Constantini mors die festo Pentecostes, circa meridiem.*

Porro hæc omnia gerebantur in maxima illa solemnitate venerandæ et sacratissimæ Pentecostes, quæ septenario hebdomadam numero decorata, unitate obsignatur. In qua et communis Servatoris ascensum in cælos, et sancti Spiritus in terras descensum contigisse sacræ Litteræ testantur. In ea igitur solemnitate imperator hæc quæ diximus **559** consecutus, ultima tandem die, quam si quis omnium festivitatum maximam vocet, haudquaquam meo iudicio aberraverit, circa meridiem migravit ad Dominum, mortalibus quidem partem sui mortalem relinquens, eam vero animæ partem quæ intelligentia et amore Dei prædita erat, Deo suo conjungens. Hic Constantino exitus vitæ fuit. Sed pergamus ad reliqua.

## CAPUT LXV.

*Militum et tribunorum planctus.*

Et protectores quidem omnisque stipulatorum turba, confestim discerpitis vestibus pronos se in terram abjicientes caput solo illidebant, ejulatus et lamenta cum planctu et clamoribus edentes, eumque dominum atque imperatorem, nec ut dominum, sed ut parentem piissimi liberi inclamantes. Tribuni vero et centuriones servatorem, præsidem bene meritum prædicabant. Reliqui exercitus tanquam greges quidam, cum omni modestia ac reverentia optinum pastorem desiderabant. Plebs quoque per universam civitatem discurrebat, iudicium animi sui dolorem vociferatione et clamoribus abunde significans. Multi, præ dolore, attonitis similes videbantur, singulis hanc propriam

adjectam inveni. Deest tamen in codice Regio, nec valde necessaria mihi videtur. In Fuk. autem codice et in libris Turnebi ac Savilii, verbum *πεπίστευκα* additur post vocem *φωτός*. Itaque error est tum in libro Moræi, tum in editione Genevensi.

(64) Vulg. *μονάδι τ' ἐπισφραγισμένης*. Scribendum est *μονάδι δ' ἐπισφραγισμένης*, ut in schedis Regiis habetur. Porro ex hoc loco apparet, Pentecostem summi non solum pro die illo qui est quinquagesimus a die Paschali, sed etiam pro septem hebdomadis quæ Paschia subsequuntur. Ita passim usurpant tum Græci tum Latini. Hieronymus in Epistola ad Marcellam: *Non quo per totum annum excepta Pen-*

*ἀπεκάλει, ἀθλόους εἶναι λέγων, τοὺς τῶνδε τῶν ἀγαθῶν στερουμένους.* Ἐπεὶ δὲ τῶν στρατοπέδων οἱ ταξίφρχοι καὶ καθηγεμόνες εἰσὼ παρελθόντες ἀπωδύροντο, σφᾶς αὐτοὺς ἐρήμους ἔσεσθαι ἀποκλιόμενοι, ἐπήρχοντό τε ζωῆς αὐτῶ χρόνους· καὶ τούτοις ἀποκρινάμενος, νῦν ἐφη τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἠξιώσθαι, μόνον τ' αὐτὸν εἰδέναί ὡν μετελήφεν ἀγαθῶν· ὡδὲ καὶ σπεύδειν, μηδ' ἀναβάλλεσθαι τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν πορείαν. Ἐτ' ἐπὶ τούτοις τὰ προσήκοντα διετάχτετο· καὶ Ῥωμαίους μὲν τοὺς τῆν βασιλίδα πᾶν οἰκοῦντας ἐτίμα δόξασιν ἐτησίαις, τοῖς δ' αὐτοῦ πατρὶν, ὡσπερ τινὰ πατρικὴν ὑπαρξίν, τὸν τῆς βασιλείας παρθείδου κληρὸν, πάνθ' ὅσα φίλα ἦν αὐτῶ, διατυπωσάμενος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΔ'.

*Κωνσταντίνου τελευτὴ ἐν τῇ τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτῇ, μεσημβρίας.*

Ἐκαστα δὲ τούτων ἐπὶ τῆς μεγίστης συνετελεῖτο ἑορτῆς, τῆς δὴ πανσέπτου καὶ παναγίας Πεντηκοστῆς, ἔδδομάσι μὲν ἐπτά τετιμημένῃς, μονάδι δ' ἐπισφραγισομένης (64), καθ' ἣν τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνάληψιν τοῦ κοινουῦ Σωτῆρος, τὴν τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς ἀνθρώπους κάθοδον, λόγοι γεγενῆσθαι περιέχουσι θεοί. Ἐν δὲ ταύτῃ τούτων ἀξιοθεὶς βασιλεὺς, ἐπὶ τῆς ὑστάτης ἀπασῶν ἡμέρας, ἣν δὲ ἑορτὴν ἑορτῶν οὐκ ἂν τις διαμάρτοι καλῶν, ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἤλιου ὥρας, πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν ἀνελαμβάνετο, θνητοῖς μὲν τὸ συγγενὲς παραδοῦς ἔχειν, αὐτὸς δ' ὅσον ἦν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νοερόν τε καὶ φιλόθεον, τῷ αὐτοῦ Θεῷ συναπτόμενος. Τοῦτο τὸ τέλος τῆς Κωνσταντίνου ζωῆς· ἀλλὰ γὰρ ἐπίωμεν ἐπὶ τὰ ἐξῆς.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΕ'.

*Στρατιωτῶν καὶ ταξιαρχῶν ὄδυμοι.*

Δορυφόροι μὲν αὐτίκα καὶ πᾶν τὸ τῶν σωματοφύλακων γένος, ἐσθῆτας περιβήρξάμενοι, σφᾶς τε αὐτοὺς ῥίψαντες ἐπ' ἐδάφους, τὰς κεφαλὰς ἤρασαν, κωκυτοὺς, φωνὰς (65) οἰμωγαῖς θ' ἅμα καὶ βοαῖς ἀφιέντες, τὸν δεσπότην, τὸν κύριον, τὸν βασιλέα, οὐχ οἷα δεσπότην, πατέρα δ' ὡσπερ, γνησίῳ παιδίῳ δίκην, ἀνακαλοῦμενοι· ταξίαρχοι δὲ καὶ λογαροὶ, τὸν σωτῆρα, τὸν φύλακα, τὸν εὐεργέτην ἀνεκαλοῦντο· τὰ τε λοιπὰ στρατιωτικὰ σὺν παντὶ κόσμῳ τῷ πρόποντι, οἷα ἐν ἀγέλαις τὸν ἀγαθὸν ἐπτόθου ποιμένα· δῆμοι θ' ὡσαύτως τὴν σύμπασαν περιενόστου πᾶν, τὸ τῆς ψυχῆς ἐνδύμυχον ἄλγος κραυγαῖς καὶ βραβύς ἐκδύλον ποιούμενοι· ἄλλοι δὲ κατηφείς ἐποτημένοις ἐψέκασαν, ἐκάστου τὸ πένθος (66) ἴδιον ποιούμενοι,

*tecoste jejunare non liceat.* Hinc apud Græcos *μεσοπεντηκοστὴ* dicitur dies festus, quia est vicesimus quintus a festo Paschali. Ejus festi præter cæteros meminit Joannes Chrysostomus in homilia 5 de Anna.

(65) *Κωκυτοὺς, φωνὰς*. Ultima vox delenda est, tametsi in omnibus libris nostris habeatur. Max scribendum est τὸν εὐεργέτην ἐπεκαλοῦντο, ex codice Fuk. In schedis Regiis legitur ἀπεκαλοῦντο.

(66) Vulg. *ἐκάστου τε πένθος*. Scribendum est procul dubio ἐκάστου τὸ πένθος ἴδιον ποιούμενοι. De publico omnium luctu in funere Constantini Magni idem testatur Aurelius Victor his verbis:

αὐτὸν τε κόπτοντος, ὡσανεὶ τοῦ κοινοῦ ἀπάντων ἀγα-  
θοῦ τῆς αὐτῶν ἀφρημένης ζωῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΞΓ'.

Μετακομιδὴ τοῦ σκήνου ἀπὸ Νικομηδείας ἐν  
Κωνσταντινουπόλει ἐν παλατίῳ.

Ἄρταντες δ' οἱ στρατιωτικοὶ τὸ σκῆνος, χρυσοῦ κατ-  
ετίθεντο λάρνακι. Ταύτην θ' ἀλουργικῆ ἀλουργίδι  
(67) περιέβαλλον, ἐκόμιζόν τ' εἰς τὴν βασιλείως ἐπώ-  
νυμον πόλιν· κἄπειτ' ἐν αὐτῷ τῷ πάντων προφέ-  
ροντι (68) τῶν βασιλείων οἴκῳ, βάθρων ἐφ' ὑψηλῶν  
κατετίθεντο· φῶτά τ' ἐφάψαντες κύκλῳ ἐπὶ σκευῶν  
χρυσῶν, θαυμαστὸν θέαμα τοῖς ὁρῶσι παρεῖχον, οἷον  
ἐπ' οὐδενὸς πύπτου· ἐφ' ἡλίου αὐγαῖς ἐκ πρώτης  
αἰῶνος συστάσεως ἐπὶ γῆς ὤρθη. Ἐνδον γάρ τοι ἐν  
αὐτῷ παλατίῳ κατὰ τὸ μεσαίτατον τῶν βασιλείων,  
ἐφ' ὑψηλῆς κείμενον χρυσοῦς λάρνακος τὸ βασιλείως  
σκήνος, βασιλικοῖς τε κόσμοις, πορφύρα τε καὶ δια-  
δήματι τετιμημένον, πλείστοι περιστοιχισάμενοι,  
ἐπαγρύπτως δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐφρούρουσαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΞΔ'.

Ὅπως καὶ μετὰ θάνατον ὑπὸ κομήτων καὶ λοι-  
πῶν, καθὼς καὶ ἐν τῷ ζῆρ, ἐτιμᾶτο.

Οἱ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγεμόνες, κόμη-  
τές τε καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀρχόντων τάγμα, οἷς τὸν βα-  
σιλέα καὶ νόμος πρότερον ἦν προσκυνεῖν, μηδὲν τοῦ  
συνήθους ὑπαλλαξάμενοι τρόπου, τοῖς δέουσι καιροῖς  
εἰσω παριόντες, τὸν ἐπὶ τῆς λάρνακος βασιλέα, οἷά  
περ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον, γονυκλιεῖς ἠσπάζοντο·  
μετὰ δὲ τοὺς πρώτους ταῦτ' ἐπραττον παριόντες, οἷ  
τ' ἐξ αὐτῆς συγκλήτου βουλῆς, οἷ τ' ἐπὶ ἀξίας (69) C  
πάντες· μεθ' οὓς ἔχλοι παντοῖων δήμων, γυναιξίν  
ἅμα καὶ παισὶν ἐπὶ τὴν θῆαν παρήσαν. Συνελείτο  
δὲ ταῦτα οὕτω χρόνῳ μακρῷ, τῶν στρατιωτικῶν οὕτω  
μένειν τὸ σκῆνος καὶ φυλάττεσθαι βουλευσαμένων,  
ἔστ' ἂν οἱ αὐτοῦ παῖδες ἀφικόμενοι, τῆ δι' ἑαυτῶν  
κομιδῇ τὸν πατέρα τιμήσειαν. Ἐβασίλευε δὲ μετὰ  
θάνατον μόνος (70) θνητὸς ὁ μακάριος, ἐπράττετό  
τε τὰ συνήθη, ὡσανεὶ καὶ ζῶντος αὐτοῦ, τοῦτο μονω-  
τάτῳ αὐτῷ ἀπ' αἰῶνος τοῦ Θεοῦ δεδωρημένου. Μό-  
νος γοῦν, ὡς οὐδ' ἄλλος αὐτοκρατόρων τὸν παμβασι-

calamitatem reputantibus, seque ipsos plangentibus,  
utpote communi omnium bono ex hac vita sublato.

CAPUT LXVI

Quomodo funus Nicomedia Constantinopolim  
deductum est in palatium.

Posthæc milites sublato e lecto corpus in arca  
aurea deposuerunt, eamque purpurea obiectam  
veste Constantinopolim deportarunt, atque in præ-  
cipuo imperialis palatii cubiculo sublimem colloca-  
verunt. Dehinc aurea super candelabra luminibus  
undique accensis, admirabile spectaculum intuen-  
tibus præhebatur, et quale in nullo unquam morta-  
lium ab ipso orbis conditu visum in terris fuerat.  
Quippe in medio conclavi regalis palatii, funus im-  
peratoris in arca aurea sublime jacens, regis in-  
signibus, purpura scilicet ac diademate exornatum,  
multi circumdantes noctu atque interdium vigiles  
custodiebant.

560 CAPUT LXVII.

Quomodo etiam post mortem a comitibus et reliquis,  
perinde ac vivus, honoratus est.

Cæterum totius exercitus duces, comites quoque  
et reliqui iudices ac magistratus, qui etiam antea  
imperatorem adorare soliti erant, pristini moris  
observantiam nullatenus mutantes, stans horis in-  
grediebantur; et imperatorem in arca depositum,  
perinde ac vivum et spirantem, genu flexo post obitum  
salutabant. Post primores autem illos, idem dein-  
ceps et senatores et honorati omnes introeuntes  
fecere. Innumerabilis deinde vulgi multitudo cum  
pueris ac mulieribus ad hujus rei spectaculum ac-  
cessit. Atque hæc longi temporis spatio assidue  
gesta sunt, cum militares funus ad hunc modum  
jacere et custodiri decrevissent, donec imperatoris  
filii eo advenientes, ipsi paternum funus honoris  
causa prosequerentur. Solus denique etiam post  
mortem imperavit princeps beatissimus, cunctaque  
more solito administrata sunt, quasi adhuc in vivis  
esset. Qui honos uni illi post hominum memoriam

« Funus relatum in urbem sui nominis. Quod sane  
populus Rom. ægerrime tulit: quippe, cujus armis,  
legibus, clementi imperio, quasi novatam urbem  
Romanam arbitraretur. » Scio quidem hæc Aurelii  
Victoris verba intelligi posse de civibus Romanis,  
qui ægre tulerint, quod Constantini cadaver Con-  
stantinopoli potius quam Romæ humatum fuisset.  
Sed tamen Victorem aliud sensisse existimo, omnes  
scilicet Romani orbis incolas obitum Constantini  
acerbissime tulisse. Qui sensus plane confirmatur  
sequentibus verbis: « Quippe cujus armis, legibus,  
clementi imperio quasi novatum orbem Romanum  
arbitraretur. » Sic enim legendum est, non autem  
« urbem Romanam. »

(67) Ἀλουργικῆ ἀλουργίδι. Alterutra vox super-  
flua est. Certe Fuk. codex posteriorem tantum  
habet, cui subscribit liber Turnebi.

(68) Vulg. ἐν αὐτῷ τοῦ παντὸς προφέροντι. Rec-  
tius in Fuk. ac Turnebi libro legitur ἐν αὐτῷ τῷ πάν-  
των προφέροντι τῶν βασιλείων οἴκων. Sed omnino  
scribendum est οἴκῳ, ut supra in lib. III, cap. 10.

(69) Ἐτε' ἐπ' ἀξίας, id est honorari. Sic Latini

vocabant eos qui honores gesserant, ut fuse no-  
tavi ad librum XIV Ann. Marcellini. Quibus adde  
locum Gaudentii Brixiensis episcopi in epistola ad  
Benevolam: « Nam sicut honoratorum nostræ ur-  
bis, ita etiam Dominicæ plebis, Domino annuente,  
dignissimum caput es. »

(70) Ἐβασίλευε δὲ μετὰ θάνατον μόνος. Post  
obitum Constantini, interregnum fuit, nec ullus in  
orbe Romano Augustus imperavit. Quod quidem  
interregnum non modo usque ad Constantini se-  
pulturam permansit, sed usque ad diem v idus  
Septembris, ut testatur Idatius in Fastis. Ita tribus  
mensibus ac dimidio, orbis Romanus sine Augusto  
imperio fuit. Quippe toto illo tempore quod ab xi  
Kal. Junias usque ad v Idus Septembris intercedit,  
filii ejus Cæsares tantum dicebantur. Certe Con-  
stantinus Junior in epistola ad Alexandrinos quæ  
data est post obitum patris, Feliciano et Titiano  
coss., die 15 Kal. Julias, Cæsar duntaxat inscribitur.  
Exstat hæc epistola apud Athanasium *Apologia*  
II, sub finem.

a Deo concessus est. Quippe cum solus ille præ cæteris imperatoribus, Deum omnium regem Christumque ejus filium variis cujusque generis actibus honorasset, jure merito his honoribus solus affectus est : idque illi tribuere dignatus est summus omnium Deus, ut cadaver ejus in terris imperium obtineret. Quo quidem indicio iis qui non plane stupidi atque hebetes essent, perspicue significavit Deus, animam illius perpetuo et immortalis imperio frui. Et hæc quidem gesta sunt in hunc modum.

## CAPUT LXVIII.

*Quomodo exercitus judicio, filii ejus Augusti sunt nuncupati.*

Interea tribuni lectos quosdam ex militaribus numeris, qui fidei ac benevolentiae causa olim principi accepti fuissent, ad Cæsares mittunt, cuncta eis quæ gesta erant nuntiaturus. Et hæc quidem illi tunc egerunt. Omnes vero ubicunque exercitus, quasi divino quodam spiritu incitati, simul atque de imperatoris morte nuntiatum est, uno consensu decreverunt, prorsus quasi maximus imperator adhuc superesset, neminem se præter ejus liberos imperii Romani principem **561** habituros. Nec multo post, eisdem non Cæsares appellari voluerunt, sed Augustos; quod nomen summi imperii velut quoddam insigne est. Et exercitus quidem suffragia sua atque acclamationes sibi mutuo per litteras significarunt : et unanimis legionum consensus, uno eodemque temporis momento cunctis ubicunque agentibus innotuit.

## CAPUT LXIX.

*Romæ luctus ob mortem Constantini, et imagines ei decretæ.*

At in urbe regia, senatus populusque Romanus comperta imperatoris morte, gravissimum hunc nuntium et quavis calamitate acerbiorum rati, nullum luctui modum fecere. Quippe balnea et fora rerum venalium clausa : publica item spectacula, et quæcunque alia vitæ oblectamenta homines in otio degentes consecrari solent, remota. Et qui prius deliciis diffuserant, mæsti tunc per vias incedebant. Omnes imperatorem beatum, Deo carum, et prorsus imperio dignissimum prædicabant. Neque hæc voce tantum nuda declarabant : sed imaginibus dedicatis mortuum perinde ac superstitem honorabant. In quibus cum cœli similitudinem expressissent in tabula, ipsum supra cælestes fornices, in æthereo domicilio requiescentem pinxere. Quin etiam ipsi liberos ejus, imperatores atque Augustos solos sine cujusquam alterius consortio nuncupabant : magnisque clamoribus postulabant, ut imperatoris sui funus apud se haberent, et in regia urbe deponerent.

## CAPUT LXX.

*Quomodo funus Constantinopoli depositum sit a Constantio.*

Hunc principi a Deo honorato, etiam Romani honorem exhibuerunt. At secundus ex filiis ad pa-

(71) Τὸ σκῆνος τοῦ σφωρ βασιλέως. Idem testator Aurelius Victor his verbis. « Funus relatum in urbem sui nominis. Quod sane populus Romanus ægerime tulit : quippe cujus armis, legibus, cle-

λέα Θεὸν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ παντοίαις τιμίαις πράξεσιν, εἰκότως τούτων ἔλαχε μόνος, καὶ τὴ θνητὴν αὐτοῦ βασιλεύειν ἐν ἀνθρώποις ὁ ἐπὶ πάντων ἡξίου Θεὸς, ὡδ' ἐπιδεικνύς τὴν ἀγήρω καὶ ἀτελεύτητον τῆς ψυχῆς βασιλείαν τοῖς μὴ τὸν νοῦν λειθωμένοις. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὡδέ πη συνετελεῖτο.

stupidi atque hebetes essent, perspicue significavit Deus, animam illius perpetuo et immortalis imperio frui. Et hæc quidem gesta sunt in hunc modum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΗ'.

*Ὅπως Αὐγούστους εἶναι λοιπὸν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἔκρινον.*

Τῶν δὲ στρατιωτικῶν ταγμάτων ἔκκριτους ἀνδρας, πίστει καὶ εὐνοίᾳ πάλαι βασιλεῖ γνωρίμους, οἱ ταξίμαχοι διεπέμποντο, τὰ πεπραγμένα τοῖς Καίσαρσιν ἐκόηλα καθιστῶντες. Καὶ οἶδε μὲν τὰδ' ἔπραττον· ὡσπερ δ' ἐξ ἐπιπολας κρείττονος, τὰ πανταχοῦ στρατόπεδα τὸν βασιλέως πυθόμενα θάνατον, μιᾶς ἐκράτει γνώμης, ὡσανεὶ ζῶντος αὐτοῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως, μηδένα γνωρίζειν ἕτερον, ἢ μόνους τοὺς αὐτοῦ παῖδας Ῥωμαίων αυτοκράτορας. Οὐκ εἰς μακρὸν δ' ἤξουσιν, μὴ Καίσαρας, ἐντεῦθεν δ' ἦδη τοὺς ἀπαντας χρηματίζουσιν Αὐγούστους· ὃ δὲ καὶ μέγιστον τῆς ἀνωτάτω βασιλείας γίγνεται· ἂν σύμβολον. Οἱ μὲν οὖν ταῦτ' ἔπραττον, τὰς οἰκείας ψήφους τε καὶ φωνὰς διὰ γραφῆς ἀλλήλοις διαγγέλλοντες· ὑπὸ μιᾶν τε καιροῦ ῥοπήν τοῖς ἀπανταχοῦ πᾶσιν ἐγνωρίζετο ἢ τῶν στρατοπέδων συμφωνίᾳ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΘ'.

*Ῥώμης ἐπὶ Κωνσταντίνῳ πένθος, καὶ διὰ τῶν εἰκότων τιμὴ μετὰ θάνατον.*

Οἱ δὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκούντες, αὐτῇ συγχλήτῳ καὶ ὀνίμῳ Ῥωμαίων, ὡς τὴν βασιλέως ἐπέγνωσαν τελευτήν, δεινὴν καὶ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα τὴν ἀκοὴν θέμενοι, πένθος ἀσχετὸν ἐποιούοντο· λουτρά δὲ ἀπεκλείετο καὶ ἀγοραὶ, πάνδημοὶ τε θεαί, καὶ πᾶσ' ὄσ' ἐπὶ ῥαστώνῃ βίου τοῖς εὐθυμουμένοις πρᾶττειν ἔθος ἦν. Κατηφείς δ' οἱ πάλαι τρυφεροὶ, τὰς προόδους ἐποιούοντο· ὁμοῦ δ' οἱ πάντες τὸν μακάριον ἀνευφήμουν, τὸν θεοφιλῆ, τὸν ὡς ἀληθῶς τῆς βασιλείας ἐπάξιον· καὶ οὐ ταῦτα βοαῖς ἐφώνουν μόνον, εἰς ἔργα δὲ χωροῦντες, εἰκόνας ἀναθήμασιν οἷά περ ζῶντα καὶ θετηνῆκότα αὐτὸν ἐτίμων, οὐρανοῦ μὲν σῆμα διατυπώσαντες ἐν χρωμάτων γραφῇ, ὑπὲρ ἀψίδων οὐρανίων ἐν αἰθερίῳ διατριβῇ διαναπαυόμενον αὐτὸν τῇ γραφῇ παραδιδόντες· τοὺς δ' αὐτοῦ παῖδας καὶ οὗτοι μόνους καὶ οὐδ' ἄλλους, αυτοκράτορας καὶ Σεβαστοὺς ἀνεκάλουν, βοαῖς τ' ἐχρῶντο ἰκετηρίως. τὸ σκῆνος τοῦ σφωρ βασιλέως (71) παρ' αὐταῖς κομιζόντες, καὶ τῇ βασιλίδι πόλει κατατίθεσθαι ποτινιώμενοι.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ο'.

*Κατάθεσις τοῦ σκηνώματος ὑπὸ Κωνσταντίνου παιδὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει.*

Ἄλλὰ καὶ οἶδε ταύτη τὸν παρὰ Θεῷ τιμώμενον ἐκόσμουν· ὃ δὲ τῶν παιδῶν δεύτερος (72) τῷ τῶν

menti imperio quasi novatam urbem Romanam arbitraretur.

(72) Ὁ δὲ τῶν παιδῶν δεύτερος. Constantinus Cæsar, quem pater Orienti præfecerat, audita pa-

πατρὸς ἐπιστάς σκῆνει, τῇ πόλει τούτο προσεκόμι-  
 ζεν (73), αὐτὸς ἐξάρχων τῆς ἐκκομιδῆς· ἡγείτο δὲ  
 κατὰ στίφος τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, εἶπετό τε  
 πληθὺς μυριάνδρος, λογχοφόροι τε καὶ ὀπλίται τὸ  
 βασιλέως περιείπον ὄψα. Ὡς δὲ ἐπὶ τὸν ἀπο-  
 στόλων τοῦ Σωτῆρος νεὺν παρήσαν, ἐνταυθοὶ τὴν  
 λάρνακα διανέπαιον. Καὶ βασιλεὺς μὲν νέος Κωνσταν-  
 τιος ὧδέ πη κοσμῶν τὸν πατέρα, τῇ τε παρουσίᾳ,  
 καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν καθήκουσι, τὰ τῆς πρεπούσης ὁσίας  
 ἀπεπλήρου.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΑ΄.

*Σύναξις ἐν τῷ καλουμένῳ μαρτυρίῳ τῶν ἀποστό-  
 λων ἐπὶ τῇ Κωνσταντινῶν τελευτῇ.*

Ἐπεὶ δ' ὑπεχώρει (74) σὺν τοῖς στρατιωτικοῖς  
 τάγμασι, μέσοι δὴ παρήσαν οἱ τοῦ Θεοῦ λειτουργοί,  
 σὺν αὐτοῖς πληθεσι, πανδήμω τε θεοσεβείας λαῷ, τὰ  
 τε τῆς ἐνθέου λατρείας δι' εὐχῶν ἀνεπλήθρουν. Ἐνθα  
 δὴ ὁ μὲν μακάριος Ἰωὴ κείμενος ἐφ' ὑψηλῆς κρηπίδος  
 ἐδοξάζετο, λέως δὲ καμπληθῆς σὺν τοῖς τῷ Θεῷ ἱερω-  
 μένοις, οὐ δακρύων ἐκτός, σὺν κλαυθμῷ δὲ πλεόντι,  
 τὰς εὐχὰς ὑπὲρ τῆς βασιλείως ψυχῆς ἀπέδιδον τῷ  
 Θεῷ, τὰ καταθύμια τῷ θεοφιλεῖ πληροῦντες· κἀν  
 τούτῳ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν αὐτοῦ θεράποντα εὐμένειαν  
 ἐνδειξαμένου, ὅτι δὴ καὶ [μετὰ] τέλος αὐτοῦ τοῖς  
 ἀγαπητοῖς καὶ γυνιστοῖς υἱοῖς διαδόχοις τὴν βασιλείαν  
 ἔδωρεῖτο (75), καὶ κατὰ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ (76)  
 σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων κατηξιοῦτο μνήμῃ τὸ τῆς  
 τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος, τῷ τῶν ἀποστόλων  
 προσρήματι συνδοξαζόμενον, καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ  
 συναγελαζόμενον, θεσμῶν τε θείων καὶ μυστικῆς  
 λειτουργίας ἀξιούμενον, καὶ κοινωνίας ὁσίων ἀπολαῶν

tris valetudine iter arripnerat, ut parentem suum  
 ante obitum videret. Sed morbi vis desiderium filii  
 frustrata est. Nam cum Nicomediam venisset, pa-  
 trem jam defunctum reperit, ut scribit Julianus in  
 Oratione prima *De laudibus Constantini*, pag. 29.  
 Cum Juliano consentiunt etiam ceteri historiae  
 scriptores. Solus Zonaras Constantium Caesarem  
 qui tunc erat Antiochia, vivente adhuc patre su-  
 pervenisse scribit, eique mortuo funus magnificen-  
 tissimum duxisse.

(73) *Τῇ πόλει τούτο προσεκόμιζεν.* Penultima  
 vox addita est a viris doctis, ex conjectura, ut  
 opinor. Videtur tamen aliquid amplius deesse, ac  
 fortasse ita scripserat Eusebius: τῇ ἐκείνου ἐκωνύμῳ  
 πόλει. Ex his patet, Constantini cadaver honorifico  
 cultu servatum esse Nicomediae, usque ad Con-  
 stantii Caesaris adventum. Qui cum venisset Nico-  
 mediam, patris funus deluxit Constantinopolim.  
 Quare fallitur auctor *Chronici Alexandrini*, qui  
 Constantium recta Constantinopolim venisse, atque  
 ibi paternas exsequias celebrasse scribit.

(74) *Ἐπεὶ δ' ὑπεχώρει.* Horum verborum duplex  
 sensus afferri potest. Aut enim significat Eusebius,  
 Constantium Caesarem, cum patris arcam in ec-  
 clesia deposuisset, statim cum militibus ex ecclesia  
 discessisse; aut id tantum vult, Constantium, ea re  
 peracta, secessisse ex medio ecclesiae, ut sacerdo-  
 tibus locum daret. Quam quidem sententiam ve-  
 riorem puto. Nam Constantius licet nondum salu-  
 tari lavacro tinctus esset, erat tamen catechume-  
 nus, ut docet Sulpicius Severus in libro secundo  
*Historiae*.

(75) *Βασιλείαν ἔδωρεῖτο.* Interpretes haec de Deo

PATROL. GR. XX.

tris funus cum advenisset, in urbem patri cogno-  
 minem illud devexit, ipse exsequias praecedens.  
 Praebant per catervas et agmina dispositi numeri  
 militares. Pone sequebatur innumerabilis hominum  
 multitudo. Hastati vero et scutarii ipsum impera-  
 toris corpus medii cingebant. Postquam ad 562  
 apostolorum Servatoris nostri ecclesiam perventum  
 est, arcam illic deposuerunt. Hunc in modum no-  
 vus imperator Constantius, tum adventu suo, tum  
 reliquis officiis patri honorem exhibens, justa ut par  
 erat persolvit.

#### CAPUT LXXI.

*Missa in apostolorum martyrio celebrata in exsequiis  
 Constantini.*

Ubi vero ille cum militaribus numeris abcessit,  
 ministri Dei cum turbis et tota fidelium plebe, in  
 medium prodire, et divini cultus caeremonias pre-  
 cationibus peregerunt. Ac beatus quidem princeps  
 alto in suggestu jacens, laudibus tum celebrabatur.  
 Innumerabilis autem populus una cum sacerdoti-  
 bus Dei, non sine gemitu ac lacrymis, pro impe-  
 ratoris anima preces offerebant Deo, gratissimum  
 pio principi officium exhibentes. Porro in hoc  
 etiam Deus prolixam erga famulum suum benevo-  
 lentiam declaravit: quippe qui charissimis ac ger-  
 manis ejus filii paterni imperii successionem tri-  
 buerit; et, quod maxime ambierat, locum juxta  
 apostolorum memoriam ei concesserit; ut scilicet  
 beatissimae illius animae tabernaculum apostolici  
 nominis atque honoris consortio frueretur, et po-  
 pulo Dei in ecclesia sociaretur; divinisque caer-  
 moniis ac mystico sacrificio, et sanctarum precum

dici crediderunt, qui imperium Constantini liberis  
 donavit. Ego vero, re attentius examinata, de ipso  
 Constantino dici conseo, qui regnum filii etiam  
 mortuus tradidit. Idque confirmant sequentia.

(76) *Vulg. καὶ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ.* Scriben-  
 dum videtur καὶ κατὰ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ. Opta-  
 verat Constantinus, ut post obitum non, sicut reliqui  
 principes, consecraretur atque inter divos referretur:  
 sed ut, cum apostolis sepultus, particeps fieret  
 orationum quae in eorum honorem a fidelibus Deo  
 offerri solent, ut supra dixit Eusebius in cap. 60.  
 Ex quo apparet, hic scribendum esse κατὰ, non, ut  
 in libro Moræi et ad marginem editionis Geneven-  
 sis, διὰ τὰ σπουδασθέντα. Nec sic tamen locus in-  
 teger fuerit, nisi haec verba suppleantur, τῶν ἐπιτε-  
 λουμένων εὐχῶν σὺν τῇ, etc. Quod confirmat Eu-  
 sebius in dicto capite 60. Delendum quoque est  
 punctum quod paulo post apponitur tum in Regio  
 codice, tum in vulgatis editionibus, legendumque  
 uno ductu: σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων κατηξιοῦτο μνήμῃ  
 τὸ τῆς τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος, etc. Quo nihil  
 certius, ut mirer interpretem id non vidisse. In  
 codice Fuk. hic locus ita legitur: Καὶ διὰ τὰ σπου-  
 δασθέντα αὐτῷ, τόπου σὺν τῇ τῶν ἀπ. κατηξιοῦτο  
 μνήμῃ, ὡς ὁρᾶν εἰσέτι καὶ νῦν τὸ, etc. Neque aliter  
 in libris Turnebi ac Savillii: nisi quod Savilius  
 habet τόπου ἐπὶ τῇ τῶν ἀπ., etc. At in schedis  
 Regii hunc locum ita scriptum inventi, κατασπου-  
 δασθέντα αὐτοῦ, τόπου σὺν τῇ τῶν ἀπ., etc. Quae  
 lectio ad emendationem nostram propius accedit.  
 Porro voces illae ὡς ὁρᾶν εἰσέτι καὶ νῦν, per paren-  
 thesim dicuntur. Idque innuit illa codicis Fuko-  
 tiani interpunctio, quam supra exhibui.

39

communione potiri mereretur : ipse vero etiam post mortem imperium retinens, quasi redivivus universum orbem gubernans, Victor Maximus Augustus, suo adhuc nomine rempublicam regeret.

## CAPUT LXXII.

*De phænice ave.*

Non quemadmodum avis illa Ægyptia, quæ cum ejus generis unica sit, super aromatum cumulo emori dicitur, seipsam quasi victimam immolans : moxque ex ipsis favillis renasci, et pennis in altum subvecta, eadem qua prius specie cerni : sed potius exemplo Servatoris sui, qui instar tritici sati, ex uno semine in multa sese diffundens, ope ac benedictione Dei spicam protulit, et universum terrarum orbem fructibus suis implevit ; ad hunc modum beatissimus 563 princeps per successionem liberorum multiplex factus est ex uno : adeo ut passim in omnibus provinciis imagines ei simul cum filiis honoris causa statuuntur, et familiare nomen Constantini etiam post ejus obitum usurpetur.

## CAPUT LXXIII.

*Quomodo in nummis Constantinum velut in cælum ascendentem expresserint.*

Quinetiam nummi hujusmodi forma signati sunt : anteriore quidem parte beatum principem oblecto capite præferentes ; altera vero parte in quadrijugo curru aurigæ instar sedentem, et porrecta ipsi cælitus dextra ad superos assumptum.

## CAPUT LXXIV.

*Quod cum Deum coluisset, merito etiam a Deo honoratus est.*

Hæc miracula summus omnium Deus in Constantino, qui solus ex omnibus retro imperatoribus Christianum se palam professus fuerat, nostris

(77) Vulg. αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας μετὰ θάνατον. Scribo αὐτὸς δὲ τῆς β. καὶ μετὰ θάνατον ἐπειλημμένος, quod confirmant sequentia. Atque ita in codice Fuk. diserte scriptum inveni.

(78) Νικητῆς, Μέγιστος, Σεβαστός. Hujusmodi erat inscriptio, legibus et epistolis Constantini præfissi solita, ut passim testatur Eusebius : *Victor Constantinus Magnus Augustus*. Pronomen Victoris sumpsit Constantinus post partem de tyrannidis victoriam. Sed et filii ipsius quasi jure hæreditario illud retinuerunt, ut docent eorundem epistolæ. Porro ex hoc loco apparet, post obitum Constantini Maximi, tribus circiter mensibus, id est toto interregni spatio, leges omnes atque edicta, Constantini, tanquam superstitis, nomine inscripta fuisse, cum nullus alius Augustus esset in orbe Romano, ut supra observavi. Potest etiam intelligi hic locus de liberis Constantini Magni qui eodem titulo et nomine utebantur, et in quibus pater reviviscere videbatur. Quam interpretationem confirmant sequentia.

(79) Vulg. ἡγεμονίας κρατεῖν. Scribo ἐκράτει, ut respondeat ei verbo quod multo ante præcessit, κατηξίουτο. Porro in codice Regio ad marginem hujus capituli, Græcus scholiastes hæc verba in honorem Constantini ascripserat : Εἰς αἰώνιον μνημόσυνόν ἐστὶ τὸ ὄνομά σου, ἀποστόλων τρισχαιδέκατε. Sed et passim in hoc opere laudibus ac votis eum aspergit idem ille scriba. In Fuk. codice scribitur κρατεῖν.

A εὐχῶν· αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας (77) καὶ μετὰ θάνατον ἐπειλημμένος, ὥστε οὖν ἐξ ἀναβιώσεως τῆν σύμπασαν ἀρχὴν διοικῶν, Νικητῆς, Μέγιστος, Σεβαστός (78) αὐτῷ προσήματι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐκράτει (79).

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΒ΄.

*Περὶ φοίνικος ὄρνέου.*

Οὐ κατὰ τὸν Αἰγύπτου ὄρνιν, ὃν δὴ φασὶ μονογενῆ ἵνα τὴν φύσιν, θνήσκειν μὲν ἐπ' ἀρωμάτων, αὐτὸν αὐτῷ τὴν τελευταίην θνητολοῦντα, ἀναβιώσκειν δ' ἐξ αὐτῆς σποδίας, καὶ ἀναπτάντα τοιοῦτον οἶος καὶ πρότερον ἦν φῦναι· κατὰ δὲ τὸν αὐτοῦ Σωτῆρα, ὃς τῷ τοῦ πυροῦ σπόρῳ παραπλησίως ἀνθ' ἑνὸς πολυπλασιαζόμενος, σὺν εὐλογίᾳ Θεοῦ παρεῖχε τὸν στάχυν, καὶ τὴν σύμπασαν οἰκουμένην τῶν αὐτοῦ κατενεπίμπλα καρπῶν· τοῦτ' οὖν ἐμφερῶς ὁ τρισμακάριος, πολυπλάσιος (80) διὰ τῆς τῶν παιδῶν διαδοχῆς ἀνθ' ἑνὸς ἐγίνετο, ὡς καὶ εἰκόνην ἀναστάσεως παρὰ πᾶσιν ἔθνεσιν ἅμα τοῖς αὐτοῦ τιμᾶσθαι παισίν, οἰκεῖόν τε τοῦνομα Κωνσταντίνου, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου παραλαμβάνεσθαι τελευταίην.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΓ΄.

*Ὅπως ἐν νομισμασιν, ὡς εἰς οὐρανὸν ἀνίστα Κωνσταντίνον ἐνεγράρασαν.*

Ἦδη δὲ καὶ νομισμασιν ἐνεχαράττοντο τύποι, πρόσθεν μὲν ἐντυπούντες τὸν μακάριον, ἐγκεκαλυμμένον τὴν κεφαλὴν σχήματι (81), θατέρου δὲ μέρους ἐφ' ἄρματι τεθρίπκῳ ἡνιόχου τρόπον, ὑπὸ δεξιῆς ἄνωθεν ἐκτεινομένης αὐτῷ χειρὸς ἀναλαμβάνόμενον.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΔ΄.

*Ὅτι ὁ τιμηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ θεὸς δικαίως αὐτὸν ἀντετίμησε.*

Ταῦθ' ἡμῖν αὐτοῖς δεῖξας ὀφθαλμοῖς, ἐπὶ μόνῳ τῶν πώποτε Χριστιανῶ διαφανῶς (82) ἀποδειχθέντι Κωνσταντίνῳ ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, ὅσῳσιν ἦν ἔρα

(80) Vulg. πολυπλάσιος. Savilius ad oram libri sui notat legendum esse πολυπλάσιος, cui assentior ; nallam tamen πολυπλασίον.

(81) Ἐγκεκαλυμμένον τὴν κεφαλὴν σχήματι. Ultima vox delenda mihi videtur, quam ex margine in textum irrepisse credibile est. Ascriptum autem erat in margine ὄρνις, ad explicationem vocabuli sequentis ἄρματι. Quod vero ad marginem editionis Genevensis legitur διαδραματι, meo quidem iudicio ineptissimum est, neque Græci sermonis proprietas eam locutionem admittit. Porro in plerisque nummis Constantinus capite galeato conspicitur.

(82) Vulg. Χριστιανῶν διαφανῶς. Scribendum est sine dubio Χριστιανῶ. Scribendum quoque est μόνῳ τῶν πώποτε βασιλέων, aut certe subaudiendum. Cæterum Eusebius neminem excipit ex numero imperatorum Romanorum, dum ait primum ex omnibus Constantinum palam et aperte Christianum fuisse. Quod certe verissimum est. Etsi enim Philippus imperator Christianus fuisse a nonnullis proditur, non tamen Christianam religionem, perinde ac Constantinus, palam professus est. Alio sensu Orosius in libro vii, de Constantino ita scribit : « Primus imperatorum Christianus, excepto Philippo, qui Christianus apud admodum paucis ad hoc tantum consiliatus fuisse mihi visus est, ut millesimus Romæ annus Christo potius quam idolis dedicaretur. »

αὐτῷ (83) τὸ διάφορον παρεστήσατο, τῶν αὐτὸν τε καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ σέβειν ἠξιωμένων, τῶν τε τὴν ἐναντίαν ἐλομένων· οἱ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ πολεμεῖν ὠρμηκότες, αὐτὸν αὐτοῖς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον κατεστήσαντο, τῆς ἐφ' ἐκάστῳ τοῦ βίου καταστροφῆς, ἐναργῆ τὸν ἐλεγχὸν τῆς αὐτῶν θεοεχθρίας ἐνδειξαμένης· ὡσπερ οὖν τῆς θεοφιλείας τὰ ἐχέγγυα, τὸ Κωνσταντίνου τοῦ ἐκείνου φανερὸν κατέστησε τέλος.

declavit: quemadmodum Constantini obitu, Dei erga ipsum benevolentia: quaedam quasi pignora, omnibus manifesto apparuerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΕ'.

Ὅτι τῶν προγενομένων Ῥωμαίων βασιλέων εὐσεβέστερος Κωνσταντίνος.

Μόνου μὲν Ῥωμαίων βασιλέως τὸν παμβασιλεύσαντος Ἐδὸν ὑπερβολῆ θεοσεβείας τετιμηκότες, μόνον δὲ τοῖς πᾶσι πεπαθήρησασμένως τὸν τοῦ Χριστοῦ κηρύξαντος Λόγον, μόνου τ' εἰπεῖν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ὡς οὐδέτερος τῶν ἐξ αἰῶνος, δοξάσαντος, μόνου τε πᾶσαν κολύθειον πλάνην καθελόντος, πάντα τε τὸν τρόπον εἰδωλολατρίας ἀπελέγξαντος· καὶ δὴ καὶ μόνου τοιούτων ἠξιωμένου ἐν αὐτῇ τε ζωῇ καὶ μετὰ θάνατον, οἷων οὐκ ἂν τις τυχόντα οἷός τ' ἂν γένοιτο ἐξεῖπειν τινα, οὔτε παρ' Ἕλλησιν, οὔτε παρὰ βαρβάροις, οὔδ' ἐγε παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀνωτάτω Ῥωμαίοις, οὐδενὸς τοιούτου τινὸς εἰς ἡμᾶς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευόμενου

oculis proponens, satis superque declaravit, quantum interesset inter eos qui ipsum Christumque ipsius colere meruissent, atque inter illos qui contrariam sectam ac sententiam amplexi essent. Qui cum Ecclesiae Dei bellum intulissent, Deum sibi hostem atque inimicum reddiderunt. Ac profecto uniuscujusque illorum interitus, quantum erga eos esset divini Numinis odium, certissimo argumento erga ipsum benevolentia: quaedam quasi pignora,

CAPUT LXXV.

Quod Constantinus superiores omnes imperatores pietate superavit.

Qui cum solus ex Romanis imperatoribus, Deum omnium regem excellenti quadam pietate coluisset, solusque doctrinam Christi universis ore libero praedicasset; cumque Ecclesiam Dei honore et gloria in tantum auxisset quantum antea nemo, et errorem hominum plures colentium deos solus evertisset, omnesque huiusmodi superstitionis ritus ac modos confulasset: solus quoque tum in hac vita, tum post mortem, ea 564 consequi meruit, qualia nullus unquam nec apud Graecos, nec apud barbaros adeptus esse perhibetur. Sed neque apud priscos illos Romanos, ab ultimis usque temporibus quisquam recenseri potest, qui cum hoc nostro sit comparandus.

ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

- α. Τὸ προοίμιον τοῦ Πάσχα μέμνηται, καὶ οἷα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὠφελήσας σύμπαντας διαφόρων, παρὰ τῶν ὠφελουμένων ἐπεβουλεύετο.
- β. Προσφώνησις ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς ἀκροαταῖς, συγγενῶσκειν καὶ διορθοῦσθαι τὰ πταίσματα.
- γ. Ὅτι καὶ τοῦ Λόγου Πατὴρ ὁ Θεός, καὶ τῆς κτίσεως ὁ αὐτὸς δημιουργός· καὶ οὐκ ἂν ἠδύνατο συνιστάταιν τὰ ὄντα, εἰ διάφορα ἦν αὐτῶν τὰ αἰτία.
- δ. Περὶ τῆς κατὰ εἰδῶλα πλάνης.
- ε. Ὅτι Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πάντα ἐδημιούργησε, καὶ τοῦ εἶναι τὸ ποσὸν ἐν ἐκάστῳ διωρίσαστο.
- ς. Περὶ τῆς εἰμαρμένης, ὅτι ψευδὴς ὁ περὶ αὐτῆς λόγος δεικνύεται, ἐκ τε τῶν παρὰ ἀνθρώποις νόμων, καὶ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν· ἅτινα οὐκ ἀτάκτως, ἀλλὰ κατὰ τάξιν κινεῖται, τοῦ δημιουργοῦ τὸν ὅρον διὰ τῆς τάξεως ἐπιδεικνύμενα.
- ζ. Ὅτι περὶ τῶν ἀκαταλήπτων, τοῦ δημιουργοῦ χρῆ τὴν σοφίαν δοξάζειν, καὶ οὐκ ἄλλοι οὐδ' αὐτόμυτον αἰτιῶσθαι φορῶν.
- η. Ὅτι τὰ μὲν χρειώδη ἀφθόνως τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς χορηγεῖ· τὰ δὲ πρὸς τέρψιν, μετρίως· συμπερόντως ἐκατέρων χορηγῶν τὴν ἀπόλαυσιν.
- θ. Περὶ τῶν φιλοσόφων, οἱ διὰ τὸ πάντα βούλεσθαι εἰδέναι, καὶ περὶ τὰς δόξας ἐσφάλησαν, καὶ κινδύνους ἐνοιὶ προσωμίλησαν. Καὶ περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων.
- ι. Περὶ τῶν μὴ μόνον τὰ γραφικὰ δόγματα, ἀλλὰ

- καὶ τὰ φιλόσοφα διαπνεύοντων, καὶ περὶ τοῦ εἶναι ἢ πάντα πιστεῦναι τοῖς ποιηταῖς, ἢ πάντα ἀπιστεῖν.
- ια. Περὶ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου παρουσίας, τίς καὶ ἐπὶ τίσι γεγένηται.
- ιβ. Περὶ τῶν μὴ γνόντων τὸ μυστήριον, καὶ οὐκ ἐκόντες ἠγνόησαν, καὶ ὅσα τοὺς γνόντας ἀγαθὰ μένει, καὶ μάλιστα τοὺς δι' ἐμολογίας τελειωθέντας.
- ιγ. Ὅτι ἀναγκαῖα τῶν τῆς κτίσεως μερῶν ἡ διαφορὰ· καὶ ὅτι ἡ πρὸς τὸ καλὸν καὶ κακὸν μορφή τῆς τῶν ἀνθρώπων γνώμης ἐστίν· ὅθεν καὶ ἡ κρίσις ἀναγκαῖα καὶ ἐβλόγος.
- ιδ. Ὅτι ἀπειρώς ἡ κτιστὴ φύσις ἀπὸ τῆς ἀκτιστοῦ οὐσίας ἀφέστηκε· πλησίον δὲ αὐτῆς, τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ ὁ ἀνθρώπος γίγνεται.
- ιε. Ὅσα ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξε, καὶ ἐθανυματούργησε, καὶ τοὺς ἀρχαίους ὠφέλησεν.
- ις. Τὴν Χριστοῦ παρουσίαν προειρηθῆσθαι μὲν τοῖς προφήταις· ἐπὶ καταστροφῇ δὲ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν εἰδωλικῶν γενέσθαι πόλεων.
- ιζ. Περὶ τῆς Μωυσεῶς σοφίας, ζηλωθείσης παρὰ τῶν ἔξωθεν σοφῶν· καὶ περὶ Δανιὴλ καὶ τῶν τριῶν παιδῶν.
- ιη. Περὶ τῆς Σιδύλλης τῆς Ἐρυθραίας, ἐν ἀκροστιχίδι τῶν τῆς μαρτείας ἐπῶν, τὸν Κύριον καὶ τὸ πάθος δηλοῦσης· ἐστι δὲ ἡ ἀκροστιχίς· Ἰησοῦς Χριστὸς, Θεοῦ υἱὸς, Σωτὴρ, σταυρός.
- ιθ. Ὅτι ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος μαρτεία παρ' οὐδενὸς τῶν τῆς Ἐκκλησίας πέπλασται, ἀλλὰ τῆς Ἐρυθραίας Σιδύλλης ἐστίν, ἧς τὰς βίβλους

(83) Ὅποσον ἦν ἄρα αὐτῷ. Malim legere ὅπόσον ἦν παρ' αὐτῷ τὸ διάφορον, etc., id est, Quantum apud

se discrimen esset.



- Κικέρων ὁ ποιητὴς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Ἀ  
Χριστοῦ Ῥωμαίων μετέφρασε· καὶ δὲ Βιργίλιος  
μémηται αὐτῆς, καὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, δι'  
αἰνιγμάτων ψόβων τῶν κρατούντων ὑμνήσας τὸ  
μυστήριον.
- κ'. Βιργίλιου Μάρωνος ἕτερα περὶ Χριστοῦ ἐπη,  
καὶ ἡ τοῦτων ἐρμησία· ἐφ' οἷς δεικνύται δι'  
αἰνιγμάτων, ὡς παρὰ ποιητοῦ, μὴνυθὲν τὸ  
μυστήριον.
- κα'. Ὅτι οὐ δυνατὸν περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ταῦτα  
λέγεσθαι· καὶ δὲ οἱ ἀπιστοῦντες, ἀγροῖα  
θεοσεβείας καὶ τὸ εἶναι θθερ αὐτοῖς ἀγροοῦ-  
σιν.
- κβ'. Εὐχαριστία Χριστῷ τὰς νίκας καὶ τὰ λοιπὰ  
ἀγαθὰ τοῦ βασιλέως γράφουσα· καὶ ἐλεγχος  
τοῦ κατ' αὐτῶν τυράννου Μαξιμίνου, τῷ μεγέ-
- θει τοῦ διωγμοῦ μέγιστα δόξαν τῇ εὐσεβείᾳ  
περιποιήσαντος.
- κγ'. Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πολιτείας· καὶ δὲ  
χαίρει τοῖς ἐν ἀρετῇ βιοῦσι τὸ θεῖον, καὶ χρῆ  
κρίσιν προσδοκᾷ καὶ ἀνταπόδωσιν.
- κδ'. Περὶ Δεκίου καὶ Οὐβιερλιανοῦ, καὶ Ἀδρηλιανοῦ,  
ἀθλίως τὸν βίον καταστρεφάντων διὰ τὸν τῆς  
Ἐκκλησίας διωγμὸν.
- κε'. Περὶ Διοκλετιανοῦ μετ' ἀσχύνης τὴν βασι-  
λείαν παραιτησάμενον, καὶ διὰ τὸν διωγμὸν  
τῆς Ἐκκλησίας κεραυνωθέντος.
- κς'. Ὅτι τῆς τοῦ βασιλέως εὐσεβείας ὁ θεὸς  
αἰτιος· καὶ δὲ τὰ μὲν κατορθώματα παρὰ Θεοῦ  
χρῆ ζῆτεῖν καὶ αὐτῷ λογιέσθαι· βῆθυμῳ δὲ  
ἡμετέρᾳ ἐπιγράφειν τὰ πταίσματα.

## 565 CAPITULA LIBRI QUINTI.

- I. Proœmium mentionem facit Paschæ, et quod B  
Christus cum multa in omnes homines beneficia  
contulisset, ab eisdem male mulctatus est.
- II. Allocutio ad Ecclesiam et auditores, ut ignoscant  
et emendant si quid minus recte dixerit.
- III. Quod Deus Pater est Verbi, et omnium rerum  
opifex; et quod nullo modo res possent consistere,  
si diversæ essent earum causæ.
- IV. De errore eorum qui simulacra venerantur.
- V. Quod Christus Filius Dei cuncta condidit, et cer-  
tam vitæ spatium singulis constituit.
- VI. De fato; et quod falsa sunt quæ de eo dicun-  
tur; idque ostenditur tum ex legibus humanis, tum  
ex rebus creatis quæ non temere, sed ordine mo-  
ventur; hoc facto declarantes Creatoris præ-  
ceptum.
- VII. Quod in rebus quas intelligentia assequi non  
possumus, Creatoris sapientiam prædicare debe-  
mus, nec casum aut aliam præter Deum causam  
existimare.
- VIII. Quod quæ ad usum necessaria sunt, Deus cop-  
iose suppeditat hominibus: quæ vero ad volupta-  
tem faciunt, modice subministrat: utrumque ad  
utilitatem nostram dispensans.
- IX. De philosophis qui cum omnia scire voluissent,  
opinionibus lapsi sunt, et nonnulli discrimen vitæ  
subierunt: item de doctrina Platonis.
- X. De iis qui non solum sacræ Scripturæ, sed etiam  
philosophorum dogmata despiciunt: et quod vel in  
omnibus fides poetis adhibenda est, vel in nullo.
- XI. De corporali Domini adventu, qualis et cur  
fuerit.
- XII. De his qui hoc mysterium non cognoverunt; et  
quod voluntaria eorum ignorantia est: et quanta  
bona eos makeant, qui illud cognoverunt, ac præ-  
sertim eos qui in confessione mortui sunt.
- XIII. Quod necessaria sit differentia in rebus crea-  
tis; et quod ad bonum malumque propensio ex vo-  
luntate hominum oritur: ideoque necessarium est  
iudicium Dei.
- XIV. Quod creatura immenso spatio distat a sub-  
stantia increata; et quod homo per virtutem pro-  
zime ad Deum accedit.
- XV. Quæ præcepta tradiderit, et quæ miracula  
patraverit, et quantopere subditis profuerit Ser-  
vator.
- XVI. Quod Christi adventus prædictus sit a prophe-  
tis: et quod ad eversionem 566 simulacrorum et  
urbium simulacra colentium, ordinatus fuerit.
- XVII. De sapientia Moysis: item de Daniele et de tri-  
bus pueris.
- XVIII. De Sibylla quæ in acrostichide carminum  
quibus vaticinata est, Dominum et passionem de-  
signat. Est autem achrostichis hæc: « Jesus Chri-  
stus, Dei Filius, Servator, crux. »
- XIX. Quod hæc de Christo vaticinalio a nemine  
Christianorum conficta est, sed ab Erythræa Si-  
bylla conscripta, cujus libros Cicero ante adven-  
tum Christi Latinis versibus reddidit: et quod Vir-  
gilius ejus mentionem facit, simulque partus vir-  
ginei; obscure celebrans mysterium, metu poten-  
tiorum.
- C XX. Alii versus Virgilii Maronis de Christo, eorum-  
que interpretatio: in quibus ostenditur, obscure,  
ut poetis mos est, indicatum esse mysterium.
- XXI. Quod de nudo ac simplici homine dici hæc non  
possunt; et quod infideles ob divini cultus igno-  
rantiam, ne ortus quidem sui causam norunt.
- XXII. Gratiarum actio imperatoris, qua victorias et  
reliqua bona sua Christo accepta fert; et consu-  
latio Maximini tyranni, qui persecutionis crude-  
litate Christianæ religionis gloriam auxerat.
- XXIII. De Christianorum institutis: et quod Deus  
diligit eos, qui virtutem sectantur; et quod judi-  
cium ac retributionem sperare oportet.
- XXIV. De Decii, Valeriani et Aureliani calamitoso  
vitæ exitu ob persecutionem Ecclesiarum.
- XXV. De Diocletiano, qui turpiter imperio se abdi-  
cavit, et ob Ecclesiarum persecutionem fulmine  
ictus est.
- XXVI. Quod Deus causa fuit pietatis imperatoris;  
et quod eventus prosperos a Deo poscere eique ac-  
ceptos ferre debemus: secus autem gesta, negli-  
gentiæ nostræ imputare.

## ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΟΝ ΕΓΡΑΨΕ Ε ΤΩ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΩ (84). »

## CONSTANTINI IMPERATORIS

ORATIO QUAM INSCRIPSIT Ε ΑΔ SANCTORUM COETUM. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τὸ προοίμιον τοῦ Πάσχα μέμνηται, καὶ οἷα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὠφελήσας σύμπαντας διαφόρως, παρὰ τῶν ὠφελουμένων ἐπεδουλεύετο.

Τὸ τηλαυγέστερον ἡμέρας τε καὶ ἡλίου φέγγος, προοίμιον μὲν ἀναστάσεως, ἀρμογὴ δὲ νέα τῶν πονησάντων ποτὲ σωμάτων, ἔρμαιόν θ' ὑποσχέσεως (85), καὶ ἀτραπὸς ἐπὶ τὴν αἰωνίαν ζωὴν ἄγουσα, ἡ τοῦ παθήματος ἡμέρα πάρεστιν, ὧ προσφιλέστατοι καθηγηταί, φίλοι θ' οἱ λοιποὶ ξύμπαντες ἄνδρες, μακάριά τε πολλὰ πλήθη (86) τῶν θρησκευόντων, καὶ αὐτὸν τὸν τῆς θρησκείας Θεὸν, διὰ τῶν ἐντὸς αἰσθήσεων ἐκάστου καὶ δι' ἐκφωνητηρίων ἀδιαιλέτως ὑμνούντων κατὰ τὰ ἐν θεσπίσμασι προσαγορευόμενα. Σὺ δ', ὦ παμμήτειρα φύσις, τί τοιοῦτον τῷ κόσμῳ συντέλεσας πώποτε; Ποῖον δ' ὄλωσ ἂν δημιούργημα; Β Εἴπερ ὁ τῶν πάντων, καὶ τῆς σῆς οὐσίας (87) αἴτιος· οὗτος γάρ σε ἐκόσμησεν· ἐπεὶ κόσμος φύσεως, ἡ κατὰ φύσιν ζωὴ (88) ἐπιεκράτησε δ'

## A. 567 CAPUT I.

Proœmium mentionem facit Paschæ, et quod Christus cum multa in omnes homines beneficia contulisset, ab iisdem male multatus est.

Splendidus solito solis ac diei jubar; primordium quidem resurrectionis, corporum vero jam pridem dissolutorum nova reparatio: fundamentum promissionis, via ducens ad æternam vitam, dies videlicet passionis nunc agitur, doctores charissimi et reliqui omnes amici: vosque multo reliquis feliciores credentium populi, qui ipsum religionis auctorem Deum religiose colitis, et tum interiore sensu, tum linguis ac vocibus, juxta sacrorum oraculorum præscripta, ipsum sine intermissione laudatis. Tu vero, natura omnium parens, quid hujusmodi unquam ad hominum utilitatem contulisti? Aut potius quod usquam est opificium tuum? siquidem ille omnium auctor tuæ substantiæ opifex fuit. Hic enim est, qui te ornavit. Quippe ornamentum naturæ est, vita

(84) Post quatuor libros De vita et pietate imperatoris Constantini, duas orationes Eusebii subjecerat: alteram Constantini imp. Ad *Sanctorum cœtum*, sive ad Ecclesiam Dei; alteram a seipso conscriptam De fabrica et donariis martyrii Hierosolymitani, ut ipsemet Eusebius testatur in capp. 32 et 46 libri quarti. Sed posterior quidem Eusebii oratio hodie non exstat. Prior autem illa tot mendis inquinata est, ut pene satius fuerit eam non exstare. Verum cum hoc eximium sit monumentum religiosi principis, ejusque studiorum et ingenii illustre specimen, operæ pretium facturus mihi videor, si in eo emendando atque explicando curam ac diligentiam adhibuero. *Ὁν ἔγραψε*. In capite 32 lib. iv, legitur *ἐπέγραψε*, quod præferendum puto. Hic igitur titulus fuit hujusce orationis: Νικητῆς, Μέγιστος, Σεβαστὸς Κωνσταντῖνος τῷ τῶν ἁγίων συλλόγω.

(85) Vulg. *ἔρμαι θ' ὑποσχέσεως*. In libro Moræi, perinde ac in margine editionis Genevensis, emendatur *ἔρμαιον*. Quod vocabulum nullibi legere memini. At in libro Scaligeri *ἔρμαιον* corrigebatur, quod proprius accedit ad manuscriptorum codicum lectionem. Certe in Regio codice *ἔρμαι* legitur, ex quo conjiciebam scribendum esse *ἔρμα*, id est fundamentum. Eleganter resurrectionem Domini vocat fundamentum promissionis. Nec male Christophersonus *pignus promissionis* vertit, quod idem est. Pignus enim pro firmamento datur: unde ἐνέκυρον dicitur a Græcis. In codd. Fuk. et Savillii *ἔρμαιον* scriptum inveni.

(86) Vulg. *μακαριώτερα δὲ πολλῶ πλήθη*. Non assentior vitis doctis, qui hæc cum præcedentibus continuantes ita legunt, *μακαρία τε πολλὰ πλήθη*, etc. Nam si hoc modo legamus, inepta fuerit repetitio,

cum antea dixerit Constantinus, *φίλοι θ' οἱ λοιποὶ ξύμπαντες ἄνδρες*. Quibus verbis Constantinus universam plebem catholicam salutat more concionatorum. Quare verba illa *μακαριώτερα δὲ πολλῶ πλήθη*, initium sunt alterius periodi, qua Constantinus felicitatem catholicæ plebis exaggerat. Porro libentius legerem *πλήθη τυγχάνετε*, ut plebem ipsam alloquatur Constantinus. In codd. tamen Fuk. et Savillii ita legitur hic locus: *Μακάριά τε πολλὰ πλήθη τῶν θρησκευόντων, καὶ αὐτὸν τὸν τῆς θρησκείας Θεὸν διὰ τῶν ἐντὸς αἰσθήσεων ἐκάστου, καὶ δι' ἐκφωνητηρίων ἀδιαιλέτως ὑμνούντων κατὰ τὰ ἐν θεσπίσμασι προσαγορευόμενα*.

(87) Vulg. *τῆς σῆς οὐσίας*. Ad marginem editionis Genevensis adnotatur, alias scribi *οὐσίας*. Quam lectionem secutus est Christophersonus. Ego vero, re attentius examinata, vulgata scripturam hic retinendam puto. Ait enim Constantinus, naturam non esse opificem rerum, cum Deus ipsam condiderit: nec tantum ipsius naturæ auctor sit, sed etiam sanctitatis quæ in illa est. Deus enim est qui naturam exornavit. Quippe ornamentum naturæ est vita juxta legem ac præscriptum Dei. Hic est sensus hujus loci, quem Christophersonus non animadvertit. Nam de Portesio nihil dico, quem pæne ulique imperitissimum deprehendi. In codd. tamen Fuketii, Turnebi ac Savillii, et in schedis Regiis scribitur *οὐσίας*.

(88) *Ἡ κατὰ φύσιν ζωὴ*. Scribendum ἡ κατὰ Θεὸν ζωὴ, ut ex superiori annotatione apparet; uno verbo *θεοσέβεια*, id est religio, ornamentum est naturæ. In vulgata autem lectione quis subsit sensus, equidem non video. Sic Eusebius noster libros *De vita imp. Constantini* inscripsit *περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου*. In Regiis schedis scribitur ἡ κατὰ κόσμον ζωὴ.

cum natura apte consentiens; invaluit autem postea id quod prorsus naturæ contrarium est, ut Deum omnium auctorem nemo congruo cultu veneretur, sanctæque non divini Numinis providentia, sed casu quodam ac temere geri putarentur. Et quamvis prophetæ divino Spiritu afflati idipsum diserte annuntiarent, quorum sermonibus fides adhiberi debuerat, tamen iniqua impietas modis omnibus repugnabat: ipsam quidem veritatis lucem odio prosequens, impenetrabiles autem tenebras erroris amplectens. Neque vero vis ac sævitia abfuit, præsertim cum temerarium impetum vulgi principum auctoritas adjuvaret, aut, ut verius dicam, ipsi se importuni furoris duces præberent. Itaque hæc vivendi ratio plurimum ætatum usu confirmata, illorum temporum hominibus plurimas innoxit calamitates. Verum ubi primum Servatoris nostri præsentia illuxit, statim pro injustitia æquitas, pro gravissima tempestate **568** serenitas oborta est; et quæcumque a prophetis prædicta fuerant, impleta sunt. Postquam enim idem ille Servator noster ad Patris sui sublatus est domicilium, toto terrarum orbe continentiae ac modestiae radiis illustrato, Ecclesiam suam quasi sacrum quoddam virtutis templum in terris constituit, idque æternum et incorruptum, in quo tum summo Deo ac Patri debitum, tum ipsi quoque conveniens cultus rite exhiberetur. Sed quid post hæc vesana gentium malitia machinata est? Christi beneficia ac dona projicere, et Ecclesiam Dei ad salutem omnium constitutam evertere studuit, ac suam superstitionem in ejus locum substituere. Iterum seditiones; iterum pugnae et bella; iterum morositas et uxuriosus vitæ apparatus, et cupiditas divitiarum: quæ quidem præter naturam in hominibus existens (quod proprium est malitiæ) nunc spe fucata oblectat, nunc timore percellit. Sed hæc quidem, ut æquitas postulat, humi jaceat, a virtute devicta, et præ pœnitentia seipsam disruptens atque dilacerans. Nobis vero ea quæ divinæ doctrinæ conveniunt, impræsentiarum dicenda sunt.

— Læctionem sequentia, à παρά φύσιν unice veram esse, docent sequentia, à παρά φύσιν. Neque perspicio cur tantopere offensus sit Valesius illo ἢ κατὰ φύσιν ζωῆ. Patet enim Constantinum ludere in voce φύσιν quod bis diverso sensu positum hanc sententiam affert: Ornamentum naturæ, id est hominum a Deo creatorum, est vita naturæ consentiens. HEINICHEN.

(89) Vulg. ἐπικεκράτηκε γάρ. Scribendum ἐπικεκράτηκε δὲ οὐ μετρίως ὃν παρά φύσιν, etc. Certe in cod. Fuk. scribitur ἐπικεκράτηκε δ' οὐ μετρίως τὰ παρά φύσιν, τὴν τῶν ἀπάντων θεῶν, etc.

(90) Vulg. δεισιδαιμονίαν δὲ ἀνόσιος. In codice Regio desunt duæ postremæ voces, et vacuum spatium relictum est, unius vocabuli capax. Ego non dubito quin legendum sit, τὴν οὐκ εἰδὼν δεισιδαιμονίαν ἀντισημαίνειν, exrupto verbo illo ἀνέτρεπε, quod omnino superfluum est. In codice Fuk. ita scribitur hic locus: Ἐκκλησίαν πορθῆσαν. Ἀνέτρεπέ τε τὴν οὐκ εἰδὼν δεισιδαιμονίαν, νότιος αὐθις, etc. In schedis autem Regii scriptum est νόσος αὐθις, etc. Savilius ad oram libri sui emendavit, ἀνέτρεπε δὲ τὴν οὐκ εἰδὼν δεισιδ. Ego, re attentius examinata, hunc locum ita restituendum esse existimo: Ἐκκλησίαν πορθῆσαι, ἀνέτρεπε δὲ τὴν οὐκ εἰδὼν εὐδαιμονίαν. Νόσος αὐθις, etc. id est, Gentiles cum Ecclesiam Christi vastare atque evertere institissent, suam ipsorum felicitatem sub-

modo segetibus flavescit: hic silvis opaca est, hic  
hortis amœna.

(70) Vulg. *Τι μὴ δεῖ*. Scribendum puto *τί δέ μοι*,  
id est, *Sed quid ego præsumo*, etc.; quæ dicendi  
forma magnam habet ἔμφασιν, cum orator seipsum  
quasi reprimit atque objurgat. Codex Fuk. *τί με δεῖ*.

(71) Ἀνώτατον αὐτὸ δὴ. Verba videntur esse  
transposita, atque in hunc modum resititenda: Ἦ  
δ' ἐνθεος διδασκαλία αὐτὸ δὴ τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνώτα-  
τον, πάντων τ' αἰτίον, etc.

(72) Οὐκ ἐν οὐρανῷ, οὐκ ἐν αἰθέρι. Ætherem a  
cælo veteres distinxerunt, eoque nomine elemen-  
tum ignis designabant. Sic Anaxagoras, ut refert  
Aristoteles in libro iii *De Cælo*, quem fere omnes  
postea secuti sunt, præter Peripateticos. Nam Peri-  
patetici substantiam cæli æthera vocabant, ut docet  
Aristoteles *De mundo*, eamque quintum elementum  
esse dicebant. Idem ait Heraclides in *Allegoriis Ho-  
meri*: *Peripatetici*, inquit, *aiunt naturam cælestium  
corporum aliam esse ab igne, eamque κυκλοφορη-  
τικὴν vocant, et quintum elementum esse aiunt.*  
*Ignis enim, qui Græce est αἰθήρ, sursum fertur na-*

tura: sol vero et luna non item. At Stoici æthera  
etiam ipsi vocarunt elementum ignis; idque totius  
mundi principale, seu τὸ ἡγεμονικόν esse censue-  
runt. Censorinus, seu quis alius auctor, in ca-  
pite 1 *De naturali institutione*: *Mundi principale  
solem quidam putant, ut Cleanthes: et Chrysippus  
æthera, cujus motu perenni subjecta tenentur et ad-  
ministrantur. Et ipse quidem æther nihil patitur.* Sic  
etiam Eusebius usurpat infra hac pagina. Augusti-  
nus in sermone 147 *De Tempore*.

(73) Τοῦτον μόνον ἀληθῆ Θεόν. Non quod Fi-  
lius non sit verus Deus, sed quod Dei nomen pro-  
prie pertinet ad Patrem, utpote fontem et aucto-  
rem Deitatis. Quod vero Eusebius noster in epistola  
ad Euphratensem dixit Filium non esse verum Deum,  
ut ei objicit Athanasius, et Patres septimæ synodi,  
id omnino ferri non potest. Etsi enim Pater proprie  
Deus dicitur, ita ut, quoties Deus simpliciter et ab-  
solute dicitur, statim Patrem intelligamus, Filius  
tamen non minus vere Deus est quam Pater; quippe  
cum Patris ac Filii una eademque sit divinitas.  
Certe Eusebius Filium verum Deum esse disertè  
dixit in lib. i *contra Marcellum, De Ecclesiastica  
Theologia*, cap. 10, quamvis in sequenti capite  
nonnihil minuit de iis quæ supra dixerat. Christi  
verba in Joannis Evangelio sunt hæc de Patre: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solū  
Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.*



cessu abditum esse. Hunc solum verum Deum agnoscere debere sacra docent oracula; qui ab omni corporea substantia segregatus, et ab omni ministerio dispensationis alienus est. Quocirca ex ipso cuncta, non autem per ipsum exstitisse dicuntur. Sed ipse quidem velut imperator, intus in abditis et inaccessis penetralibus, lucem habitans inaccessam, ubique pro suæ voluntatis arbitrio statuit ac præcipit. Ipso enim volente existit quicquid existit; eodemque nolente, non existit. Vult autem quæcunque sunt bona, quoniam ipse suapte natura ipsum est bonum. Dei autem Sermo per quem omnia sunt, sursum ex optimo Patre tanquam ex perenni et immenso fonte emanans, instar fluvii profuit, totus ad communem omnium rerum conservationem exundans. Et quemadmodum, ut ex nobis ipsis sumpto utar exemplo, mens quæ in nobis est spiritalis et invisibilis, cujus substantia quæ qualisve sit, nullus unquam cognovit mortaliū; tanquam imperator quidam in secretis regiæ penetralibus residens, sola quæ agenda sunt despicit. Sermo vero, tanquam unigenitus, filius inexplicabili quodam modo et arcana virtute quæ verbis exprimi non potest, ab ipsa mente generatus, ex abdito ejus sinu velut ex parente progreditur; primusque paternarum cogitationum nuntius atque interpret factus, palam omnibus annuntiat ea quæ a parente clam et occulte constituta sunt, et ad omnium aures perlatus, consilia patris sui operibus 639 ipsis exsequitur. Atque hi quidem ex sermone ipso magnam percipiunt utilitatem; ipsam vero mentem quæ abdita et invisibilis est sermonis parens, nemo unquam oculis aspexit. Sic plane, aut potius præstantiore quodam modo et omnis exempli comparationem longe superante, Dei omnium Regis perfectissimus Sermo, utpote unicus ejus Filius, non ex prolationis vi consistens, nec ex syllabis et nominibus ac verbis compositus: nec voce per aeris percussione expressus; sed summi Dei vivus atque efficax Sermo, ac personaliter subsistens: quippe qui Dei virtus sit atque sapientia, ex Patris divinitate et regno procedit. Cumque boni Patris bonus fetus, et communis omnium rerum conservator sit, universa permeans irrigat, et præ abundantia rationis, sapientiæ, lucis et omnium quæ in ipso sunt bonorum, sese in omnia diffundens, non vicina duntaxat et sibi proxima rigat: verum etiam res lon-

λόγια εἶδέναι παιδεύει, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς οὐσίας, πάσης ἀλλότριον ὑπηρετικῆς οἰκονομίας (74)· διὸ δὴ ἐξ αὐτοῦ τὸ πᾶν, οὐ μὴν καὶ δι' αὐτοῦ φῦναι παραδίδεται. Ἄλλ' αὐτὸς μὲν οἷα βασιλεὺς, εἰσὼ που ἐν ἀρρήτοις καὶ ἀδύτοις καὶ ἀβάτοις, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον δια παντός, μόνῃ τῇ θελητικῇ δυνάμει νομοθετεῖ καὶ διατάττεται· θέλοντος γάρ ἐστιν ὃ τι καὶ ἐστὶ, καὶ μὴ θέλοντος, οὐκ ἐστὶ, θέλει δὲ ἀγαθὰ πάντα, ὅτι δὴ καὶ αὐτοαγαθὸν (75) τῇ οὐσίᾳ τυγχάνει. Ὁ δὲ δι' οὐ τὰ πάντα, Θεὸς Λόγος, ἄνωθεν ἐξ ἀγαθοῦ Πατρὸς ὡς ἐξ ἀενάου καὶ ἀπειρου πηγῆς ἀνομβρῶν λόγοις ἀρρήτοις (76), ποταμῷ δίκην πρόεισιν, ὅλος πλημμυρῶν ἐς τὸ κοινὸν τῆς τοῦ παντός σωτηρίας. Ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείγματος, ὁ μὲν ἀόρατος καὶ ἀφανὴς ἐν ἡμῖν νοῦς, ὃν ὅστις ποτὲ καὶ ὁποῖος ὦν τὴν οὐσίαν ὑπάρχει, οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔγνω· βασιλεὺς δ' οἷα ἐν ἀπορρήτοις εἰσὼ τοῖς αὐτοῦ ταμείοις ὑπάρχων, μόνος τὰ πρακτέα βουλευεταί· Λόγος δ' ἐξ αὐτοῦ πρόεισι μονογενῆς, οἷα πατρὸς ἐξ αὐτοῦ μυχοῦ γεγεννημένος ἀρρήτῳ λόγῳ, καὶ δυνάμει ἀκατονομάστῳ, ὃς δὴ καὶ πρῶτος τῶν πατρικῶν τοῖς πᾶσι καθίσταται νοημάτων ἄγγελος, εἰς φανερόν τε κηρύττει τὰ ἐν ἀπορρήτοις τῷ Πατρὶ βεβουλευμένα, ἔργοις τε ἐπιτελεῖ τὰ βουλευόμενα προῶν εἰς τὰς πάντων ἀκοάς· εἶθ' οἱ μὲν ἐκ τῆς τοῦ λόγου μετέλαβον ὠφελείας, τὸν δ' ἀφανῆ καὶ ἀόρατον νοῦν, τὸν δὴ τοῦ Λόγου Πατέρα, οὐδεὶς πώποτε εἶδεν ὀφθαλμοῖς· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπέκεινα πάσης εἰκόνας τε καὶ παραδείγματος, ὁ τοῦ παμβασιλείως Θεοῦ τέλειος Λόγος, οἷα μονογενῆς Πατρὸς Υἱός, οὐ προσωρικῆ συνεστῶς δυνάμει, οὐδ' ἐκ συλλαβῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων τὴν φύσιν κατεσκευασμένος, οὐδ' ἐν φωνῇ δι' ἀέρος πληττομένην σημεινόμενος, Θεοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων ζῶν καὶ ἐνεργῆς ὑπάρχων Λόγος, κατ' οὐσίαν τε ὑφεστῶς οἷα Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, πρόεισι μὲν τῆς πατρικῆς θεότητος τε καὶ βασιλείας, ἀγαθοῦ δὲ Πατρὸς ἀγαθὸν τυγχάνων γέννημα, κοινός τε ἀπάντων Σωτήρ, ἐποχετεύει τὰ σύμπαντα (77)· καὶ λόγου καὶ σοφίας καὶ φωτός, καὶ πάντων ἀγαθῶν ἐκ τοῦ οἴκειου πληρώματος τοῖς πᾶσιν ἐπιλιμνάζων, ἄρξει οὐ τὰ προσεχῆ μόνον καὶ ἐγγυτάτω, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω διεστῶτα κατὰ τε γῆν καὶ θάλατταν, καὶ εἰ τις ἐτέρα τούτων ἐν τοῖς οὔσι τυγχάνει λῆξις· οἷς ὁμοῦ πᾶσιν ὄρους καὶ χώρας καὶ νόμους καὶ κλήρους διατάττεται κατὰ τὸ δικαιοτάτον, ἐξουσίᾳ βασιλικῇ τὰ πρόσφορα νέμων ἐκάστῳ καὶ χορηγῶν, καὶ τοῖς μὲν ὑπερκοσμικοῦς ἀψίδας, τοῖς

(74) Ὑπηρετικῆς οἰκονομίας. Jam supra ostendimus, veteres theologos Deo Patri attribuisse monarchiam, Filio vero οἰκονομῆν, seu dispositionem. Certè Patris proprium est imperare: Filii vero, qui Patris sapientia est, proprium est cuncta disponere. Proinde Patris quidem quietem ac beatitudinem propriam esse aiebant, Filii verò operationem. Non quod Pater ipse non operaretur, sed quod Pater quidem incognita et arcana, Filius vero manifestiora nobis operaretur, ut explicat Marius Victorinus in lib. 1 *Adversus Arianos*. Et veteres quidem theologo ante concilium Nicænum, Filium ὑπρέτην et

ὑπουργόν vocabant: postea vero hæc nomina referunt, ut patet ex Cyrillosostomo in sermone *De sigillis*.

(75) Vulg. καὶ αὐτοαγαθὸν Apparet scribendum esse αὐτὸ ἀγαθόν. In codice Fuk. scribitur αὐτοαγαθὸν una voce.

(76) Vulg. ἀνομβρῶν λόγος ἀρρήτος. Procul dubio scribendum est λόγοις ἀρρήτοις, ut paulo post dicit Eusebius.

(77) Vulg. ἐποχετεύει τὰ σύμπαντα τῶν. Postrema vox delenda est, nisi malis scribere ζῶα. Hic enim de animantibus præcipue loquitur.

Ἐ αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν (78), τοῖς δ' αἰθεροῦς διατρι-  
 βάζ, τοῖς δὲ ἀέρα, τοῖς δὲ γῆν ἀφορίζων· κἀπειτα  
 μεθιστῶν ἐνθένδε πάλιν ἀλλαχόσε, διακρίνων τε εὖ  
 μάλα τοὺς ἐκάστων βίους, ἤθη τε καὶ τρόπων διατρι-  
 βάζ ἀμειβόμενος, ζωῆς τε καὶ τροφῆς οὐ λογικῶν  
 μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώων ἀλόγων ἐπὶ χρῆσει τῶν λογικῶν  
 ἐπιμελόμενος· καὶ τοῖς μὲν θνητῆς (79) καὶ  
 προσκαίρου ζωῆς ἀπόλαυσιν, τοῖς δ' ἀθανάτου μετου-  
 σίαν παρέχων, πάντα τε αὐτὸς οἶα Θεοῦ Λόγος ἐνεργεῖ,  
 τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρῶν, καὶ τὰ πάντα λογικῆ  
 δυνάμει ἐπιπορευόμενος· ἄνω τε πρὸς τὸν αὐτοῦ  
 Πατέρα βλέπων, τοῖς ἐκείνου νεύματι τὰ κάτω, καὶ  
 μετ' αὐτὸν ἀκολουθῶν (80), οἶα κοινὸς ἀπάντων Σω-  
 τῆρ διακυβερνᾷ, μεσεύων ἀμηγέπη, καὶ συνάγων  
 πρὸς τὸν ἀγέννητον τὴν γεννητὴν οὐσίαν. Δεσμός τις  
 οὗτος ἀρβραγῆς Θεοῦ λόγος μέσος τυγχάνει, συνδέων  
 τὰ διεστῶτα, καὶ μὴ μακρὸν ἀποπίπτειν αὐτὰ συγ-  
 χωρῶν· οὗτος ἡ καθόλου πρόνοια, κηδεμῶν οὗτος  
 καὶ διορθωτῆς τοῦ παντός· οὗτος Θεοῦ δύναμις καὶ  
 Θεοῦ σοφία. οὗτος μονογενῆς Θεός, ἐκ Θεοῦ γεγεν-  
 νημένος Λόγος· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λό-  
 γος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι'  
 αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ἃ  
 γέγονε· ἡ θεολόγων ἀνδρῶν Ἱεραὶ διδάσκουσι φωναί·  
 οὗτος ὁ κοινὸς ἀπάντων φυτουργός, δι' ἃν ἡ τῶν ἔλων  
 οὐσία φύει καὶ θάλλει, ὁμορῆμασι τοῖς ἐξ αὐτοῦ διὰ  
 παντός ἀρδομένη, νεαράν τε ἀεὶ τὴν ἀκμὴν καὶ τὴν  
 ὤραν περικαλλῆ τοῦ παντός παρεχομένη. Ὁ δὲ τῶν  
 ἡνίων ἐπιειημμένος, εὐθέα περαινέει πατρικῶν νεύ-  
 ματι, τὸ μέγα τοῦ σύμπαντος κόσμου πηδάλιουχὸν  
 σκάφος. Τοιοῦτον καλλιτέχνην Ἰῶν μονογενῆ ὁ τῶν  
 ἔλων ἐπέκεινα Θεός, οἶα Πατὴρ ἀγαθὸν (81) ἀπογεν-  
 νήσας καρπὸν, τῷδε τῷ κόσμῳ μέγιστον ἀγαθὸν ἔδω-  
 κήσατο, ἅτε ψυχὴν ἀψύχῃ σώματι (82) τῆ τῶν σω-  
 μάτων ἀλόγῃ φύσει τὸν αὐτοῦ λόγον ἐμβαλὼν, καὶ  
 τὴν ἄμορφον καὶ ἀνεῖδον, ἀψύχον τε καὶ ἀσημά-  
 τιστον οὐσίαν, θεῖα δυνάμει Λόγου φωτίσας τε καὶ  
 ψυχίσας· ἃν δὲ ἡμῖν καὶ γνωριστέον τε καὶ σκεπτέον,  
 ἐν ὅλῃ μὲν καὶ σωμάτων στοιχείοις διὰ παντός ἐπι-  
 χωριάζοντα, καὶ τὰ πάντα ζωογονοῦντα, τὸν αὐτὸν δὴ  
 φῶς καὶ γέννημα νοερὸν φωτὸς ἀλέκτου, καὶ ἓνα μὲν  
 τὴν οὐσίαν, ὡς ἂν ἐξ ἐνὸς ὄντα Πατρός, πολλὰς δὲ  
 τὰς ἐν αὐτῷ κεκτημένον δυνάμεις. Οὐ γὰρ· ἐπειδὴ  
 πολλὰ μέρη κόσμου, διὰ τοῦτο καὶ πολλὰς δυνάμεις  
 ἡγητέον (83), οὐδ' ἐπεὶ πολλὰ τὰ πεποιημένα, ταῦτα

A gissime dissitas, tam in terra quam in mari, seu  
 quæ alia in rerum natura sedes est præter istas.  
 Quibus universis terminos, regiones, leges ac cer-  
 tas sortes summa cum æquitate constituit: quæ  
 unicuique congrua sunt, regali quadam potentia  
 tribuens ac subministrans. Et his quidem fornices  
 illos qui supra mundum sunt, illis vero cælum  
 ipsum, aliis sedes æthereas, aliis aerem, terram  
 aliis colendam assignans. Ac rursus eos inde in alia  
 transferens loca, ac singulorum vitam optime di-  
 judicans, moresque ac studia cujusque remunerans.  
 Victum etiam et alimenta non modo animalibus  
 ratione præditis, sed brutis etiam ad hominum usus  
 prospicit: his quidem mortalis et caducæ vite  
 brevem fructum concedens, illis vero immortalis  
 vitæ indulgens consortium. Cuncta denique tan-  
 quam Dei Sermo exsequitur: ipse ubique præsens,  
 et rationali virtute universa pervadens. Sursum  
 quoque defixis in Patrem suum luminibus, ex nutu  
 imperioque ejus inferiora cuncta et post scipsum  
 orta, utpote communis omnium Servator mode-  
 ratur; medius quodammodo inter utraque exsi-  
 stens, et substantiam quæ ortum habet, cum in-  
 genito Patre conjungens. Est quippe Dei Sermo  
 quasi firmissimum quoddam vinculum, quo dissita  
 inter se colligantur, nec longius sinuntur abscē-  
 dere. Hic est providentia qua universa reguntur:  
 hic est qui omnia curat et componit ac corrigit.  
 Hic Dei virtus est atque **640** sapientia. Hic deni-  
 que est unigenitus Sermo, Deus ex Deo genitus.  
 Nam, ut sacre theologorum docent paginae, *In  
 principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum,  
 et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt,  
 et sine ipso factum est nihil* <sup>11</sup>. Hic est communis  
 omnium agricola, cujus ope cuncta germinant ac  
 pubescunt, ipsius imbribus assidue irrigata novo-  
 que in dies vigore et venusta amœnitate decorata.  
 Hic ergo habenas universi manu sua retineus, recto  
 cursu cuncta dirigit, et vastam illam totius mundi  
 navem paterno gubernat arbitrio. Hujusmodi præ-  
 stantissimum artificem, unigenitum scilicet Filium,  
 cum is qui super omnia est Deus, tanquam optimus  
 Pater optimum fetum ex se genuisset, eum huic  
 mundo quasi summum bonum donavit, illumque  
 corporibus inanimatis tanquam animam infundens,

<sup>11</sup> Joan. 1, 1, 2.

(78) Τοῖς δ' αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν. Scribe dis-  
 junctis vocibus τοῖς δ' αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν, τοῖς  
 δ' αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν, τοῖς δ' αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν.

(79) Vulg. καὶ τοῖς μὲν θνητοῖς. Non dubito quin  
 Eusebius scripserit, καὶ τοῖς μὲν θνητῆς καὶ προσκαί-  
 ρου ζωῆς ἀπόλαυσιν, τοῖς δὲ ἀθανάτου μετουσίαν παρέ-  
 χων, quomodo etiam legisse videtur vetus interpres.

(80) Τὰ κάτω, καὶ μετ' αὐτὸν ἀκολουθῶν. Hoc  
 loco verba videntur esse transposita, quæ ita con-  
 struo, τοῖς ἐκείνου νεύμασιν ἀκολουθῶν, τὰ κάτω καὶ  
 μετ' αὐτὸν... διακυβερνᾷ. Paulo post ubi legitur  
 δεσμός τις μέσος οὗτος, delenda est vox μέσος,  
 quippe hæc statim occurrit.

(81) Οἶα Πατὴρ ἀγαθόν. Longe major erit ele-  
 gantia, si vocem addideris hoc modo: Οἶα Πατὴρ  
 ἀγαθός, ἀγαθὸν ἀπογεννήσας καρπὸν, etc. Atque ita  
 Eusebium scripserit pro certo habeo. Sic enim

supra locutus est non semel.

(82) Vulg. ἅτε ψυχὴν καὶ σώματι ἀψύχῃ. Etiam  
 hic transposita est particula. Scribe igitur ἅτε ψυχὴν  
 σώματι ἀψύχῃ, καὶ τῆ τῶν σωμάτων, etc., nisi malis  
 eam particulam penitus expungere. Deest certe in  
 Fuketiano.

(83) Πολλὰς δυνάμεις ἡγητέον. Male vetus inter-  
 pres vertit *facultates*. Nam Eusebius, quas hic δυνά-  
 μεις dixit, in sequenti membro deos appellat. Vertendum  
 igitur erat *potestates*. Sic enim Latini vocant  
 dæmones, quos Greci δυνάμεις vocare solent. Servius  
 in libro III *Æneidos*: *Nam potestates*, inquit,  
*aliæ cælestes sunt, aliæ terrenæ, aliæ permixtæ*. Et  
 in libro IV: *Nam potestates aut terrenæ sunt, aut  
 aeriæ, aut ætheriæ*. Chalcidicus in *Timæum* Plato-  
 nis, pagina 97: *Quæ potestates*, inquit, *ætheriæ  
 aeriæque sunt dæmones, remoti a visu nostro et cæ-*

et ratione destitutis Sermonem suum ac rationem immiscens, informem materiam et animæ, speciei ac figuræ omnis expertem, divina sermonis sui virtute illustravit et animavit. Quem quidem nos et agnoscere et contemplari debemus, in materia quidem et corporum elementis ubique præsentem et cuncta animalia generantem, eundemque lumen, et inexplicabilis luminis intellectualem setum. Qui substantia quidem unus est, utpote ex uno editus Patre, multas tamen in se virtutes continet ac facultates. Neque enim ex eo quod multæ sint mundi partes, existimare debemus multas esse potestates: neque eo quod multæ sunt condita, plures quoque deos statuere oportet. Superstitiosi quidem illi multorum deorum cultores, utpote simplices et imperiti, gravissimo errore aberrarunt, dum mundi quasdam partes inter deos referunt, et mundum qui unus est, in plures partiuntur. Eodem plane modo ac si quis oculos hominis seorsum sumptos, hominem ipsum esse diceret: aures quoque alium hominem, caput etiam et collum, pectus item et humeros, pedes et manus ac reliqua membra minutim dividens, ipsas denique sensuum facultates mente dispertiens, multos homines esse affirmaret eum qui revera unus est. Qui profecto amentiam suam prudentibus viris ridendam propinaret. Huiusmodi omnino sunt, qui ex unius mundi partibus innumerales deos constituerunt; aut qui ipsum mundum, qui et ortus est et ex pluribus constat partibus, deum esse existimant: nec intelligunt fieri nullo modo posse **641** ut divina natura ex multis partibus conflata sit. Nam si concreta esset atque composita, altero opus haberet ut componeretur; nec omnino divina esse posset, quæ ex multis partibus constaret. Quomodo enim divina esse posset, cum ex diversis ac dissimilibus et ex deterioribus simul ac præstantioribus componeretur? Est autem Dei natura simplex prorsus et indivisibilis atque incomposita, et ultra omnem quæ oculis cernitur mundi constitutionem posita. Quocirca ille veritatis præco, contenta voce clamans sic fere ait: Dei quidem Sermo qui ante omnia exstitit, solus est omnium rationalium Servator. Deus vero qui supra omnia est, principium et auctor generationis, cum solus sit

*teris sensibus.* Eadem voce utitur Augustinus in libro x *De Civitate*, cap. 26, et in epist. ad Volusianum; Apuleius in *Apologia*; Longinianus in epist. ad Augustinum, et Amm. Marcellinus in libro xxi. Apud Græcos vero nihil frequentius occurrit. Hieronymus in *caput II Joëlis: A dextris*, inquit, *et a sinistris virtutes et fortitudines Dei legimus: quas Græci δυνάμεις vocant*, etc.

(84) Vulg. *δεῖ μὲν δὲ ὅλα νήπιοι*. Scribe meo periculo οἱ μὲν δὲ, ὅλα νήπιοι πολυθέων ἀνδρῶν παῖδες, etc. Quod idem est, ac si diceret: οἱ μὲν δὲ πολυθεοί. In codice Fuk. scribitur δεινὴν δὲ ὅλα, etc., πλάνην ἐπλανήθησαν, optime.

(85) Vulg. *οὐδ' ἂν πολυμερῆς οὖσα*. Scribendum est οὐδ' αὖ πολυμερῆς, etc. Mox post verba illa πῶς γὰρ apponenda est interrogationis nota, quod non vidit interpres.

καὶ θεοὺς ὑφίστασθαι προσήκει πλείους· δεινὴν δὲ ὅλα νήπιοι (84) τὰς ψυχὰς, πολυθέων ἀνδρῶν παῖδες πλάνην ἐπλανήθησαν, τὰ μέρη τοῦ παντὸς θεοποιήσαντες, καὶ τὸν ἕνα κόσμον εἰς πολλὰ διελόντες· ὡς εἰ καὶ ἀνθρώπου συνεστῶτος ἐνός, ἀπολαθῶν τις ἰδίως ὀφθαλμοῦς, ἀνθρωπον εἶναι λέγοι τούτους, καὶ ὡτα πάλιν, ἄλλον ἀνθρωπον, καὶ κεφαλὴν ὁμοίως, αὐχένα τε καὶ στέρνα καὶ ὠμους, πόδας τε καὶ χεῖρας, καὶ τὰ λοιπὰ κατακερματίσας μέλη, τὰς τε τῶν αἰσθητηρίων δυνάμεις καταδιελὼν τῷ λόγῳ, παμπόλλους λέγοι εἶναι ἀνθρώπους τὸν ἕνα, πλείον οὐδὲν ἢ μωρίας γέλωτα παρὰ τοῖς ἔμφροσιν ὀφλισκάνων· τοιούτος ἂν εἴη καὶ ὁ μυρίους ἑαυτῷ θεοὺς ἐξ ἐνός κόσμου τῶν μερῶν ὑφιστάμενος, ἢ καὶ αὐτὸν εἶναι θεὸν τὸν γενητὸν τουτοῦ κόσμου πολλῶν ἐκ μερῶν ὑφιστῶτα νομίζων, καὶ οὐκ εἰδῶς ὅτι θεία φύσις οὐκ ἂν ποτε ἐκ μερῶν συσταίη· εἰ δὲ σύνθετος γένοιτο, καὶ ἐτέρου δέοιτο ἂν τοῦ συνθήσοντος αὐτήν, οὐδ' αὖ πολυμερῆς οὖσα (85), ὑπάρχοι ἂν θεία· πῶς γὰρ, ἐξ ἀνομοίων διαφορῶν, χειρόνων τε καὶ ἀμεινῶνων ὑφιστῶσα; Ἀπλῆ δὲ καὶ ἀμερῆς καὶ ἀσύνητος οὖσα, πάσης ἐπέκεινα τυγχάνει τῆς ὁρωμένης τοῦ κόσμου διατάξεως. Διὸ δὴ τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ (86), ὡδὲ πη λέγων διαρρήδην κέκραγε· Θεοῦ μὲν Λόγος ὁ πρὸ πάντων, μόνος ἂν εἴη λογικῶν πάντων Σωτήρ, θεὸς δὲ ὁ ἐπέκεινα Λόγου γενεσιάρχης (87), μόνος ἀπάντων αἰτίας ὢν, αὐτοῦ μὲν ὅλα μονογενοῦς, κυρίως ἂν λεχθεῖ τοῦ Λόγου Πατῆρ· αὐτὸς δ' ἀνώτερον αἰτίον οὐκ ἐπιγράφεται· διὸ δὴ καὶ μόνος θεὸς αὐτῶν, μονογενῆς δ' ἐξ αὐτοῦ πρέσβειν ὁ τῶν ὄλων Σωτήρ, Θεοῦ Λόγος εἷς, ὁ διὰ πάντων· ὁ μὲν οὖν αἰσθητῶς κόσμος (88), ὅλα τις πολύχορδος λύρα ἐξ ἀνομοίων συνεστῶσα χορδῶν, ὀξεῖων τε καὶ βαρεῖων, τῶν τε ἀνειμένων, καὶ ἐπιτεταμένων καὶ μέσων, εὖ δ' ἡρμωσμένων ἀπασῶν τέχνῃ τῇ μουσικῇ, κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὅδε παραμερῆς ὢν καὶ πολυσύνθετος, ψυχρᾶς ὁμοῦ καὶ τῆς ἐναντίας ταύτης θερμῆς, ὑγρᾶς τε καὶ αὖ πάλιν τῆς ἐναντίας ταύτης ξηρᾶς οὐσίας, εἰς μίαν συνελθὼν ἀρμονίαν, ὄργανον ἂν εἴη μέγα μεγάλου Θεοῦ δημιουργήμα· Λόγος δ' ὁ θεὸς οὐκ ἔστι ἐκ μερῶν συνεστῶς, οὐδ' ἐξ ἐναντίων συγκείμενος, ἀμερῆς αὐτὸς ὢν καὶ ἀσύνητος, εὖ καὶ σοφῶς τὸ πᾶν ἀνακρούεται, τῷ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ βασιλεῖ τῶν ὄλων τῇ ὀφειλομένην καὶ αὐτῷ πρέπουσαν ἀποδοῦς με-

D

(86) *Τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ*. Joannem Evangelistam intelligit, cujus verba paulo ante laudaverat, *In principio erat Verbum*, etc. Quæ quidem verba nunc παραφραστικῶς exponit Eusebius.

(87) *Θεὸς δὲ ὁ ἐπέκεινα Λόγου γενεσιάρχης*. Interpres verba sic construxit: ὁ ἐπέκεινα λόγου. Vertit enim, *qui dicendo exprimi nequit*. Quod non placet. Mallet itaque verba aliter construere, ut γενεσιάρχης Λόγου dicatur, id est principium et auctor Verbi. Eusebius certe Deum Patrem vocare solet τὸν ἐπέκεινα πάντων. Sane hoc loco Verbum comparat Patri. Et Verbum quidem dicit esse πρὸ πάντων: Patrem vero ait esse ἐπέκεινα πάντων, ubique plus tribuens Patri.

(88) Vulg. *ὡς μὲν οὖν αἰσθητὸς κόσμος*. Procul dubio scribendum est: ὁ μὲν οὖν αἰσθητῶς κόσμος, etc. Quod ex sequentibus manifeste convincitur.

λφθίαν· ὡς ὕφ' ἐνὶ σώματι (89), μέλη μὲν καὶ μέρη, σπλάγχνα τε καὶ ἔγκατα συνήκται μυρία, ψυχὴ δ' ἀφανὴς ἠπλωται δι' ἔλων μία, καὶ νοῦς ἀμερῆς καὶ ἀσώματος εἷς· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦδε, ἐκ μὲν πολλῶν μερῶν κόσμος συνέστηκεν εἷς, λόγος δὲ ὡσαύτως θεοῦ πολυδύναμος καὶ παντοδύναμος εἷς, διὰ πάντων ἤκων καὶ τοῖς πᾶσιν ἀπλανῶς ἐφηπλωμένος (90), πάντων ἂν εἴη τῶν ἐν αὐτοῖς αἴτιος. Οὐχ ὀρθῶς ὀφθαλμοῖς τὸν σύμπαντα κόσμον; Ὡς οὐρανὸς εἷς μυρία περιλαμβάνει ἀμφὶ τοῦτον (91) χορείας ἀστρων περιπολούσας· πάλιν ἥλιος εἷς, ἀλλ' οὐ πλείους, καὶ τὰς ἀπάντων ὑπερβολῆ φωτὸς καλύπτει μαρμαρυγᾶς· οὕτω δὴ τὰ ἐνὸς θντος Πατρὸς, καὶ τὸν τοῦτου λόγον ἕνα χρῆ ἀγαθὸν ἀγαθοῦ Πατρὸς εἶναι. Εἰ δ' ὅτι μὴ καὶ πλείους ἐπιμέμφετό τις, ὥρα τὸν τοιοῦτον, ὅτι μὴ καὶ ἡλίου συνίστη πλείους, καὶ σελήνας καὶ κόσμους, καὶ μυρία ἄλλα αἰτιᾶσθαι, μαινομένου τρόπον τὰ ὀρθὰ καὶ εὐ ἔχοντα τῆς φύσεως διαστρέφειν ἐπιχειροῦντος. Ἄλλ' ὡς ἐν ἑρατοῖς ἥλιος εἷς τὸν αἰσθητὸν ἅπαντα καταλάμπει κόσμον, οὕτω δὴ καὶ ἐν νοητοῖς, ἀφανῶς ἡμῖν καὶ ἀοράτως εἷς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος παντοδύναμος, τὰ σύμπαντα καταυγάζει· ἐπεὶ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ μία ψυχὴ καὶ μία λογικὴ δύναμις, πλείστων ὁμοῦ γένοιτο· ἂν δημιουργὸς, εἰ καὶ γεωργεῖν ἢ αὐτῆ, καὶ ναυπηγεῖν, καὶ κυβερνεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν πολλὰ μαθοῦσα ἐπιθάλοιο· καὶ εἷς νοῦς ἐν ἀνθρώπῳ καὶ λογισμὸς, δέξαιτ' ἂν ποτε μυρίας ἐπιστήμας, γεωμετρῆσει τε ὁ αὐτὸς καὶ ἀστρονομίῃσει, καὶ λόγους γραμματικῆς καὶ βητορικῆς παραδόσει καὶ Ιατρικῆς, ἐν τε μαθήμασι καὶ τοῖς κατὰ χεῖρα προσήσεται· καὶ οὕτω γε οὐδεὶς πώποτε πλείους ἐν ἐνὶ σώματι ψυχᾶς ἠγήσατο εἶναι, οὐδὲ πολλὰς ἐθαύμασε τὰς ἐν ἀνθρώπῳ οὐσίας, διὰ τὴν τῶν πολλῶν μαθημάτων ὑποδοχὴν. Εἰ δὲ καὶ ἄμορφον ἕλην πηλοῦ τις εὐρῶν, κἄπειτα χερσὶν ἀπαλύνας, ἐπιθεῖη ζώου μορφὴν, ἄλλω μὲν σχήματι κεφαλὴν, χεῖρας δὲ καὶ πόδας ἐτέρω, καὶ ὀφθαλμοὺς πάλιν ἄλλω καὶ παρεῖας ὡσαύτως, ὥτ' αὐτὰ τε καὶ στόμα καὶ ῥῖνας, στέρνα τε καὶ ὠμους ὑποτυπωσάμενος τέχνη τῆ πλαστικῆ· ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ πολλὰ σχήματα καὶ μέρη καὶ μέλη ὕφ' ἐνὶ σώματι δεδημιουργηται, τοσοῦτους χρῆ καὶ τοὺς ποιητὰς ἠγεῖσθαι, ἀλλ' ἕνα μὲν ὄντα τὸν τοῦ παντὸς ἀθρόως τεχνίτην εἰδέναι, ἐπαινεῖν δ' ἀναγκαῖον, τὸν ἐνὶ λογισμῷ καὶ μιᾷ δυνάμει, τὸ πᾶν τεκτινόμενον· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ σύμπαντος κόσμου, ἐνὸς μὲν θντος, ἐκ μερῶν δὲ πλείστων ὑφρεστώτος, οὐ πολλὰς χρῆ ὑποτίθεσθαι δημιουργικὰς δυνάμεις, οὐδὲ πολλοὺς ὀνομάζειν θεοὺς, μίαν δὲ θεολογεῖν τὴν πάνσοφον καὶ παναρμόνιον, τὴν ὡς ἀληθῶς θεοῦ σοφίαν, μιᾷ δυνάμει καὶ ἀρετῇ μιᾷ διὰ πάντων ἤκουσαν, καὶ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου χωροῦσαν, καὶ τὰ πάντα

A omnium causa, Verbi quidem sui, utpote unigeniti, Pater proprie dicitur: ipse vero superiorem causam nullam agnoscit. Ipse igitur unus est Deus; Unigenitus autem ex eo procedit, Dei Sermo unus, per cuncta permanens et omnium conservator. Ac sensibilis quidem hic mundus, non secus ac lyra quaedam ex multis ac dissimilibus constans chordis, quarum aliae acutae, aliae graves sunt; aliae remissae, intensae aliae; quaedam inter has mediae, omnes vero probe aptatae ex artis musicae praeceptis: sic etiam ipse ex multis partibus compositus, ex frigida scilicet et huic contraria calida; item ex humida, eique contraria sicca substantia; unamque ex his omnibus harmoniam efficiens, magnum Dei magni instrumentum opusque merito dici potest. Divinus autem Sermo, qui neque ex partibus constat, neque ex contrariis compositus est, sed simplex atque indivisibilis, perite ac modulate pulsat hoc universum, Patrique suo, summo omnium moderatori debitum ac sibi ipsi convenientem edit concentum. Et quemadmodum in uno corpore, partes quidem ac membra, viscera quoque et intestina quamplurima simul compaginata sunt, unus autem animus per cuncta diffunditur, et mens indivisibilis atque incorporea una est: sic in hoc universo, mundus quidem ipse ex multis partibus in unum conflatus est: divinus autem Sermo multa vi pollens est et omnipotens, itidem unus, per universa permanens, et absque vago errore per omnia diffusus, omnia quae in ipsis fiunt causa est. Annon oculis tuis vides universum hunc mundum? Qualiter unicum caelum innumerabiles astrorum choros circa ipsum discursantes complectitur. Qualiter etiam unicus sol plures alios siderum choros ductat, et lucis suae praestantia aliorum 642 omnium splendorem occulat. Sic cum unus sit Pater, unum quoque ejus Sermonem, utpote optimi Patris optimum fetum esse oportet. Quod si quis conqueratur eo quod plures non sint, idem etiam quod non plures sint soles, plures lunae, plures mundi, et alia sexcenta conqueri poterit; instar insani cuiusdam ea convellere aggrediens, quae sunt optime ac prudentissime a natura constituta. Enimvero ut in visibilibus rebus sol unus mundum sensibus subjectum illuminat, sic in rebus quae intelligentia percipiuntur, unus Dei Sermo omnipotens, invisibili quadam nobisque occulta ratione, universa collustrat. Quippe etiam in homine unus animus et una ratiocinandi facultas, multarum simul rerum artifex est, siquidem et agrum colere, et navem aedificare eandemque regere; et domum exstruere idem animus

(89) Ὡς ὕφ' ἐνὶ σώματι. Deest hic particula, quam ita suppleo, ὡς μὲν οὖν ὕφ' ἐνὶ σώματι· potest etiam scribi ὡς δὲ ὕφ' ἐνὶ.

(90) Ἀπλανῶς ἐφηπλωμένος. Forte scribendum est ἀφανῶς. Verbum enim Dei invisibili quodam modo per omnia diffusum est. Sed vulgata lectio non temere rejicienda. Intelligit enim Eusebius, Verbum Dei cunctis rebus infusum esse, non ut spiritum qui vago motu per omnia permanat, et

nunc hac, nunc illac circumfertur, sed ut animam, quae in cuncta simul diffunditur membra, nec ab his ad illa evagatur. Interpretes ἀπλανῶς vertit reuera.

(91) Vulg. ἀμφὶ μυρίας. Et hic transposita esse vocabula nemo non videt. Scribe igitur χορείας ἀστρων ἀμφὶ τοῦτον περιπολούσας. Paulo post lega ἥλιος εἷς, ἀλλ' οὐ πλείους, ὡς καὶ, etc.

plurimarum rerum peritia instructus aggreditur. Una quoque in homine mens ac ratio plures disciplinas complectitur. Etenim una eademque mens geometriam et astronomiam callet; et grammaticæ ac rhetoricæ et medicinæ præcepta tradit; nec solum liberalium disciplinarum, sed et artium quæ in manuum opere versantur, magistra est. Nec tamen ideo plures esse uno in corpore animos, ullus unquam existimavit; nec plures in eodem homine substantias, ob multarum simul disciplinarum peritiam miratus est. Ponamus aliquem reperita luti massa penitus informi, ex ea deinde manibus emollita animalis speciem efformasse; et caput quidem hac figura, manus et pedes alia; alia oculos, gonas, aures item, os et nares, pectus et humeros figulino opere expressisse. Quamvis plures in uno corpore figuræ, partes ac membra efficta sunt, non ideo tamen totidem artifices operis existisse putandum est; sed unum totius operis artificem agnoscere ac laudare debemus qui, unius rationis et unius facultatis ope, totum opus molitus sit. Idem quoque de hoc universo mundo sentiendum est, qui cum unus sit, ex pluribus tamen partibus constat. Nec plures opifices potestates ideo ponere, nec plures deos nominare debemus: sed unam veri Dei potestatem atque sapientiam, omni solertia omnibusque harmoniæ numeris instructam, divinitatis vocabulo afficere: quippe qui una et singulari vi atque virtute per omnia commeet, et per universum mundum pervadat, 643 cunctaque constituat atque vivificet; universis denique ac singulis corporibus et elementis, varia munera ac beneficia ex seipsa suppeditet. Sic etiam una eademque solaris lucis impressio, simul eodemque momento, aerem illustrat, oculos illuminat, tactum calefacit, terram fecundat, et plantis incrementum tribuit; tempus præterea constituit, regit ac ductat sidera; cælum circuit, Deique potentiam universis ob oculos proponit: atque hæc omnia una vi naturæ suæ perficit. Ignis quoque natura, aurum quidem purgat, plumbum vero liquefacit; et ceram quidem dissolvit, lutum vero exsiccat, et ligna comburit, una incendiaria vi tot tantasque res perpetrante. Eodem modo divinus Sermo, summus omnium moderator, per omnia permeans, et in omnibus existens, et per cuncta cælestia simul ac terrena discurrens, et tam invisibilia quam visibilia gubernans: solem ipsum, cælumque ac mundum inexplicabili quadam potentia regit; virtutis suæ efficacia ubique præsens, et per universa pervadens, ac soli quidem ipsi et lunæ ac reliquis sideribus, ex lucis suæ fonte perenne lumen effundit; cælum vero quod velut præstantissimam quamdam magnitudinis suæ imaginem effinxit, perpetuo moderatur. Eas autem potestates quæ ultra cælum ac mundum ipsum positæ sunt, angelos scilicet ac spiritus et intellectuales rationalesque substantias, vita simul et lumine, sapientia omnique virtute, et pulchritudine ac bonitate ex thesauris suis deprompta locupletat. Denique una eademque opifice facultate, et substantiam elementis suppeditare non cessat, et corporibus mistiones ac temperamenta, species, formas, figuras et qualitates innumerabiles tam in plantis quam in animalibus; tam in rationalibus quam in brutis, singula admirabili varietate distinguens, et una eademque virtute omnia omnibus affatim subministrans: et cunctis palam faciens, non septem aut plurium etiam chordarum lyram, sed unum hunc mundum tot in se harmonias continentem unius conditoris Sermonis opus esse.

(92) Vulg. *ποικίλην τῆς ἐξ αὐτῆς χορηγίαν ποιουμένην*. Delendus est articulus, aut certe scribendum τὴν ἐξ αὐτῆς, ut habet codex Fuk. Mox ubi legitur φωτὸς ἡλίου προβολή, malim προσβολή cum codice Fuk.

(93) Vulg. *ἀρρήτων δυνάμεσιν*. Scribendum videtur ἀρρήτων λόγων δυνάμεσιν ἤνωχεῖ, vel ut in

ὑφισταμένην τε καὶ ζωοῦσαν, καθόλου τε τοῖς πᾶσι καὶ τοῖς κατὰ μέρος σώμασι τε καὶ στοιχείοις, ποικίλην τὴν ἐξ αὐτῆς χορηγίαν ποιουμένην (92) οὕτως καὶ φωτὸς ἡλίου μία καὶ ἡ αὐτῆ προβολή, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καταυγάζει: μὲν ἄρα, φωτίζει δὲ ὀφθαλμούς, ἀφῆν δὲ θερμαίνει, πιαίνει τε γῆν καὶ αὖξει φυτὰ, χρόνον ὑφίστησιν, ἀστρων ἡγείται, οὐρανὸν περιπολεῖ, κόσμον φαιδρύνει, Θεοῦ δύναμιν ἐναργῆ τῷ παντὶ συνίστησι, ταῦτά τε πάντα μιᾶ ῥοπῇ φύσεως συντελεῖ· καὶ πυρὸς μὲν φύσει ὠσαύτως, χρυσοῦ μὲν καθαίρει, μόλιθον δὲ τήκει, καὶ κηρὸν μὲν λυεῖ, πηλὸν δὲ ξηραίνει, ὕλην τε φρύγει, μιᾶ τῇ καυστικῇ δυνάμει τοσαῦτα καταργαζομένη· ταῦτη τοι καὶ ὁ παμβασιλεὺς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ διὰ πάντων ἤκων, ἐν πᾶσι τε ὢν καὶ πάντα ἐπιπορευόμενος οὐράνια τε καὶ ἐπίγεια, τὰ ἀφανῆ καὶ τὰ ὀρώμενα διακυβερνῶν, ἡλίον τε αὐτὸν, οὐρανὸν καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, ἀρρήτοις δυνάμεσιν (93) ἤνωχεῖ, δραστηκῆ δυνάμει τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρῶν, καὶ διὰ πάντων χωρῶν· εἴ τι αὐτῷ μὲν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἀστροῖς, ἐξ οἰκείας πηγῆς ἀέναον φῶς ἐπομβρεῖ, οὐρανὸν δὲ οἰκείου μεγέθους προσφουεστάτην εἰκόνα ὑποστησάμενος, εἰς αἰῶνα διακρατεῖ· τὰς δ' ἐπέκεινα οὐρανοῦ καὶ κόσμου δυνάμεις ἀγγέλων καὶ πνευμάτων, νοερῶν τε καὶ λογικῶν οὐσιῶν, ζωῆς ὁμοῦ καὶ φωτὸς καὶ σοφίας καὶ πάσης ἀρετῆς, καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ παντός, ἐκ τῶν παρὰ αὐτοῦ θησαυρῶν ἐμπέπληται, μιᾶ δὲ καὶ τῇ αὐτῇ δημιουργῷ τέχνῃ, καὶ στοιχείοις οὐσίας οὐποτε διαλειμπάνει παρέχων, καὶ τοῖς σώμασι μίξεις καὶ κρᾶσεις καὶ ἤδη (95) καὶ μορφὰς καὶ σχήματα, ποιότητάς τε μυρίας, ἐν τε ζώοις καὶ φυτοῖς (94) καὶ ψυχαῖς λογικαῖς τε καὶ ἀλόγοις, ἄλλοτε ἄλλως καταποικίλλων, καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τὰ πάντα μιᾶ δυνάμει ἐπιχορηγῶν, διαβρῆδῶν τε ἐπιδεικνύς, οὐχ ἐπιτόχορον λύραν, ἕνα δὲ κόσμον πολυαρμόνιον, ἐνὸς λόγου κοσμοποιοῦ ἔργον.

D codice Fuk. ἀρρήτοις δυνάμεσιν. Paulo post ubi legitur εἴ τι αὐτῷ μὲν ἡλίῳ interpretis legisse videtur εἶτα. Melius tamen scriberetur καὶ αὐτῷ μὲν, etc. (95) ἤδη. Fortasse εἶδη, uti legit interpretis. Erit. (94) Ἐν τε ζώοις καὶ φυτοῖς. In codice Fuk. desunt hæc voces ἐν τε, quæ profecto non videntur valde necessarix.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

A

## CAPUT XIII.

Λέγωμεν δὴτα ἐξῆς καὶ διασαφῶμεν (95) τὴν αἰ-  
 τίαν, δι' ἣν ὁ τοσοῦτος τοῦ Θεοῦ Λόγος τὴν εἰς ἀνθρώ-  
 πους κάθοδον ἐποιεῖτο· τοῦτον δὴ τὸν οὐρανοῦ καὶ  
 γῆς ἐπιστατοῦντα τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸν ἐξ αὐτῆς οἶα  
 πηγῆς τῆς ἀνωτάτω πατρικῆς θεότητος γεγεννημέ-  
 νον, καὶ τῷδε μὲν αἰεὶ τῷ κόσμῳ παρόντα καὶ συν-  
 όντα, τῆς δ' αὐτοῦ προνοίας καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους  
 κηδεμονίας ἐναργῆ παρεχόμενον τὰ γνωρίσματα,  
 ἀνθρώπων ἀφρόνων γένος μὴ συλλογισάμενον, ἤλιψ  
 καὶ σελήνη καὶ αὐτῷ οὐρανῷ καὶ ἄστροις, τὴν σεβά-  
 σμιον ἀνέθεντο προσγορίαν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τού-  
 των ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τὴν γεώδη φύσιν καὶ τοὺς  
 ἀπὸ γῆς καρποὺς, τροφάς τε σωμάτων παντοίας  
 ἐθέωσαν, Δήμητραν, καὶ Κόρην καὶ Διώνυσον, καὶ  
 ἀδελφὰ τούτων ἕτερα εἰδωλοποιήσαντες· καὶ οὐδὲ  
 μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τῆς σφῶν αὐ-  
 τῶν διανοίας τοὺς λογισμοὺς, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τού-  
 των ἐρμηνεῖα λόγον, θεοὺς ἀνειπέειν οὐκ ἀπόκνησαν,  
 Ἄθην μὲν τὴν διάνοιαν, τὸν δὲ λόγον Ἑρμῆν ἐπ-  
 νομασάντες, καὶ τὰς τε τῶν μαθημάτων ἐπιπόλους  
 δυνάμεις, Μνημοσύνην καὶ Μούσας ἀνειπόντες· καὶ  
 οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἐπὶ μείζον δ' αἰσῶντες  
 ἀτοπίας ὑπερβολῆς δυσσεβείας, τὰ οἰκεία πάθη, ἃ δὴ  
 ἔχρην ἀποτρέπεσθαι καὶ λόγῳ σώφρονι θεραπεύειν,  
 οἱ δὲ ἐθέωσαν, αὐτὴν τε τὴν σφῶν ἐπιθυμίαν καὶ  
 τὴν ἐμπαθῆ καὶ ἀκόλαστον τῶν ψυχῶν νόσον, τὰ τε  
 ὀκλά πρὸς αἰσχρουργίαν μέρη τε καὶ μέλη τοῦ σώ-  
 ματος, ἐπὶ τῇ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ἀκρατεῖα (96)  
 Ἐρωτα καὶ Πρίηπον καὶ Ἀφροδίτην καὶ ἄλλα τὰ  
 συγγενῆ τοῦτοις ἀνειπόντες· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων  
 ἔστησαν· ἀλλὰ γὰρ ἀμφὶ τὰς σωμάτων γενέσεις καὶ  
 τὸν κάτω θνητὸν βίον καταπεσόντες, ἀνθρώπους θνη-  
 τοὺς ἐξεθείασαν, καὶ μετὰ τὸν κοινὸν θάνατον ἥρωας  
 καὶ θεοὺς ἐπεφήμισαν, ἀμφὶ μνήματα καὶ τάφους  
 τὴν ἀθάνατον καὶ θείαν οὐσίαν ὑποτοπήσαντες εἰλίσ-  
 σασθαι· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ  
 ζῶων ἀλόγων παντοία γένη, ἐρπετῶν τε τὰ βλαπτι-  
 κώτατα, τῇ σεβασμῶν προσγορίᾳ τετιμῆκασιν· καὶ  
 οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ δρυὶς κατακό-  
 ψαντες, καὶ πέτρας ἐκτεμόντες, γῆς τε μέταλλα καὶ  
 χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ τῆς ἄλλης ὕλης διερευνη-  
 σάμενοι, θηλειῶν τύπους καὶ ἀρρένων ἀνδρῶν σχή-  
 ματα, θηρίων τε μορφάς καὶ ἐρπετῶν ἀνεπλάσαντο,  
 κίπειτα τοῦτοις τιμὰς περιτεθείασιν. Καὶ οὐδὲ μέχρι  
 τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐμφωλεύουσι τοῖς  
 ζῴοις, σκοτίοις τε μυχοῖς ἐγκαταδεδυκῶσι δαίμοσι  
 πονηροῖς, ἀμφὶ τὰς τῶν θυσῶν λουβὰς τε καὶ κνίσσας  
 λιχνεύουσι, τὴν αὐτὴν τῶν θεῶν ἀνέθηκον ἐπηγορίαν·  
 καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς  
 καταδέσμοις τισὶν (97) ἀπειρημένης γοητείας, ἐκθέ-

Nunc vero quam ob causam tantus hic Dei Sermo  
 in terras descenderit, exponere aggrediamur. Ho-  
 mines stulti ac vecordes, cum hunc Dei Sermonem  
 cœli ac terrarum præsidem, qui ex Patris divini-  
 tate tanquam ex fonte quodam editus, semper huic  
 mundo præsens adest, suæque providentiæ 644  
 et erga homines benevolentia certissima præbet  
 indicia, minime intellexissent, soli ac lunæ, cœlo-  
 que ipsi ac sideribus venerandum Dei nomen tri-  
 buere non dubitarunt. Nec his contenti, terrenam  
 quoque naturam, fructusque e terra editos, et  
 cujusquomodî corporum alimenta, deos fecerunt;  
 Cereris, Proserpinæ, Bacchi et aliorum hujusmodi  
 numinum simulacra sibi fingentes. Sed neque hic  
 B  
 stantes gradum, suarum quoque mentium cogita-  
 tiones, et earum interpretem orationem, deos  
 appellare non veriti, ipsam quidem mentem Miner-  
 vam; orationem vero Mercurium, et animi facul-  
 tates quibus disciplina percipiuntur, monetam et  
 musas cognominarunt. Neque his adhuc contenti,  
 sed præ nimia impietate deliramenta sua quotidie  
 novis accessionibus cumulantes, animorum suorum  
 perturbationes, quos odio prosequi et temperantiæ  
 præceptis comprimere debuerant, consecraverunt.  
 Ipsamque animi sui cupiditatem, et flagitiosum  
 atque intemperantem morbum, ipsaque adeo corpo-  
 ris membra quæ ad obscenitatem impellunt; ipsam  
 denique in turpes voluptates effusam intemperan-  
 tiam, Cupidinem, Priapum ac Venerem nuncupa-  
 runt. Sed neque hic substiterunt: verum ad cor-  
 porum ortus et ad mortalem hanc in terris vitam  
 depressi, homines morti obnoxios in deorum nume-  
 rum retulerunt; et post naturalem cunctisque homi-  
 nibus præscriptum vitæ finem, deos et heroas appel-  
 larunt, divinam immortalẽque naturam circa  
 tumulos et sepulcra obvagari existimantes. Neque  
 vero hic hæsit eorum amentia, sed varia brutorum  
 animantium genera, et ex serpentibus eos qui  
 maxime noxii essent, Augusto divinitatis nomine  
 honorarunt. Et ulterius progressi, excisis arboribus  
 et saxis, terræ quoque, æris ac ferri aliusque effos-  
 sis metallis, feminarum et virorum effigies, fera-  
 rumque ac serpentum species expresserunt, cul-  
 tumque posthac iis exhibuerunt. Nec tamen finem  
 hic fecerunt amentia; sed malignis dæmonibus qui  
 intra simulacra abditî delitescebant, et qui in ob-  
 scuris recessibus insederant, quique libamentis et  
 hostiarum nidoribus inhiabant, deorum nomen indi-  
 derunt. Nec his contenti, dæmones illos et invisibiles  
 potestates quæ per aerem circumferuntur, quibusdam

(95) Vulg. Λέγω μὲν δὴ τὰ ἐξῆς καὶ διασαφῶ  
 μέν. Scribendum est uno verbo λέγωμεν δὴτα ἐξῆς  
 καὶ διασαφῶμεν, ut est in codice Puk.

(96) Vulg. καὶ ἐπὶ τῇ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ἀκρα-  
 τεῖα. Scribendum est καὶ ἐπὶ τὴν τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν  
 ἀκρατείαν, etc.; refertur enim ad ἀνειπόντες. At Euse-  
 bius, impudicos affectus ab hominibus esse conse-  
 cratos. Nam cupiditatem quidem suam Cupidinis  
 nomine appellarunt: membra vero quilibet obsce-

nitates peraguntur, Priapum: intemperantiam vero  
 in turpes voluptates effusam Venerem vocaverunt.  
 Hic est hujus loci sensus, quem interpres non ani-  
 madvertit. — Juxta quod hic annotavit, Latine qui-  
 dem interpretatus est Valesius, Græcum vero textum  
 aliter, ut videre est, expressit, sicque aliis in locis  
 non semel. Edit.

(97) Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καταδέσμοις τισὶν. Pro-  
 prium est vocabulum artis magicæ κατὰστμοι. Sic



vetitarum artium ligamentis, et sceleratis ac nefariis A carminibus 645 et incantationibus, assessores sibi adsciverunt. Et ex hominibus quidem non eosdem cuncti, sed alii alios consecraverunt. Græci quidem Bacchum, Herculem, Æsculapium, Apollinem et alios quosdam homines deorum atque heroum vocabulo honorarunt. Ægyptii vero, Horum, Isim et Osirim, et alios horum similes homines deos esse existimant. Et qui ob eximiam solertiam, geometriæ, astronomiæ et arithmetice disciplinas apud se inventas esse gloriantur, licet iudicio suo tantopere sapiant, tamen modum divinæ potentiae, et quantum inter hanc et inter mortalem brutamque naturam intersit, nequaquam intelligere et cognoscere valuerunt. Proinde turpissimas cujusque generis bestias, variasque brutorum animalium species, serpentes etiam venenatos et feras belluas, deos appellare non dubitarunt. Phœnices item Melcatharum et Usorum et alios quosdam ignobiliores qui olim homines fuere, deos vocaverunt; Arabes similiter Dusarem quemdam et Obodam, Getæ Zamolxim, Cilices Mopsun, Amphiarum Thebani; et alii quidem hos, alii autem istos, nihil a communi hominum natura discrepantes, sed re ipsa meros homines, deos fecerunt. Omnes quidem uno consensu Ægyptii, Phœnices et Græci, universum denique mortalium genus quod solis radiis illustratur, mundi partes et elementa, fructusque qui nascuntur e terra, divinis honoribus affecerunt. Et quod magis mirandum est, cum illorum adulteria, puerilia stupra, et mulierum raptus fateantur, nihilominus urbes omnes, vicos et agros templis, delubris et statuis compleverunt, et Artemidorus in libro 1, cap. 79, φαρμακείας καὶ καταδέσμονας simul jungit. Plato in lib. 11 *De legibus*, pag. 933, καταδέσεις pro eolem dixit. Vide *Harpocrationem* in verbo καταδέεσθαι. Latini ligaturas vocant. Augustinus tract. 7 in *Joannem*: *Usque adeo, inquit, fratres mei, ut illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, misceant præcantationibus suis nomen Christi.* Orosius in lib. 1v, cap. 13, obligamentum magicum dicit.

(98) Vulg. *ἐκθέσμοις τε καὶ ἐνάγκαις ὤδαϊς*. Scribendum est ἐπανάγκαις ex codice Fuketiano. De paredris dæmonibus dixi in notis ad *Historiam Ecclesiasticam*. — Pro ἐπανάγκαις legendum videtur ἀνάγκαις. F. DIT.

(99) Vulg. *Θνητούς τε μὲν*. Lego θνητούς γε μὴν ἄνδρας. Quod licet leve est, tamen omitti non debuit.

(1) Vulg. *παρ' ἐαυτῆς οὐκ ἔγνωσαν*. Hic etiam transposita videntur esse vocabula; lego igitur: οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν οἱ παρ' ἐαυτοῖς σοφοί, etc. Quam scripturam in versione nostra secuti sumus. In codice Fuk. ita scribitur hic locus: Γεωμετρίας τὴν εὐρεσιν, ἀστρονομίας τε καὶ ἀριθμητικῆς αὐξήσαντες, παρ' ἐαυτοῖς οὐκ ἔγνωσαν, etc.; quam scripturam non probō.

(2) *Μελκιάθαρων*. Eusebius in lib. 1 *De Præparatione*, cap. 40, ubi Phœnicum theologiam exponit, alterum quidem Melicarthum vocat Demarontis filium, Cæli nepotem: alterum vero Usorum Hypsuranii fratrem, qui pellium tegumenta primus invenit. In codice Fuk. scriptum est *Μελκιάθαρων καὶ Οὐσῶρον*.

(3) *Δούσαρην τινα καὶ Ὀέδον*. Scribendum est καὶ Ὀέδον. Arabes enim Obodam et Dusarem coluerunt, ut docet Tertullianus in libro 11 *ad Na-*

σμοῖς τε καὶ ἐπανάγκαις ὤδαϊς (98) καὶ ἐπὶ δαίς, δυνάμεις τε ἀφανεῖς ἀμφὶ τὸν ἄερα ποτιωμένας, παρ' ἑδρους ἑαυτοῖς ἐφευκλύσαντο. Θνητούς γε μὴν (99) ἄνδρας ἐθέωσαν ἐτέρους ἕτεροι· παῖδες μὲν γὰρ Ἑλλήνων Διόνυσον, καὶ Ἡρακλέα καὶ Ἀσκληπιόν τε καὶ Ἀπόλλωνα, ἄλλους τὲ τινας ἀνθρώπους, τῆ τῶν ἡρώων καὶ θεῶν τετιμῆκασι προσσηγορίᾳ, Αἰγύπτια δὲ Ὀρον καὶ Ἴσιν καὶ Ὀσιριν, καὶ τούτοις παραπλησίους πάλιν ἀνθρώπους, θεοὺς νενομήκασιν· οἱ δὲ καθ' ὑπερβολὴν σοφίας, γεωμετρίας τὴν εὐρεσιν, ἀστρονομίας τε καὶ ἀριθμητικῆς αὐχούσαντες, παρ' ἑαυτοῖς οὐκ ἔγνωσαν (1), οὐδὲ συνῆκαν οἱ σοφοὶ σταθμήσασθαι καὶ λογίσασθαι μέτρα Θεοῦ δυνάμει, θνητῆς τε καὶ ἀλόγου διαφορὰν φύσεως· διὸ δὴ πᾶν εἶδος εἰδεχθῶν κνωδάλων καὶ παντοίων ζώων γένε,

B ἔρπειτά τε ἰοβόλα καὶ θήρας ἀγρίους, θεοὺς προσεπιπῆν οὐκ ἀπώκνησαν· Φοίνικες δὲ Μελκιάθαρων (2) καὶ Οὐσῶρον, καὶ τινας ἄλλους ἀτιμωτέρους θνητούς πάλιν ἄνδρας, Θεοὺς ἀνηγόρευσαν, ὡς καὶ παῖδες Ἀράδων Δούσαρην τινα καὶ Ὀέδον (3), καὶ οἱ Γετών (4) Ζάμολξιν, καὶ τὸν Μόξον Κίλικες, καὶ τὸν Ἀμφιάρεω Θηβαίον· καὶ παρ' ἐτέροις ἄλλοι πάλιν ἐτέρους, τὴν φύσιν οὐδὲν τὴν θνητὴν διαλλάττοντας, αὐτὸ δὲ μόνον ἀληθῶς ἀνθρώπους· ὁμοῦ δὴ οὖν πάντες Αἰγύπτια, Φοίνικες, Ἕλληνας, καὶ πᾶν τὸ θνητὸν γένος ἕσον ἡλίου βολαὶ φωτίζουσι, τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ τὰ γε στοιχεῖα, τοὺς τε ἀπὸ γῆς βλαστούοντας καρπούς (5), καὶ πρό γε τούτων μοιχεύει αὐτῶν καὶ ἀβρῆνων φθορὰς, γυναικῶν τε ἀρπαγὰς ὁμολογοῦντες, οὐδὲν ἤττον πόλεις πάσας καὶ κώμας καὶ χώρας, ναοὺς καὶ ἀγάλμασι καὶ ἱεροῖς ἐπέτρων, τῆ τῶν θεῶν ὁμοιοτροπία τὰς ἑαυτῶν προσαπολλύντες ψυχὰς· θεοὺς δὴ τοῖνον καὶ θεῶν παιδᾶς (6),

C tiones, cap. 8. De Oboda Uranium in libro 1v *Arabiarum antiquitatum*. Fuit Obodas vetustissimus quidam rex Arabum, quem Nabathæi apud se sepulchrum divinis honoribus affecerunt, ut refert Stephanus in voce Ὀέδα. Ab hoc multi deinceps Arabiz reges Obodæ dicti; quorum duos recenset Josephus, alterum Alexandri Judæorum regis, alterum Herodis temporibus. Posteriorum meminit etiam Strabo. Porro quantum quidem ex historiis conjicere licet, Arethæ atque Obodæ vicissim apud Arabes regnaverunt: ita ut post Aretham Obodas, post Obodam Arethas imperaret. Idque aliquandiu mansisse videtur. Jam Dusarem Nabathæi etiam coluerunt, Bacchum eo nomine designantes, ut tradit Isidorus apud Hesiychium. De hoc etiam Stephanus in D Δούσαρην. In codice Fuk. scriptum invenit Δούσαρην τινα Ὀέδον.

(4) Vulg. *καὶ οἰηγετόν*. Scribendum est καὶ οἱ Γετών, supple παῖδες. Notus est Zamolxis Getarum deus. Mox legendum est καὶ τὸν Μόξον Κίλικες, καὶ τὸν Ἀμφιάρεω Θηβαίον, καὶ πάλιν ἕτεροι ἄλλους, ἄλλοι πάλιν ἐτέρους, etc. Codex Fuketianus habet καὶ παρ' ἐτέροις, ἄλλοι πάλιν ἐτέρους.

(5) Vulg. *βλαστούοντας καρπούς λείπει*. Postrema vox addita est ab exscriptore hujus libri, qua scilicet designaret hic aliquid desiderari. Certe aliquot verba deesse hic videntur. Nisi forte hic ἀπὸ καινοῦ subadiri placet verba quæ paulo antea præcesserunt; θεοὺς ἀνηγόρευσαν. In codice Fuk. vox illa λείπει non legitur, sed post vocem καρπούς punctum apponitur.

(6) Vulg. *καὶ θεῶν πέλας*. Scribendum puta καὶ θεῶν παῖδας. In codice Fuk. scribitur πέλας.

ἡρώας τε καὶ ἀγαθοὺς δαίμονας, λόγῳ μὲν ἦν παρ' αὐτοῖς ἀκούειν, ἔργον δὲ πᾶν τούναντιον· τάναντία γοῦν τοῖς ἐναντίοις ἐσέμνονον· ὡς εἰ καὶ ἡλιόν τις καὶ φῶτα τὰ κατ' οὐρανὸν δεῖξαι τῷ βουλευθεῖς, ἄνω μὲν εἰς ὕψος μὴ ἐπαίροι τὰς ὕψεις, κάτω δὲ εἰς γῆν τὰς χεῖρας βαλὼν καὶ χαμαὶ εἰς ἕδαφος ρίψας, ἐν πρῶ καὶ βορβόρῳ τὰς οὐρανίους δυνάμεις ἐπιζητοῖ· οὕτω δὲ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, φρενοβλαβεῖα καὶ δαιμόνων ἀπάτη πονηρῶν, τὴν ἐπέκεινα οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου θείαν καὶ νοητὴν οὐσίαν, κάτω που ἐν σωμάτων γενέσει καὶ θνητῶν πάθεσι τε καὶ θανάτοις ἐπέπεστο εἶναι· οἷο' εἰς τοσοῦτον ἤλαυνον ἀνοίας, ὡς καὶ τὰ φίλατα θύειν αὐτοῖς, μηδὲ φειδῶ πριεῖσθαι τῆς φύσεως, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰ μονογενῆ καὶ ἀγαπητὰ τῶν τέκνων, μανίᾳ καὶ διανοίας ἐκστάσει κατασφάττειν· καὶ τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου μανικώτερον, θύειν ἀνθρώπους καὶ τὰς πόλεις ἀπάσας καὶ τοὺς αὐτῶν οἴκους ἐμφυλοῖς μολύνειν φόνοις; Ἡ οὐ ταῦτα Ἑλλήνων παῖδες μαρτυροῦσι, καὶ πᾶσα γε ἡ ἱστορία τῆς τούτων μνήμης πεπλήρωται; Κρόνῳ μὲν γὰρ Φοῖνικας καθ' ἕκαστον ἔτος, ἔθνον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. Τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ καὶ ἐν Ῥόδῳ (7) μνηστὴ Μεταγεινιῶνος ἕκτη ἰσταμένου ἀνθρώπους ἔσφαττον· ἐν δὲ Σαλαμῖνι ὕψ' ἓνα περιβολὸν Ἀθηναῖς Ἀγραυλίδος καὶ Διομήδους ἑλαυνόμενός τις ἀνὴρ, τρίς περιέθει τὸν βωμὸν· ἔπειτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔπαυε κατὰ τοῦ στομάχου· καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν νηθεῖσαν πυρὰν ὠλοκαύτιζεν. Ἐγίγνοντο καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου πλεῖστα ὄσαι ἀνθρωποκτονίαι, ἐθύοντό τε τῇ Ἥρᾳ ἐν Ἡλίου πόλει, τῆς ἡμέρας τρεῖς, ἀνθ' ὧν Ἀμόσης (8) ὁ βασιλεὺς τὸ δεινὸν συνιδῶν, κηρίνους τοὺς ἴσους ἐκέλευσεν ἐπιτίθεσθαι· καὶ ἐν Χίῳ δὲ τῷ Ὀμαδίῳ Διονύσῳ, ἀνθρωπὸν διασπῶντες ἔθνον, καὶ ἐν Τενέδῳ δὲ ὠσαύτως· ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῷ Ἄρει τὴν δι' ἀνθρώπων ἐτέλουν θυσίαν. Καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἔπραττον, ἀνθρωποθυτοῦντες τῷ Κρόνῳ. Ἀθηναῖ δὲ παρθένους κατ' ἔτος ἔθυετο ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, νῦν δὲ, Ελαφος· ἀλλὰ καὶ Λίβους καὶ Καρχηδόνοι ταῖς ἀνθρωποθυσίαις τοὺς ἑαυτῶν ἰεοῦντο θεοῦς. Καὶ Δουματηνοὶ δὲ τῆς Ἀραβίας (9), καθ' ἕκαστον ἔτος ἔθνον παῖδα, ὃν ὑπὸ τὸν βωμὸν ἔθαπτον· κοινῶς δὲ πάντας Ἑλληνας, πρὶν ἐπὶ πολέμους ἐξίεναι, ἀνθρωποκτονεῖν ἡ ἱστορία διδάσκει, Θρακίας τε καὶ Σκύθας ὁμοίως. Ἀθηναῖοι δὲ τὰς Λεωκόρας (10) καὶ

A deorum suorum sectantes exempla, suas ipsorum animas penitus perdiderunt. Ac deos quidem deorumque filios, heroas item et bonos genios, verbo tenus ab illis appellari crebro audias. Sed res ipsa plane in diversum abit. Quippe contraria contrariis exornantur, perinde ac si quis solem et cæli lumina alteri volens ostendere, non sursum attollat oculos, sed manibus deorsum demissis et in solum dejectis, cœlestes potestates in luto ac cœno requirat. Sic plane humanum genus, mentis stupore et pessimorum dæmonum fraude deceptum, intelligibilem Dei naturam quæ cœlum mundumque ipsum transcendit, humi in corporum ortu et in hominum affectibus atque interitu residere sibi **646** persuaserat. Homines vero eo processerunt amentix, ut charissima etiam pignora iisdem immolarent: nec communi saltem parcerent naturæ, sed quos unicos habebant liberos, præfurore et insania jugularent. Enimvero quid furiosius excogitari unquam potest, quam immolare homines, et universas civitates, suasque ipsorum domos civili cæde contaminare? Annon Græci ipsi his rebus testimonium suum commodant? nonne harum rerum commemoratione omnis scæter historia? Saturno quidem Phœnices quotannis charissimos et unicos liberos mactabant. Eidem in insula Rhodo, die sexto mensis Metagitnionis, homines immolabant. Item apud Salaminem, in Minervæ Agraulidis et Diomedis templo, moris erat ut vir quidam aliis ipsum persequentibus aram ter circumiret: deinde sacerdos lancea pectus ejus configeret, atque ita hominem accenso rogo impositum penitus concremaret. Sed et in Ægypto plurimæ hominum cædes perpetrabantur. Nam Heliopoli tres quotidie homines Junoni immolabantur: cujus rei atrocitatem Amosis rex animadvertens, eorum loco totidem cereos homines substitui jussit. In insula autem Chio, hominem Baccho Omadio sacrificabant, itemque in Tenedo. Lacedæmone quoque humana hostia Marti immolabatur. Idem fiebat in Creta, ubi Saturno hominem sacrificabant. Laodicæ in Syria, virgo quotannis mactabatur Minervæ; cujus loco nunc cervæ immolatur. Afri quoque et Carthaginenses humanis victimis deos suos placabant. Dumateni quoque in Arabia quotannis puerum im-

(7) Vulg. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν Ῥόδῳ. Scribendum ex Porphyrio τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ supple Κρόνῳ.

(8) Vulg. ἀπ' ὧν Ἀμόσης. Scribendum est procul dubio ἀνθ' ὧν ex Porphyrii libro II, *De abstinentiâ*, quem hic pæne ad verbum exscripsit Eusebius noster. Et sic codex Fuk. scriptum habet.

(9) Vulg. Καὶ δ' οὐ μόνον, οἱ δὲ τῆς Ἀραβίας. Lego καὶ Δουματηνοὶ δὲ ex Porphyrio in libro citato, quoniam apud Porphyrium vulgo legitur Δουμάτιοι. Nec aliter scribitur apud Eusebium in libro quarto *De Præparatione*, c. 16. Sed Δουματηνοί, ut dixi, magis placet. Stephanus Δουμάθα, πόλις Ἀραβίας, ὁ πολίτης, Δουμαθηνοῦς, ὡς Γλαῦκος ἐν β', Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας. Certe Arabes in suis patronymicis hanc iere terminationem habent.

(10) Τὰς Λεωκόρας. Desunt hæc verba apud Porphyrium, quæ Eusebius noster de suo adjecit.

